

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

HERODOTI
HISTORiarum LIBRI IX.
GRAECE ET LATINE.

TOMUS VI.
Adnotationes ad lib. V — IX.

ARGENTORATI
TYPIS PHILIPPI IACOBI DANNBACH.

•

HERODOTI
MUSAE
SIVE
HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM
DENUO RECENSUIT
LECTIONIS VARIETATE
CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA
ADNOTATIONIBUS
WESSELINGII ET VALCKENARII
ALIORUMQUE ET SUIS
ILLUSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRAEC. PROF.
ACADEMIAE REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

TOMUS SEXTUS.

ARGENTORATI ET PARISIIS
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ, BIBLIOPOLAS.
MDCCCXVI.



HERODOTI HISTORiar.

T. VI. P. I.

ADNOTATIONES

AD LIB. V — VII. c. 171.



ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM QUINTUM.

CAP. I. 5. Οἱ γὰρ ὧν ἀπὸ Στρυμόνος) Mera haec nonnemi sribiligo: locum enim misere esse lacunosum, cui sarciendo nullum nunc remedium. Mihi alia mens. Quid illud tandem, unde lacunae suspicio? Ueberior-ne de *Paeonibus* commemoratio? At illa commodiore loco et tempore cap. 12. sequetur; quam hic si deposuisset, longius ab instituto de *Perinthiis* sermone aberrasset. Verum abstinco me in re cuius aptissima. WESS.

17. οὗν ἡμέτερον τὸ ἔργον) Docte *Valckenarius* hanc illustravit dictionem ad *Tragici Phoeniss.* vs. 447. *Eustathianum* παίωνισασι [lin. 18.] Codices aversantur, non malum alioqui, et cum vulgato, scribarum arbitrio, multifariam commutatum apud *Cl. Dukerum* ad *Thucyd.* lib. I. 50. et *Diodorum* XIII. 16. Forte tamen *Eustath.* παίωνισασι voluit, in quo et *Παιωνίς* liquidior *παρήχης*, ab eo notata, quam quidem altero. Statim πολλὸν τι *Arch.* non absurdum ob consequens ἐλλογος, nisi in *Musis* πολλὸν sedem creberrime occuparet. WESS.

18. παίωνισασι ἐπιχειροῦσι οἱ Παιωνίς) In his observata *παρήχης* *Eustathio* in *Iliad.* β'. pag. 272, 22. est illa certe fortuita, qualem alibi dixit εὐ σπουδασθεῖσαν ἴσως, ἀλλ' εὐκὴ καὶ οὐκ ἐν περιέργον παραπιστοῦσαν, in *Od.* l. p. 366, 18. Studiosae quaesitas recentioribus, commodum oblatas alliterationes non prorsus evitarunt veteres: praeter ceteros *Reiskius* apta quaedam eam in rem collegit in *Miscell.* Lips. Nov. VI. p. 113. Quod sequitur, πολλὸν ἐκράτησαν, *Herodoteum* est, ut πολλὸν ἐσωθήσαν V. 102. Usitatus πολλὸν ἐκράτησαν est et apud *Herod.* V. 77. forsitan et hic olim *Herod. T. VI. P. I.*

lectum: πολλῶν exhibet Cod. Arch. In talibus autem πολλῶν saepe male transiit in πολλῶν. Ingenio Marklandi digna venusta est correctio, [Ev. Matth. x, 31.] πολλῶν στρουθίων διαφέρει. VALCK.

CAP. III. 1 seqq. Θρηάκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι etc.) Unius si Thracum imperio concordēs regerentur, Herodoto iudice, ἁμαχόν τ' ἂν εἴη καὶ πολλῶν κράτιστον πάντων ἰθύνων. Huic sententiae suam, nisi fallor, opposuit Thucydides lib. II. cap. 97., dum ἡ βασιλεία (inquit, de Thracibus loquens:) μέγιστη γίνετο χρημάτων προσόδῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ· ἰσχυρὴ δὲ μάχης καὶ στρατοῦ πλήθει πολὺ δευτέρα μετὰ τὴν Σκυθῶν: nullam addit gentem esse nec in Europa neque in Asia, quae posset Σκυθῶν ὁμογνωμονοῦσι πᾶσιν ἀντιστῆναι. Sunt apud Thucydidem multa, quibus suum ab historiae patre dissensum aemulus non noluerit significatum: vere Aristides T. III. p. 650., ὅτι δ' ἔνιστι φρόνημα τῷ Θουκυδίδῃ εὖροις ἂν καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς: neque tantum φρόνημα, sed et Helanici, Hecataei, similiumque, quin ipsius etiam Herodoti, καταφρόνημα. Nostri locus obversabatur Pausaniae, lib. I. [cap. 9.] p. 22, scribenti: Θρακῶν τῶν πάντων οὐδένες πλείους εἰσι τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ Κελτοί, πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐν ἀντιέξισταζοντι. Optime Gronov. in his [lin. 2.] φρονέει pro φρονέοιτο: sed quod in proximis posuit, [lin. 5.] ἐν γίνηται, si Graecum esset in tali phrasi, hic certe sensum non admitteret tolerabilem. Redibit, opinor, scriptio vera: ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μήποτε ἐγγίνηται: nullo modo contingere poterit τοῦτο, τὸ ὑπ' ἐνὸς ἀρχεσθαι, ἢ φρονεῖν κατὰ τοῦτό. VALCK.

2. εἰ δὲ ὑπ' ἐνὸς ἀρχοιτο) Allubescit Ionicum ἀρχοιτο ex Vind. et Arch.; ac paene, ut ἡ φρονέοιεν fuisse olim opiner, adigit. Praecedens ἔθνος non moratur, ut nec similia. Tale lib. III. 113. τὸ δὲ ἕτερον γένος τῶν οἶων --- φροέουσι. Inmanem Thracum multitudinem Pausan. I. 9. silentio non pressit. Quam autem caussam, cur inexpugnabiles non sint, Noster in medium ponit, eadem in numerosissima Scytharum gente apud Thucydidem lib. II. 97., cui in Cod. Cassel. adscriptum, περὶ Σκυθῶν τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος λέγει, vero conveniet, ubi περὶ Θρακῶν corrigetur. WESS.

9. Κρηστωναίων) Stephani Κρηστῶν, Thracum urbs, ex Herodoto, nusquam in Musis. Κρηστωναίους, Κρηστωναίων ex

schedis Med., Κρητωνικὴν lib. VII. 124. 127. et VIII. 116. videbimus. Γρησωνίαν καὶ Βισαλτίαν (eidem enim regi, uti posteriore loco innuitur, parebat) *Thucydides* lib. II. 99. iungit; ubi doctissimus *Wasse* multa, oblitus Attici scriptoris τὸ Βισαλτικὸν καὶ Κρηστωνικὸν lib. IV. 109., quo Γρηστωνία nonnihil debilitatur. *WESS.* — Conf. lib. I. cap. 57, 3. et ibi notata. Apud *Steph. Byz.* vero forsitan sic scriptum oportebat: Κρηστῶν, πόλις Θρέκης. Ἰοῦς δὲ εἶναι ἢ Κρήστων παρ' Ἡροδότῃ: quod inde etiam fit probabile, quod pro altera forma Κρηστῶν testimonium invocatur *Lycophronis*. S.

CAP. IV. 4. κατὰ δὲ τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀποργῆ.) Istam consuetudinem, ut huius vitae malis congruam, laudaverat *Euripides* in *Cresphonte*: Nam nos decebat coetus celebrantes domum Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus, Humanæ vitæ varia reputantes mala. At, qui labores morte finisset graves, Hunc omni amicis laude et lætitiis exsequi. Haec ubi leguntur in *Cicéron. Tusc. I. c. 48.*, Graeca dedit accuratius scripta *Io. Davis.* quam fecerant *Grot.* in *Stob.* p. 495., aut *Gataker.* *Advers. Misc. cap. x.* τὸν φόντα θρηνη εἰς δὲ ἔρχεται κακὰ, non τὸν ζῶντα, praebent *Aeschin. Socr.* in *Axiucho* pag. 142. *Plut. T. II. p. 36. E. Dion. Chrys.* pag. 276. v. et *Aristid. T. III. pag. 326.* Lugebant infantem natum *Trausi*, secundum *Herodotum*, [lin. 7.] ἀποργόμενοι τὰ ἀνθρώπινα πάντα πάθει: istam scripturam satis adfirmavit *Diss. Herod. p. 84.*; altera, ἀποργόμενοι, non Graeca, sicut multis mendosis, abusus est *Wetsten.* in *Lucæ Ev. xxiv, 45.* Qui *Herodotea* quoque transcripsit *Stobæus*, haec et *Nicolao* dederat *Damasc. p. 603.* Καντανοὶ τοὺς μὲν γινόμενους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τιτανήσαντας μακαρίζουσι. Huius populi nomen *Zenobio Cent. V. Prov. p. 123, 2.* restituendum putat *Davisius*; ex *Herodoto Trausorum* nomen *Ampl. Bouhier.* in *Cicéron. Tusc. p. 88.* *VALCK.*

7. ἀποργόμενοι) Expuli ineptum illud ἀποργόμενοι, dignissimum obscurissimi inventoris tenebris. Credo operas vocabulo sordes adpersisse, minime a *Galeo* et aliis detersas. De *Trausis*, et, qui eorum morem illustrent, *Euripidis* cultissimis e *Cresphonte* versibus, praestat tacere. Uberrime *Bouhierius* et *Davisius* ad *Cicéronis Disput. Tuscul. lib. I. cap. 48.* et, eorum vestigia premens, *Uptonus*

in *Arrian.* pag. 250. [ad *Epicteti Dissert.* lib. IV. cap. 5.] WESS.

8. γῆ κρύπτουσι) Obsequor schedis et scriptori, cui crebrum: mox cap. 8. ἢ ἄλλως γῆ κρύφαντες: et lib. I. 140. τὸν ἥκυν Πέρσαι γῆ κρύπτουσι: tum IV. 103. Quae quidem abunde videntur. WESS.

CAP. V. 2. ἔχου γυναῖκας ἑκαστος πολλὰς) Eadem de *Paeonibus* c. 16. Vere itaque de *Thracia*, ὅ' ἐν μέρει λέχως Δίδωσι πολλὰς εἰς ἀνὴρ κοινοῦμενος *Euripides* *Androm.* va. 215. Vere *Strabo*, ἐξ ἱστορίας in *Menandri* fabula *Getam* fari, Γαμί' γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἰς εἰ μὴ δεκ', ἢ ἑνδεκα γυναῖκας, δαδὲκα τε, πλείους τινίς. lib. VII. pag. 455. c. [p. 297. ed. Cas.] Quod polygamiae studium, Graecorum plerisque odiosum, in barbaris nunc et olim celebrabatur. WESS.

5. ἢ τις αὐτῶν ἐφίλειτο μάλιστα) *Dorum* *Aeolumve* ἐφίλειτο valeat, ubi poterit: quod reduxi, commatis *Ionici*. *Getarum* legem, τὸ ἐπισφάζειν τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ, *Stephan.* *Byz.* attigit in *Γερία*, de certamine silens, quale in *Indis* receptissimum nostra et superiore aetate in *Diodori* lib. XIX. 34., ubi vide, et quae nuperrime *Cl. P. Burmannus Secund.* ad *Antholog.* lib. I. p. 185. WESS.

Ibid. ἐφίλειτο) Hoc ex *Aldi* potuerat *Ed.* revocari: quod in alias irrepserat ἐφίλειτο, verbum nobis in *Porti Lexicon* introduxit velut *Ionicum* φίλημι, et φίλημαι. Auctor idoneus *Heracides* docet *Dorica* fuisse φίλημι, Πόθημι: *Aeolica*, Φίλεμι, Πόθεμι. Hunc etiam tangens *Herodoti* locum, *Stobaeus*, pag. 614., ex *Nicolao Damasc.* *Indorum* uxores memorat, hoc certamine *Threissis* magis nobilitatas. *Cicero* *Tusc.* V. 27. Cum est cuius earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: --- quae est victrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum viro in rogam imponitur; victae moestae discedunt. Ibi plura *Davis.* p. 402, et ad *Aeliani* *Var. Hist.* VII. 18. notant *Scheffer* et *Perizon*. Tale certamen inter duas *Indas* mulieres in *Eumenis* exercitu narrat *Diodorus Sic.* XIX. c. 33. et 34. Multo magis mirabile, quod de tribus eiusdem familiae Graecis mulieribus memoriae tradidit *Pausanias* lib. IV. [cap. 2.] p. 284., quae πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἱπκατίσθουσαν. VALCK.

CAP. VI. 7. καὶ τὸ μὴ ἐστίχθαι, ἐγὼνις) *Artemi-*

dorus Onirocr. I. 9. ετίθεται παρὰ Θραξίν οἱ εὐγενεῖς παῖδες, bene quidem, quamquam non soli. Thracum τὰς γυναῖκας τὰς ἰθαυέρας στιγματῶν μετὰς, καὶ τοσούτῃ πλείονα ἔχουσας στιγματα καὶ ποικιλώτερά, ὅσα ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτίων δυνούσι, ex visu Dio Chrysost. proponit Or. XIV. p. 235. v. Caussam vero et originem eorum stigmatum, sed fabulosam, Phanocles in Stob. Serm. LXII. p. 400. Verum de his locupletissime Io. Rhodius in Scribonii Largi Conposit. Med. 231. p. 310. Quod his cohaeret, [lin. 8.] ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον, in priscorum etiam Germanorum moribus apud Tacitum de Mor. Germ. c. 14. WESS.

8. ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον) Quando γῆς ἰργάτην opponit, ipsisque τὸ ὅτι ἀπὸ πολέμου itidem κάλλιστον habitum scribit, primam Herodotus vocis respiciens significandi dotem, qua notat ἀργὸς ab opere rustico vacantem, honestius intelligit otium, quodque homines bellicosos non dedeceret. ἀργὸν εἶναι, et πολεμικόν, in talibus tantundem paene valent. Talem ἀργίαν ἀδελφὴν τῆς ἰθαυθρίας dixerat Socrates, ei dicti legitimum nobis patrem tradidit Aelian. Var. Hist. X. 14, Ostendere voluit Maximus Tyr. Diss. XXIX. ὅτι λυσιστράταιοι τῇ πόλει οἱ προπολεμοῦντες ἢ οἱ γεωργοῦντες. Ad perficiendum civitatis corpus optimi rectores utrumque genus aequè censuerunt necessarium. Hippodamus sive Thurius seu Milesius in libro de Rep. tres civitatis partes constituit ap. Stobaeum p. 248., τὸ βουλευτικόν, quod velut optimum deberet ἀρχεῖν: τὸ βάνκισον, quod ut deterius deberet ἀρχισθαι: τὸ ἐπικούριον, velut μέσον: hanc partem conficiunt bellatores; secundam, agricolae, artifices, et mercatores. Artibus abstinentes sellulariis agroque colendo, atque adeo ἀργοί, apud plerasque gentes amantiores libertatis habebantur honoratiores: vide Herod. II. cap. 167. Quod vero Socrati tribuit Aelianus, dixerit-ne suavissimus agriculturae laudator addubito: certe dixit in Xenoph. Oeconom. p. 482, 25., Regem Persarum, ἐν τοῖς κάλλιστοις τι καὶ ἀναγκασιότατοις ἡγούμενοι εἶναι ἐπιμελημάσι γεωργίαν τε καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι. De sellulariis opificiis minus ille iudicabat honorifice. VALCK.

CAP. VIII. 4. θάπτουσι κατακαύσαντις) Igne sepepiunt, θάπτουσι πυρὶ, ut in Aeliano de Nat. Anim. X. 22.

Diodoro Siculo, atque aliis. Humationem certè ab illa ignium sepultura nitide distinguit. WESS.

CAP. IX. 6. τοῖσι οὐνομα εἶναι Σιγύννας) Perperam libilantem litteram nationis titulo Med. abetulit. Σιγύννας Apollonio Rhod. IV. 320. Straboni Σιγύννοι, sed in Asia; qui ἰππάρους δι' ἡρώτων μικροῖς δασίν -- τίθρηππα δι' ἡνιόχουσι, prorsus ut hi Europaei, bene Casaubono adnotante, lib. XI. p. 790. B. [p. 520. B. ed. Cas.] Quod autem olim hariolabar, Zosimum hac narratione deceptum de Hunnis vulgasse, εἴτε οὗς Ἡρόδοτος Φησι παροικεῖν τὸν Ἰστρον, σιμοὺς ἀσθενίας ἀνθρώπους, lib. IV. c. 20. necdum abiicio. Audiit de Siguninis, inque illis Hunnos latere censuit, his erronee tribuens, quod Sigunnarum equis conveniebat. Equidem in Musis nihil scrutando inveni, unde Novae Historiae scriptor dicta excusare queat. WESS.

15. γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ) Sophocles in Aiac. dixerat vs. 655. Ἀπᾶν' ὁ μακρὸς κἀναριθμητὸς χρόνος Φύει τ' ἀδελὰ, καὶ Φανέντα κρύπτεται. Κούκ' ἔστ' ἀελλπτον οὐδὲν. Proxima Σιγύννας δ' ἂν καλέουσι -- τὰ δόρατα, merito tanquam adulterina Criticis hinc furcillis deturbanda censuit vir summus in Diss. Herod. p. 55. Ponitur in his articulus usitato Grammaticis more; qui, iam traditus ab Henr. Stephano App. de Dial. Att. p. 221. ignoratus tamen homines saepe decepit rerum antiquarum peritissimos; hoc in loco turpissimum in errorem induxerat interpretes Herodoti, quod monuit Erud. Auctor des Essais de Critique sur les Traductions d'Herodote p. 157. VALCK.

15 seqq. Σιγύννας δ' ἂν -- τὰ δόρατα) Non videntur Herodotea, sed iusto officiosioris Scholiastae. Turbant certe orationis seriem, indigna Patre historiarum. Qui quaeso illi οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσιλῆς Ἀίγυες, aut, ut Laurentius habuit, Αἰβυες, Poeni? Somnia grammatici. Σιγύννοισι δὲ καλοῦσιν οἱ Κύπριοι τὰ ἀκόντια interpretes Apollonii Rh. II. 99. Suidas, Σιγύννη καὶ Σιγύννοισι, τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. Sic hoc de genere solent, non Herodotus. WESS. — Vetus admodum fuerit oportet adsumendum, quod libri omnes, qui diversis ex familiis ad nos pervenerunt agnoscunt. Equidem, cur Herodoto indigna ista iudicarem, nullam vel vidi vel exputare causam potui. S.

CAP. X. 3. καὶ ὑπὸ τούτων οὐκ εἶναι etc.) Nihil ve-

rius. Fabulabantur apum examina trans Istrum agminatim volare, aditumque hominum impedire. Similis fabella in fuis pennis, visu transituque prohibentibus: οὐκ οἶά τι εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὄραν, οὔτε διεξίνααι, ὅ π' ὁ πτερῶν κυχυμένων lib. IV. 7. Quod adnectitur, apes esse ζῶα δύσσεργα, a veritate quidem haud deflectit, non aptum tamen ad apes septemtrionis regionibus eiciendas. Secus habet, nec reticuit *Aelianus* Hist. Anim. II. 53. Nostro αἰσὼν ἔδειν exprobens. WESS. — De *Aeliano*, ista respiciente, et contraria *Herodoteis* narrante monuit etiam *Valck. S.*

CAP. XI. 7. Μύρμιρον τὴν Ἠδωνῶν) Dixit *Aeschylus* Ἠδωνίδα αἶαν in Pers. vs. 495. adprobans quodammodo τὴν Ἠδωνίδα Arch. et Vind. At receptum c. 124. redibit. Hoc *Tzetzae* vide Chil. III: vs. 508. Ἡ τις Μυρμίνος Ἠδωνός πρότερον ἐκαλεῖτο, ubi res Ἠδωνῶν requireret, nisi eodem modulo iteraretur versus Chil. IX. 221. Et talia tamen ex *Herodoto*. Ecce tibi aliud. Schol. in *Thucyd.* II. 99. Ἠδωνοὶ καὶ μεταπλάσμων Ἠδῶνς καὶ Ἠδῶναι οὕτως Ἡροδότος. Atqui is Ἠδωνός semper. Scripserat Criticus Ἡραδιανός, quemadmodum et *Cassell.* in schedis, monente Cl. *Dukero*. WESS.

Ibid. Μύρμιρον τὴν Ἠδωνῶν) *Myreinum Edonidem, Valla*: concinit Arch.; τὴν Ἠδωνίδα recipiet, opinor, *Herod.* Hinc *Berkelii* firmatur coniectura in *Steph. Byz.* Ἠδωνίδ' αἶαν dixerat *Aeschylus* in Pers. vs. 495.; quaeque sacris operabantur Bacchi, sunt e Latinis etiam Poëtis *Edonides* notissimae. Μύρμιρος, Ἠδωνικὴ πόλις audit *Thucydidi*, IV. 107. Ἠδωνικὸν πολεμᾶτιον, *Diodoro* XII. 68. *Darius* apud Io. *Tzetzen* Chil. III. vs. 503. Τὸν Κῶν (non Κώμην) μὲν τῆς συμβουλῆς ἴστικα τῆς προτίρας Ἐξ ιδιώτου τύραννον ποιήσας Μιτυλήνης Τῷ Ἰστιαίῳ δίδωσι κτίξιν δὲ τὴν Μυρμίνον. VALCK.

CAP. XII. 4. Ἡν Πύργης καὶ Μαντύνος ἀνδρὲς Παίονες) Si vel in optimis libris scriberetur ἦσαν - - - ἀνδρὲς Παίονες, ego tamen inusitatus ἦν a novatore [*Herodoto*] veterumque Poëtarum imitatore positum censerem. Τοιοῦτον καὶ παρ' Ἡσιόδῳ τὸ, Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, Ἡν δ' ἱρῶναι μακροκαμπυλαύχινες, (καὶ, Ἡν δὲ νάρκαι, - - - ἦν δὲ ζῦγαναι) Τίτρακίς τι σπειρατολόγοι, κἀγγλαὶ συκαλλίδες, *Eustath.* in *Iliad.* ε'. p. 1148, 41. Integros *Epicharmi* duo trochaicos *Athenaei* praeiuit Epitome: vide II. p. 65. e. Interiecta petita sunt ex alio eiusdem comoediae loco, quem

habet *Athen.* VII. p. 286. c. conf. p. 278. A. Lacon in *Aristoph.* Lys. vs. 1263. Ἦν γὰρ τῶνδ' οὐκ ἐλάσσω Τὰς ψάμμους τοῦ Πέρσαι. In epigrammate apud *Aeschin.* contr. Ctes. vulgatur p. 80. Ἦν ἄρα καὶ κύνες ταλακάρδοι: ubi scribi debuerat Ἦ ἄρα. Non reperietur illud ἦν, pro ἦσαν, apud alios historicos veteres sic adhibitum: neque tamen ignoro Herodoteum usum ab Epicharmeis esse diversum; sed illinc multo magis distant, quae prima facie forsitan alicui videri possent simillima, qualia multa dedit in doctis suis ad *Charitonem* collectaneis Clar. D'Orvillius. VALCK.

11. ἄγρος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν) Ad ista tria vel de suo quantum adiecit *Aelianus*, aut, quod verius arbitror, alium in his sequutus est auctorem, de Nat. An. VII. 12. Paeonides enim feminae secundum *Aelian.* τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὕδριαν, - - - ἐξαρτήσασαι δὲ τοῦ κόλπου θηλαίζουν τὰ βρέφη, καὶ - - - ἵππον εἰς ἀρδίαν ἄγουσι, καὶ ταῖς χερσὶ νήθουσι λίθον. Ubi *Herod.* dicit κλώθουσαν λίθον, [lin. 12.] *Med. Cod.* habebat κλώσαν: nota sunt ἱερὸν κλώσματα, quae levi pollice deducebant αἱ πατρίτριαι. De sorore *Pigretis* et *Mantysis* sic agit *Io. Tzetzes* Chil. X. 200. etc. ut solum sequi videatur *Herodotum*; atque eidem alter fratrum dicitur *Μαντύης*, ut in *Med.* *Herodoteae* vel eandem vel simillimam narrat historiam, sed quam evenisse scribit sub *Alyatte*, *Nicolaus Damasc.* *Valesii*, p. 497. VALCK.

12. κλώθουσαν λίθον) *Euripidis* κλωστήρ λίθου apud *Polluc.* VII. 31. et alia in re *Aeschyli* Choëph. vs. 505. congruunt. *Nic. Damascenus* simili in historia νήθουσαν ἐκ τῆς ἡλεκταίης τὸν ἄτρακτον. In *Med.* et *Ask.* κλώσαν aut κλώσαντων [quae quo pertinerent ignorare se professus *Gron.* erat] nullum mysterium; prius ex κλώω, posterius ex κλώω formarunt, natalibus τοῦ κλώω et κλώωω indicatis. Quod deinceps [lin. 13.] *Suidas* ἐπιμίλειον τῷ *Δαρίῳ*, in menda cubat, hinc, quod *Portum* et *Kuster.* haud fugit, deterenda. WESS.

21. φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ) *Nic. Damascenus*, quod significavi, eandem de muliere *Mysa* ex *Thracia* narrationem in *Constantini* *Porphyrog.* proposuit lib. I. de *Themat.* c. 3. quae *Alyattis*, *Lydorum* regis, aetate contigerit. *Gronovii* vero ex *Marmorib.* *Oxonien.* p. 127. picturam et interpretationem multo risu *Lacrozius*, *Fabricius* et *Wolffius* exploserunt in *Thesauro* *Epistol.* *Lacroziano* T. II. p. 97. WESS.

Ibid. φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφ.) Nicolao dicitur Damasa. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεύοντα στραῦνον. Ubi paulo ante legebatur, ἤρσει τὸν ἵππον, [lin. 19.] invenisse videtur *Eustath.* ἤρσει, quod interpretatur *ἐπὶ τῆς* in *Iliad.* *℥.* p. 591, 36. et in ista sede vulgato non est deterius. Ἀρῆον, hic *Aeliano* εἰς ἀρδαίαν ἄγειν, potum agere, multo est usitatius quam ἀρῶν. In historia Herodotea scribi debuit a *Io. Tzetze* *Chiliad.* *℥.* vs. 207. Ἡ δὲ ποτοῦ κορίσασα τὸν ἵππον, ἔσπευε ἰππον: non, quod vulgatur, κινέσασα. VALCK.

CAP. XIII. 4. οὐκ ἐπὶ πρόσω σκοπὴν etc.) Expressit, *Porto* monitore, *Homericum* Ἥιδις γὰρ αἱ σκοπιῆν ἔχον, *Odyss.* *℥.* 302. Reduxi οὐκ, in οὐ καὶ olim etiam conversum lib. IV. 155. [At non solum percommodus hic locus alteri scripturae οὐ καὶ πρόσω, in vicinia alicubi: sed et per se parum commodus isti οὐκ, quae vocis forma negationi vim addit, ut sit nequaquam, neutiquam; quod est ab hoc loco alienum, ubi satis omnino erat, haud procul.] Iocus autem in *Galeum* *Celeb.* Editoris ob *Λυδικὰ* et πόταρον abesse debuerat, aut certe civilior; siquidem in posteriore manifesta operarum aberratio, prius, nisi scribae *Λυδικὰ* voluerint, tueri, sicubi necessarium foret auxilium, *Λυδικὴ* λίθος *Hesychii* possit. Verum ab his abstinco manum. WESS.

10 seq. ἡ Παιονία - - - πεπολισμένη) Omnia ex vero si *Aprianus* scripserit, οὐ πόλεις ἔχον αἱ Παλόνες, ἀλλ' ἀγροὺς ἡ κόμας κατὰ συγγένειαν, *Illyr.* p. 12. Ed. *Hoesch.* [cap. 22. nostrae edit. T. II. p. 859.] Sed illi *Panonii* *Dravum* inter *Savum*que et *Danubium*: his ad *Strymonem* *Paeonibus* suas fuisse urbes, deinceps clare affirmatur. *Paeonia*, πεπολισμένη, urbis instructa et distincta. *Strabonis* χώμαν πολιζέιν huc pertinet, erudite a *Casaubono* explicitum, lib. VIII. p. 560. [p. 364. n. ed. *Cas.*] WESS.

CAP. XIV. 7. λαβὼν ἡγεμόνας ἐκ τῆς Θρηάκης) ἡγεμόνα *Valla* legit vertitque, sumpto e *Thracia* duce. Duces isti *Gallos* interpretes deceperunt, ignorantes *Herodoto* quoque ducem itineris dictum ἡγεμόνα, VIII. 35. quales plene dixerat ἡγεμόνας τῆς οἰοῦ, VIII. 31. et forsan V. 100. ubi hoc praebent margo *Steph.* et *Valla*. Sic vulgo loquuntur recentiores: *Iuneus* apud *Stobaeum* p. 593, 43., οὐχ ἡγεμόνος οἰοῦ τυγχάνων, - - - οὐ στήνης (male vulgatur ὥστε γῆς)

εἰποῦν, οὐ τροφῆς: est tamen et apud *Thucyd.* ἡγεμῶν τῶν ὁδῶν, III. 98. Alibi *Thucydidi* talis simpliciter dicitur ἡγεμῶν, sicut *Sophocli* Oed. in Col. vs. 1538. *Eurip.* Phoen. 1610. *Aristoph.* Πλουτ. 1162. sed nemini frequentius quam *Xenophonti*. *Zonaras* in Lex. et *Suidas*: ἡγεμῶν, ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος. Ξενοφῶν (Κυρ. Ἀν. lib. IV. p. 189, 3.) καὶ τὸν ἡγεμόνα δῆσαντες παραδίδασιν αὐτοῖς. VALCK.

CAP. XV. 13. Σιροπαῶνες) Sic utcunque bene; melius Σιροπαῶνες ex *Steph. Byz.* in Σίρις et *Holstenii* suspicione. Oppidum Σίρις ἢ Παιονίη lib. VIII. 115. consulto ita positum, sicuti et Σίρις ἢ ἐν Ἰταλίῃ eiusdem libri c. 62. WESS.

CAP. XVI. 1 seqq. Οἱ δὲ περὶ τὸ Πάγγαιον etc.) Fuit qui ad istum modum sequentia, εἰ δὲ περὶ --- καὶ Δόβηρις καὶ Ἀγριᾶνες καὶ Ὀδόμαντις, καὶ --- Πρασιάδα ἔχοντες, οὐκ etc. corrigebat, omnes extra *Paeoniae* fines semovens; nimium, ut censeo, caute. *Paeones* enim olim cis et uls *Strymonem* latissime coluerunt, plures nationes complexi apud *Plinium* lib. IV. 10. Adhaerent arte illis *Doberes* et *Paeoplae* c. 113. *Polymniae*, haud aliter atque hic. Δόβηρις quoque *Παιονική* *Thucydidis* lib. II. 98. originem et situm testatur. WESS.

16. τὰ δὲ νηπια παῖδια δίδουσι τοῦ ποδὸς σκάρῳ) Convenit, non neglectum a *Berglero*, istud *Heliodori* Aeth. lib. I. p. 11. ἔρπιν δὲ ὀρεγόμενον (τὸ παῖδιον) εἰ αἰσθοίτο, ἑμάντα τῶν σφυρῶν ἐκείνης, ὅσον ἐπ' ἄκρῳ τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς ἐπιβαίνειν ἐπίτρεψα. Cetera non describo, haud dissimile praedonum in *Aegypti* *Bucoliis* vitae institutum, quale *Prasiadem* paludem habitantium, enarrantia. Ceterum insolens minime iumentis pabulum pisces. *Athenaeus* de *Thraciae* quadam parte lib. VIII. p. 345. E. οἶδα καὶ τοὺς περὶ Μόσυνον τῆς Θράκης βοῦς, οἱ ἰχθύς ἰσθλοῦσι, παραβαλλομένους αὐτοῖς εἰς τὰς Φάτνας: in quibus ego *Mosynum* *Thraciae* non novi, nisi si ligneas *Prasiadis* paludis domos scriptor indicarit. Μόσυνοι, μόσσυνοι, μόσυνης, *Thracum* et vicinorum erant sermone ξύλνοι οἶκοι in *Schol. Apollon. Rh.* II. 379. Ut ut illud ceciderit, pisces iumentis saepe esui in frigidis et maritimis *Europae* tractibus esse, multi inque his *Thorm. Torffaeus* Hist. Norveg. Part. I. lib. II. 24. prodiderunt. *Aeliani* *Παιονίδα λίμνη*, eiusdemque pisces, victui bubus, de An. XVII. 30. recte cum *Prasiade* lacu contulit *A. Ortelius*. WESS.

Ibid. Μουσὶ τοῦ ποδὸς σκάρτῳ) Horum, ut puto, meminerat Heliodorus, vitam enarrans in Aegypti paludibus degentium lib. I. p. 11. παιδίον ἔρπειν ὀρεγόμενον εἰ αἰσθεῖτο, ἱμάντας τῶν σφυρῶν ἱξάψας ὅσον ἐπ' αἵρου τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς προβαίνειν ἐπίτρεψε, καὶ οὐκ ἔτινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δισμὸν τοῦ ποδὸς ἐπιστήσας. In vicinia [lin. 15. et 20.] θύρης meminit Herodotus καταπακτῆς, διὰ τῶν ἱερῶν κάτω φερούσης ἐς τὴν λίμνην. Miror non intelligere, qui quidem legerit πικινὰς θύρας, et πύλας εὐ ἀραρυίας. Invenerat ille θύραν ἐπιβάκτῃν in Plutarchi T. II. p. 781. d. sed nusquam θύραν καταβάκτῃν: tantum ὁ καταβάκτῃς fuisse videtur receptum, sed hic quem tandem usum habuisset cataracta? VALCK.

20. τὴν θύρην τὴν καταπακτῇν) Ex hariolatione Cl. Reiskii τὴν καταβάκτῃν, et supra θύρης καταβάκτῃς, ianuae demissilis, sive, quae attolli et demitti posset. Ansam καταπακτῇν dedit, nusquam obvia et in Thes. Stephani sine pari, quae tamen eadem ac καταπακτῇ. Accessit fortasse θύρην ἀνακλίνῃ, in Vallae Latinis ianuam resupinaverit, at pravis: siquidem ἀνακλίνειν ac ἀνακλίνεσθαι de foribus, cum aperiuntur, quod alias indicare ex Homero et Procopio memini, reversurum Vitae Homeri c. 33. Habet praeterea καταβάκτῃς semper sibi sociatam vim et inpetum, uti porta καταβάκταϊς ὀχυρὰ, quibus subito demissis occludi poterat, apud Plutarch. T. II. p. 705. et pontes (καταβάκται) superne in naves hostium deiecti Appiani Bell. Civil. V. p. 1141. [cap. 82.] Qua quidem violentia in ianuis patefaciendis uti vulgo non solent. Sane si schedae veteres καταπακτῇν obtulissent, quae tandem querelae causa? Pertinent ad sequentia διῶσαι σχοινοτενῆς σφυρίδες inter piscatorum instrumenta Anthol. lib. VI. 3. p. 548. [Anal. Brunck. T. II. p. 218.] WESS.

CAP. XVII. 6. σύντομος κάρτα) Malunt σύντομον, ob σύντομάτων VII. 121, et σύντομα τῆς ὁδοῦ lib. I. 185. Sed consimiliter Aristoteles Gener. Anim. IV. 4. μὴ κύκλῳ περιέττει κάρτα τὴν σύντομον. Metalla, unde Alexandro, Amyntae F., tam copiosa argenti vis, forte eadem quae Philippus, Alexandri M. pater, ingenti deinceps lucro exercuit apud Appian. Civil. IV. p. 1040. [cap. 106.] quamquam et aliae isthic auri atque argenti fodinae in Nostri VI. 46. et VII. 112. Fuit sane prisco tempore, fortasse et nunc,

modo sollers cura accederet, illa Thracum regio utriusque metalli uberrime ferax. Multa Cl. Blas. *Caryophilus*, Opusc. de Auri, Argenti, etc. Metall. p. 76. Post nonnulla [lin. 10.] vir doctus οὐδὲς ἔστιν ὑπερβαρὺν, ad structuram recte, repetendum tamen ex narrationis exordio, "Ἐστὶ δὲ ἐν τῇς Πρ. WESS.

CAP. XVIII. 4. ταῦτά τε ἰδῶν) Explevi orationem, quae ἐν ξίμα si haberet, a Scriptoris consuetudine haud dissideret. Vide lib. II. 107. IV. 154. VI. 34. etc. WESS. — Quemadmodum IX. 109, 15. ἰδῶν intelligitur *promisit, spondit, daturum se ait*, sic et h. l. ταῦτα ἰδῶν reddi poterat, *haec se traditurum vel tradere dixit*. Similiter apud Appianum, frequentem Herodotei styli aemulatorem, Hist. Syriac. cap. 29. δίδως et δούρας idem valent ac ὑποχρῖσθαι, *offerre, promittere, daturum se spondere*. Quo de usu huius verbi etiam Reiskius in Indice Graecitatis Demosthenaeae monuit, et nos in *Lexico Polybiano* monuimus; ubi quidem quod ad *Indicem Graecitatis Appianeae* amandavi lectorem, in eo me memoria fefellerat: nempe in exilio tunc, turbatis patriae rebus, vitam agebam, procul a meis laribus, libris omnibus destitutus, paucis exceptis qui ad coronidem Polybio meo imponendam necessarii visi erant; quumque recordatus essem, in Appiano passim mihi occurrisset eundem verbi huius usum, putabam in Indice Appiano me illum adnotasse, quod quidem secus esse nunc demum animadverti. S.

7. Illud ὡς δὲ ἀπὸ δέλπου ὑλίστο διαπίνοντες, et lib. IX. 16. ὡς δὲ ἀπὸ δέλπου ἔσαν, διαπίνοντες etc. illustravit P. Leopard. Emend. VII. 1. Tullii vero invitatio ut more Graeco biberetur, tum, *poscunt maioribus poculis*, ad διαπίνειν egregia; nec minus, inprudens Rubrii flagitatio, *Quaeso cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes?* Cui Philodamus, homo summa gravitate, *negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres*, lib. I. Verr. c. 26. ubi plura Herodoteis non absimilia. WESS.

Ibid. ὡς δὲ ἀπὸ δελ. ἔην. διαπίνοντες) De Persis iterum lib. IX. 16. ὡς δὲ ἀπὸ δέλπου ἔσαν διαπίνοντες. Quando compotores dicuntur διαπίνειν, significatur, *poculis saepe plusculum invitantes bibendo certasse*; quod Persas praesertim fecisse vel ex iis constat, quae prorsus egregia nobis e

Dinone forsā solus tradidit *Aelianus Var. Hist.* XII. c. 1. ubi vid. p. 712. Οἷον χρωμένους ἐπιπλέον καὶ διακρίνοντας dixit *Plutarch.* in *Sympos.* p. 715. cuius eruditus interpretis ista T. II. p. 58. ε. διακρίων πρὸς Ἀλέξανδρον, recte reddiderat, cursu cum *Alexandro* certans. Praeter illa quae dederunt *Kuster.* in *Aristoph.* Eq. vs. 1400. T. *Hemsterh.* *Miscell.* Obs. V. 3. p. 53. et *Abresch.* *Dil. Thuc.* p. 457. inveniuntur huius generis verba, διαπαλαῖν διαπυκνῆσαι διαπληκτίζεσθαι διαξιφίσασθαι διαρπίζεσθαι διαφιλοτιμῆσθαι. In *Iso-crāt.* *Panathen.* p. 266. D. οὐδὲ νῦν αἱ μέγισται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων αἰσχύνονται διακελαυνόμεναι πρὸς τὸν ἰκταίνον πλοῦτον, adulando certantes. διαλοδορῆσθαι habet *Herod.* II. 121. et διαναυμαχεῖν, VIII. 63. VALCK.

19. ἀντίαι ἔζοντο) Satis ἀντία protectum, modo per codices licuisset. Admissum redibit, non sine controversia, statim, et ἔζοντο ἀντίαι lib. VI. 77. ἰζόμεθα ἀντίαι lib. IX. 26. ἀντίαι σταθόντις *Eurip.* *Orest.* vs. 1479. et passim. Dubites vero, reliculum-ne κελνόμεναι *Arch.* et *Vallae* sit: vocatae venerunt, sed iussae, ad rem moribus gentis turpem et insuetam. WESS.

23. ἀντίας ἔζεσθαι) *Herodoteum* praebet *Arch.* ἀντία ἔζεσθαι. Quae spectantium ex adverso cruciarent oculos, mulieres Macedonicas frigide vocari [lin. 24.] ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν, *Herodoti* iudicat admirator *Longinus* π. Τψ. IV. 12. [sect. 4 extr. ubi tamen adiicit excusationem, quod barbaros sic loquentes inducit Scriptor.] Quid potissimum culpandum censuerit, docet *Za. Pearce.* Comparavit illud *Ios.* *Scaliger* ad *Propertii* II. El. XIX, 76. Quantum sic cruciat lumina vestra dolor? VALCK.

24. ἀλγηδόνας σφι ὀφθαλμῶν) Fluxit hoc fonte istud *Alexandri* ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ *Περσίδες*, in *Regis* *Vita* apud *Plutarch.* p. 676 F. *Longini* taxantem horum censuram, explosam a *Pet. Victorio, Fabro, Tollio, Gronovio*, non moror. *Herodoti* dictionem attigit *Olearius*, collato *Isaei Rhetoris* verbo, quo rogitanti *Ardui*, εἰ ἡ δαίνα αὐτῷ καλὴ φαίνεται, modestissime (μάλα σοφρόνως) respondit, πίπτανμαι ὀφθαλμῶν: h. e., docto viro interprete, oculorum se morbo laborare desiisse. Verum simili in negotio ὀφθαλμῶν et ἰποφθαλμῶν vehemens desiderium explicant, sive ἐπιθυμίαν τῶν ὀφθαλμῶν ex *S. Ioannis* *Epistola* primori. Sic

Polybius lib. I. 7. πάλοι - - - τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες, felicitati oppidi oculos cupiditatis adiecerant, bene *Casaub.* nec discordat in *Exc. Legat.* p. 1319. [Polyb. XXXII. 2.] nedum *Aelian.* de Anim. I. 12. etc. WESS.

CAP. XIX. 6. πρὸς Ἀμύντια) *Etsi Ἀμύντη saepe dederint sribae, optima haec productio et Ionici saporis, uti Ἀρισταγόρεια, Κανδαύλεια, Μιλτιάδεια, conpluresque apud Portum.* Quod deinceps prudens, sed meticulosus, pater filio, [lin. 12.] σχεδὸν γὰρ σὺ ἀναγκαιομένου, *Valla*, uti in *Arch.* ἀναγομένου, hinc me summoventis, etiam postrema in Edit., per sane inconmode. Latina nunc Graecis respondent. WESS.

15. ἵνα μὴ ἱξεργάσῃ ἡμῶς) *Talia Euripidis Hippol.* vs. 607. Ὡς πρὸς σε γονάτων, μηδαμῶς μ' ἱξεργάσῃ, *ne me perdas quae-so.* *Helen.* vs. 1104. Κούρη Διώνης Κύπρι, μὴ μ' ἱξεργάσῃ. WESS.

Ibid. ἀνέχῃ ὀρέων τὰ ποιούμενα) *Hic recte cepit Valla; ista lib. I. c. 206. ἡμῶς ἀνέχῃ ὀρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομαι, perperam interpretatus, nos sine finium quorum sumus principes esse: οὐρων, finium, esse credidit participium ion. ὀρέων. Istā solet, ut aliis, (vid. ad Eurip. Phoen. vs. 550.) Herodoto quoque verbum adhiberi structurā: lib. I. c. 80, οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδίην αὐτῆς ὀρέων, οὔτε τὴν ὁδὴν ὁσφραϊνόμενος. II. 37. κυάμους οἱ ἱρέες οὐδὲ ὀρέοντες ἀνέχονται: sic et V. 48. VIII. 26. VALCK.*

CAP. XX. 12. ἰσθῆτι σκευάσας) *Non indigemus composito διασκευάσας, quantumvis in Plut. Anton. p. 926. λ. γυναῖκες εἰς Βάκχας, ἄνδρες καὶ παῖδες εἰς Σατύρους καὶ Πᾶνας διασκευασμένοι.* Nostri prius est: Ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίη lib. I. 60. et cap. 12. huius Musae. Statim [lin. 13.] παρῆγε reduxi, non oblitus τὸν δὲ Κύρην ἦγον ἔσω lib. I. 116. namque repetitione eiusdem verbi Scriptor delectatur saepenumero. WESS.

19. ἐπιδαψιλεύμεθα) *Nollem Medic. scripturae primas datas: disconveniunt enim ποιούμενα, ποιῶνται, similiaque. De verbo post accuratissimam Hemsterhusii nostri operam ad Luciani Dial. Mort. XXX. p. 452. adiungo nihil: praeclara isthic omnia. Qui in vulgatis deinceps [lin. 22.] ἀνὴρ Ἕλλην Μακεδῶν ὑπαρχος, verius Μακεδόνων, sicuti Αἰγυπτίων et τῆς Αἰγύπτου ὑπαρχος lib. IV. 166. et Σαρδίων ὑπαρχος*

χης infra c. 25. *Λημνίων ὑπαρχος* c. 27. Diversa sunt Ἀκόντης ὁ Μακεδών et Ἀλεξανδρὸς ὁ Μακεδών, et bene habent. WESS.

19. *ἐπιδαφιλυνόμεθα ὑμῖν*) Verbi vim hoc etiam in loco more suo Vir summus explicuit ad *Lucian.* p. 452. Absurdissimum illud quod sequitur, [*lin.* 22.] ἀνὴρ Ἑλλήν Μακεδὼν ὑπαρχος mirum videri posset in *Herodoto* tamdiu ab illis etiam relictum, qui Μακεδόνων genuinum in codicibus invenerant flexum; nisi constaret, quantum superstitionis esset imperium in hoc quoque liberrimo literarum genere. VALCK.

24. ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ) Quos feminas esse aiebat; *Vala.* Nemo tam parum Graece doctus est, qui non illud sentiat indignum *Herodoto*. Alexander imberbes iuvenes Macedonas adsidere iussit singulis Persis singulos, *tanquam mulieres videlicet*. Saepius adhibitum *Herodoto* τῷ λόγῳ significat id, quod primo videatur adspectu. Ὡς γυναῖκα δὲ poni potuerat et hic in eundem sensum: ut apud *Plutarch.* T. II. p. 247. c. muliebrem in modum vestitos viros οἱ Φύλακας παῖδας ὡς δὲ γυναῖκας. Narrant *Herodoteae* simillimas historias antiquiores, *Pausan.* in *Messen.* p. 288., *Polyaen.* I. xx, 2.; recentiorem, quae *Thebis* evenit, *Xenophon.* Ἑλλ. V. p. 331, 28. ubi, qui temulentos amatores contrucidarent, viros *Phyllidas* ὡς γυναῖκας ἰστολαμένους cum introduceret in conclave, *πισήγαγεν*, inquit *Xenoph.* τὰς ἱταρίδας δὲ, καὶ ἐκάθητο παρ' ἐκάστῃ. *H. Steph.* corrigens *ἱταρίδια*, quem enim, ait, locum particula δὲ habere hic potest? Suum habet in ironia aptissimum locum: τὰς ἱταρίδας δὲ, meretriculas scilicet! Apud eundem pro ἥδη scribendum p. 359, 42. ἥ δὲ γὰρ ἠγήσεται κατὰ θάλασσαν; vos, scilicet! mari duces eritis? *Thucyd.* p. 173, 77. ἡμῖς δὲ αὐτόνομοι δὲ ὄντες, καὶ ἐλεύθεροι τῷ ὀνόματι. *Demosth.* p. 52, 37. ἵνα δὲ αὐτόνομοι ᾖσιν. Ut in re minuta, saepissime fuit in hac vocula peccatum, velut apud *Euseb.* c. *Hierocl.* p. 445. f. qui se Deum dixerat, strenue dicitur *Iarchas* bibisse, *ὅλα δὲ θιός*, *tanquam Deus videlicet*! *Olearius* ista contextu censebat eiiciens. Ceterum ad *Herodotea* *Brissonius* de *R. Pers.* II. p. 275., comparavit egregium locum eadem narrantis *Iustini* lib. VII. c. 3. Laudatur ob illud facinus *Alexander* in *Epist. Socrat.* 28. p. 28. sed *Xerxi* tribuitur, quod fecerat *Darius*. VALCK.

Herodot. T. VI. P. I.

B

CAP. XXI. 5. ἄμα παῖσι καίνοισι) Rediit, quod expulsum citra gravem causam fuit. Putares Libaniam T. II. p. 490. c. Megabazum ipsum fuisse peremptum opinari; sic enim, οὐδὲ γὰρ οἱ τοὺς περὶ Μεγαβάζου ἀποκτείνοντας ἐν Μακεδονίᾳ, μετὰ τὸ δαίπνοι ἐπιφερομένους εἰς Ἀφροδίτην ἄδισαν ὑπὸ τῆς μίθης: h. e., Morello vertente, neque enim qui Megabazum interfecerant in Macedonia etc. Recte, ita si scripserit. Liber ab errore Rhetor erit, modo τοὺς παρὰ Μεγαβάζου pingatur, intelliganturque, missi eius legati. Περὶ et παρὰ ab amanuensibus misceri, norunt omnes. ὁ παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναῖκος, Alcmenes nuncius, in Luciani Dial. Deor. X. 1. WESS.

9. δὲν; δι' ταῦτα κατέλαβι) A Suidae interpretatione, ἐπέλαβεν, ἐπίσχει τῆς ὀρμῆς, non abhorreo, uti neque Abreschius Dil. Thucyd. p. 509. Ordo autem horum Herodoteo more confusior. Potuisset, ἀνδρὶ Πέρῃ τῷ διζήμενῳ τοὺς etc. ex Reiskii divinatione; cui equidem praepono, in mastorum hoc silentio, Valckenarii elegantem sententiam. Gygaeam, Alexandri sororem, lib. VIII. 136. praeteriit. minime. WESS.

10. τῶν διζήμενων τοὺς ἀπολομένους τῶν στρατηγῶν) Ut suum Noster recuperet, spero equidem in Codicibus inventum iri τῷ στρατηγῷ. Bubares, cui dedit et pecuniam et sororem suam Gygaeam Alexander in matrimonium, dux fuit eorum, qui missi fuerant ad inquirendos Persas interfectos, a patre Megabazo illuc missus, lib. VII. cap. 22. Historiae tamen obscurata veritate Iustinus VII. 3., Interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile et mediocre. - - Sed Bubares, amore filiae Amyntae captus, omisso bello nuptias facit, depositisque hostilibus animis in adfinitatis iura succedit. Aut vocem non legit, aut lectam Valla non immerito censuit interpretatu difficilem: quod posuit vir clar. uni ex inquisitoribus intersectorum ducum, tolerari non potest: nam primum nusquam in tota narratione missi septem a Megabazo legati duces dicuntur, aut etiam dici poterant; qui suo singuli duntaxat venerant servitio comitati: deinde non nobiles isti tantum Persae perierant, verum διαφάρσαν αὐτοὶ καὶ ἡ διαπραχὴ αὐτῶν. Ceterum suo iterum more turbavit ordinem vocabulorum Herodotus,

qui fuisset naturalis, si sic legerentur collocata: *κατάλαβεν* (repressit eorum impetum: vid. Cl. Abresch Diluc. Thuc. pag. 509.) Ἀλέξανδρος, δούς ταῦτα (pecuniam et sororem) Βουβαίρη ἀνδρὶ Πέρσῃ, τῷ στρατηγῷ τῶν ἀχαιμῶν τοὺς ἀπολαμῶνους. VALCK.

CAP. XXII. 4. καὶ οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ) Omitti negligique subinde ante urbium ac regionum nomina praepositionem, dictum alias ad lib. II. 53. *Herodotus ἐν Ὀλυμπίῃ* solet lib. II. 160. VIII. 134. *Hellenodicas* et eorum collegium Scaliger, P. Faber, *Valesius*, *Perizonius* ad *Aeliani* Var. tali in luce collocarunt, ut tenebricosi nihil duret. Hic eorum tamen nomen ex scholio venisse codices testantur. WESS.

4. et seqq. οἱ τὸν Ὀλυμπίῃ δίκοντες ἀγῶνα etc.) Τὸν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα *Pindarum* decet: ne Poëtarum quidem imitator *Herod.* voculam ἐν omittere poterat, a Florentini Codicis scriptore praetermissam. Aliunde recipietur, opinor, οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ δίκοντες ἀγῶνα Ἑλλήνων, reiecta voce Ἑλληνικάι, interpretamenti loco positā. *Alexandrum* [lin. 7 seq.] οἱ ἀντιπαισόμενοι ἐξίργον, φάμιναι οὐ βαρβαρῶν ἀγωνιστίων εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων: sic scribendum arbitror e marg. Steph. pro ἀγωνιστίων. Macedoniae Principem antagonistae ἐξίργον. Hieronem Themistocles ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια quamobrem εἶρε τῆς ἀγωνίας, tradit *Aelianus* Var. Hist. IX. 5. sed tanta Themistoclis fuit auctoritas, ut venienti totius Graeciae coetus in Olympicis ludis adsurrexerit, teste *Pausania* VIII. pag. 701. In *Herodoto* non significat ἐξίργον arcebant, sed arcere nitebantur; irritum enim fuisse conatum aequientia manifestant, ἐκρήθη τε εἶναι Ἑλλαν, καὶ ἀγωνιζόμενος στάδιον συνεξίπτεται τῷ πρώτῳ. In his addubito num forte scribi praestet, καὶ ἀγωνισόμενος στάδιον, συνεξ. et stadio decertaturi nomen una cum primo nomine sorte excidebat: hoc mihi significare videtur verbum, alia in re magis usitatum: primum sorte nomen excidit, legitur apud *Livium* XXIII. cap. 3. ut primam ipsius et antagonistae sortem exiisse optimus auctor significet; quae verba sunt haec *Herodotea* tractantis P. Fabri Agonist. III. cap. 12. extr. qui tamen aliam etiam ponit interpretandi rationem. Ab *Hellenodicis* Alexander ἐκρήθη εἶναι Ἑλλαν, atque adeo, qui ante Ὀλυμπιάδην ἐκινδύνισεν ἐκκρίβηναι, cete-

ris etiam ornatus candidatorum dotibus, *ἐκπλήτῃ τὸ σταδίον*: quae duo hac in re propria habent in eadem narratione Xenoph. 'Ελλ. IV. p. 300, 15. et Plutarch. T. I. p. 603. v. vid. Philo Iud. de Nom. Mutat. pag. 1061. c. Is. Casaub. in Athen. VI. c. 12. [Animadv. in Athen. T. III. nostrae edit. p. 453.] et Io. Kühnius in Diog. Laërt. VIII. 47. *Habitus autem est Alexander a severissimis iudicibus Graecus*, non Macedo, *ἐπειδὴ ἀπιδίξῃς ὡς εἶη Ἀργεῖος*, [lin. 9.] postquam Perdiccam, a quo genus ducebat, originis esse demonstrasset Argivae et Heraclidem: vid. Herod. VIII. 137. *Demosthenes* quidem Graecam Macedoniae Regibus denegat originem, Philippum ut barbarum Macedonem traducens, cuius mentionem facit in Philipp. III. p. 69, 36. [p. 119. ed. Reisk.] tanquam οὐ μόνον οὐχ' Ἕλληνας ὄντας, οὐδὲ προσήκοιτος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' - - - ὀλέθρου Μακεδόνας. Sed concionatoris ista sunt Attici atque osoris Philippi; modestius orator umbraticus *Isocrates* barbaros quidem Macedonas esse fatetur, Macedoniae vero Reges agnoscit origine Graecos, et reges legitimos, quippe qui non in Graecos at barbaros exercerent imperium, in Suasoria ad Philippum, laudis artificiose dispensatae plena, pag. 103. et 104. *Sibyllae* dicuntur *Ἀνχούρις βασιλεῦσι Μακεδόνις Ἀργιαῶσιν*, apud Pausan. VII. p. 543. *Thucydidi* Regum maiores *Τημενίδας*, τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ Ἀργεῖος, lib. II. c. 99. et V. 80. vid. *Isocrat.* p. 88. v. *Epist. Socrat.* xxviii. et *Maxim. Tyr.* XX. 8. Apud *Livium* XXVII. 30. *Argos venit* (Philippus, Persei pater:) et curatio Heraeorum Nemeorumque suffragiis populi dicitur ad eum delata, quia se Macedonum Reges ex ea civitate oriundos referunt: ipsos etiam istius aetatis Argivos ab se oriundos credidisse, docet aliunde ad istum locum *Dukerus*. VALCK.

8. οὐ βαρβαρίων ἀγωνιστίων εἶναι) Detersi sordes, orationem turpantes. Nunc ea Graeca est, non prius. Graecia autem solis, non utique peregrinis, hoc est, aliunde quam e Graecia mera et antiqua oriundis, aditum ad Olympicum agonem patuisse, optime hinc colligit eruditissimus *P. Faber Agonist.* lib. III. c. 12., illud etiam συνεξέτισται τῷ πρώτῳ ad commissionem, sortito fieri solitam, recte applicans, ut prima *Alexandri et antagonistae sors exiisse* significetur. De Argiva ex Heraclidis *Alexandri* origine accurate *Noster* lib. VIII. c. 137. WESS.

CAP. XXIII. 4. ἔτυχε μισθὸν δωρεὴν Φυλακῆς) Inferius c. 124. Μύμνον τὴν Ἡδωνῶν - - παρὰ Δαριεῖου δωρεὴν λαβὼν Histiaeus; quod et hic abunde fuisset. Nunc vocum sede mutata, ἔτυχε δωρεὴν, μισθὸν Φυλακῆς, viri docti Pavius ac Reiskius praeoptant. [At traiectio verborum est usitata Nostro.] Convenit nonnihil hoc Metrodori ex Epigram., Diophanti Arithmetic. lib. V. pag. 269. addito, Πιστοτάταις δμῶσιν ἐλευθερίαν καὶ ἄποινα, Μισθὸν ὑπηρεσίης. Plenius, sed copulā interpositā, Antigoni dictum, Ἄλλ' ἔγω, ὃ μισθὸν, αἰδοπαγῆς οὐ πατραγῆς μισθὸν καὶ δωρεάς διδωμι, in Stob. Serm. LXXXV. p. 497. WESS.

10. ἔγκτισσασθαι πόλιν) Memini, ἔγκτισιν, sive ius possessionum acquirendarum, saepe in foederum tabulis obviam: in Thes. Muratorii p. MXLIX, 1. ΤΗΛΕΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΓΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗΣΙΝ, sic oportuit: eadem formula in Demosthen. Or. de Coron. p. 151. [p. 265, 7. ed. Reisk.] neque multum diversa apud Xenophont. Rer. Graec. lib. V. pag. 555. v. Vulgatum-ne vero, an ἔγκτισσασθαι scribarum peccatum sit, manet in dubio. Receptum simile habet in ἱστορατοπεινέσθαι, ἱμαχίσσασθαι, ἱμβόσασθαι, aliisque pluribus. Elegans et hoc Taciti Ann. XI. 19. ac ne iussa exuerent, praesidium immunivit. WESS.

Ibid. δούς ἔγκτισσασθαι πόλιν ἐν Θερήῃ) Neque κτίσασθαι alibi memini me legere, neque ἔγκτισσασθαι, hinc in Porti Lex. receptum. Variant in talibus scripti Codices, et hic forte dabunt ἔγκτισσασθαι, veram, ut autumo, lectionem. Quam a Dario petierat Mileti tyrannus Histiaeus in Edonide regionem, Μύμνον dictam, impetravit, V. 11., βουλόμην ἐν αὐτῇ πόλιν κτίσαι: in urbe condenda deprehendit occupatum Megabazus, et, simulatque Sardes venisset, docet ille Regem minus fecisse prudenter, qui permiserit hominem Graecum in Thracia ἔγκτισσασθαι πόλιν, urbem sibi possidendam acquisivisse. Frequenter occurrit in monumentis etiam lapideis ἔγκτισσις: quo sensu docebit ὁ πᾶν Ti. Hemsterh. ad Hesych. in voc. Ἐμπάμμω, occasione vocis Ἐμπάσις, ad quam vid. Clar. Alberti. Quidquid agrorum seu aedium quis in terra sibi patria comparatum possidebat, voce κτήματων significabatur; ἔγκτημα possessio dicebatur in regione peregrina; ἔγκτισσις, ius istiusmodi sibi possessionis acquirendae. Κτήματα sic et Ἐγκτήματα distinguit Demosth. p. 53. §. 49.

[Or. de Halonn. p. 87. ed. Reisk.] et Ulpian. Hinc *Ammonium*, ut in Addendis notatum, emendavit H. Vales. Emend. IV. c. 9. Ἐγκτήματα talia memorantur Numeror. xxxi, 9. vocum collectoribus praetermissa. Scripsisse videtur *Andocides* de Pace p. 25, 20. Χαβόντησιν καὶ τὰς ἀποικίας καὶ τὰ ἐγκτήματα (vulg. ἐγκλημ.) ἵνα ἀπολάβωμεν. [ἐγκτήματα recepit Reisk. p. 96.] Talia sunt quae *Xenophon* vocat Ἀπομν. II. [cap. 8, 1.] p. 441, 19., τὰ ἐν τῇ ὑπεριόρῃ κτήματα, opposita τοῖς ἐν τῇ Ἀττικῇ, sive τοῖς ἐγγαλοῖς. Verbum legitur *Genes*. xxxiv, 10., ubi Emmor ad filios Iacobi, ἡ γῆ, inquit, πλατιῖα, ἐκτάσθῃ ἐν αὐτῇ. *Demosth.* c. Polyclem p. 667, 13. [pag. 1208. ed. Reisk.] meminit τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκτετημένων: hi sunt qui in demis non suis praedia vel agros possidebant. VALCK.

12. πολλοὶ κωπίες) *Remiges* audiunt *Vallae*, *Porto*, aliis: error est, tolerabilis ille quidem, non tamen propagandus: cur enim, obsecro, multi *remiges* in *Edonide* *Myrcino* fuissent, et quamobrem hic illi commemorarentur? Imo multum illic fuit ligni ad remos faciendos apti: abietes ad naves fabricandas, ἴδη dicuntur ναυπηγήσιμος: succedunt κωπίες, ligna in remos. In *Aristidis* *Themistocle* T. III. pag. 336. τὰ νῆια, σχοινία *Scholias* mstus [editus etiam in *Photii* *Biblioth.* p. 698. ed. Hoesch.] interpretatur, Κωπίαι δὲ, τὰ ξύλα τὰ πρὸς τὰς κώπας ἐπιτηδεύειν: remos male *Canterus*. *Hesychius*: Κώπις, [Κωπίς oportebat,] τὰ εἰς κώπας εὐθέτω ξύλα. *Andocides* Or. II. p. 21, 11. [p. 80. ed. Reisk.], εἰσάγων εἰς στρατιάν ὕμῶν οὖσαν ἐν Σάμῳ κωπίαις. *Aristoph.* *Acharn.* vs. 551., Τὸ νῶριον δ' αὖ κωπίων πλατουμένων: πλατουμένων forte scripserat: [vulgatum *Bruncius* tuetur:] non erat navale plenum remigibus, quod absurdum cogitatu, sed lignis ad remos fabricandos aptis; ut bene *Bergler*. sequutus *Scholias*ten. Frequentius in his quoque fuit erratum. VALCK. — Et mihi quoque, iam tunc licet meliora in commentariolos meos relata habenti, tamen quum in hoc convertendo loco versarer dormitanti, accidit, ut *remiges* huc ponerem, pro quibus ligna conficiendis remis idonea reponet prudentior Lector. S.

CAP. XXIV. 3. μετὰ δὲ ἀγγέλων πύμψας) Corrigitur *Lipsiae* μετὰ δὲ ἀγγέλων vel ἀγγέλειν: cohaerere enim cum ἔλγει: nuntiavit ipsi per nuntios. Atqui μετὰ δὲ loco

μετὰ δὲ ταῦτα, post, deinde, Ἰακὸν est, sicuti μετὰ sine additamento, teste Galeno in Hippocr. de Rat. Vict. pag. 84., et sexcenties in Musis. Crebra quoque de nunciis et literis, πίμπλας Δαρίους ἰππία - - ἔλεγε τὰδε, lib. IV. 126., et Tomyris πίμπλασα κήρυκα ἔλεγε τὰδε, I. 206. WESS.

16. καὶ ἐς λόγους μοι ἀπικίσθαι) Bonum foret, modo schedae faverent, ἐς λόγους σοι ἀπικ. At reluctantur cunctae, regiae auctoritatis et eminentiae specimen ostentantes. Quod de possessione veri amici rex, si fraus et simulatio afuisset, praeclarum, et de Cyri sententia apud Xenophont. Κυρ. Παιδ. lib. VIII. p. 235. e. WESS.

CAP. XXV. 2. Ἀρταφέρνηα) Mssti Ἀρταφέρνηα, eiusdemque filium Ἀρταφέρνηα τὸν Ἀρταφέρνηος παῖδα nuncupant lib. VI. 94. et VII. 74. Eadem nominis scriptura in Aeschyli Pers. vs. 21. et, ceu Graeca esset origine, vs. 769. Φέρνης γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακιστρέφουν. Clarius ibidem Critici, Ἀρταφέρνης ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς Φέρνας ἔχων ἀρτίας καὶ ἀκέραιας. Male, ut opinor, in Persico hominis titulo; cui similis Ἰνταφέρνης in schedis lib. III. 70. At Μεγαφέρνης, Τωσαφέρνης, et Persica plura, eorum descriptionem sollicitandam negant. Placuit καταστήσας, sicuti lib. VII. 105. καὶ ὑπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ ταῦτον καταστήσας, et huius Musae cap. 94. Nam καταστησάμενοι τύραννον c. 92, 1. usu discrepat. WESS. — Forsan utroque fere modo Persicam nomen pronuntiare indigenae adsueverant, Artaphernes et Artaphrenes. Sed credibilius est, Graecos, graecas quodammodo formas externis nominibus induere solitos, idem in hoc nomine fecisse, adeoque Artaphernen suo arbitrio in Artaphrenen mutasse. Similiter Artaxerxis nomen, cui cum vocabulo ἄρτες cognitionem quamdam intercedere putarunt, in Artaxerzem frequentes mutarunt. S.

5. τῶν παραθαλασσίῳ ἀνδρῶν) Absentia ἀνδρῶν ex manu exaratis ingrata non foret, nisi iterum στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίῳ ἀνθρώπων lib. VII. 135. Illud [lin. 7.] ἐπὶ χρήματι ἄδικοι δίκην ἰδίουσι, in iudice Sandoce, pecunia corrupto, redibit VII. 194.; nec longe abit ἐπὶ κόσῳ χρήματι lib. III. 58. Belle quoque Eustathius ἀνθρῶπινον [lin. 8.] exemplis τρωαίης, λιοντείας, αἰγείης, videlicet δορᾶς, contra insultus munivit. WESS.

8. ἀπιδίμε πάσαι τὴν ἀνθρώπινον) Talia Herodoto pe-

culiaria non debuerant a *Porto* praetermitti. Multa colligens, in quibus *δορά* supprimitur, *Eustathius* in *Iliad.* γ. p. 283, 36., παρ' Ἡροδότῳ, αἰτ, κίττας καὶ Ἀνθρωπίν, ἡ τοῦ ἀνθρώπου δορά ἐν τῷ, σφαῖρας etc. Attigit et in *Od.* κ'. p. 379, 40. Latet illud apud *Athenaeum* alicubi. [Fieri potest: sed nec nunc memini equidem, nec adnotavi.] Crudele supplicium, quo vivis hominibus cutis detrahebatur, Persis in usu fuisse *Brissonius* docet de *Regn. Pers.* II. p. 330. conf. clar. *Wesseling.* in *Diodori* XV. 10. Ex *Herodoto* *Valerius Max.* VI. c. 3. ext. 3.. *Cambyses*, inquit, mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam sellae intendi, in eaque filium eius iudicaturum considerare iussit. Quod sequitur [lin. 9.] σπαδίξας, probae notae est, et in *Glossar.* redditum *ινδίσας*: quid sit *σπαδίξ*, ibidem traditur atque alibi. VALCK.

9. σπαδίξας δι) Rarissimum vocabulum explanat *Scholiastes*, *Σπαδίξας*, *ινδίσας*. *Σπαδίξ* γὰρ φλοιὸς μέγας περιμήκης οἱ δι, φοίνικος ἰσίδον. Male fortasse *ινδίσας*, pellem detrahens: cetera ad verbi originem proba. *Σπαδίξ*, avulsus e palma termes cum fructu, apud *Gellium* *Noct. Attic.* II. 26., ἰστίης σπαδίξ, diffractus eius ramus, *πυγάνου κλάδος*, in *Nicandri* *Alexiph.* vs. 528., neque a vero alienum, quod *Glossator* de cortice radice ilignae discerpto. Ea omnia *σπαδίξιν*, ex *σπῶν* progenitum, scindendi potestate instruunt, lancinatamque et dissectam *Sisamnis* proponunt cutem. Non nescio eruditos aliorum conatus, neque tango; *Stephanum*, *Portum*, *Salmasium*que ad *Solin.* p. 291. secutus. Addo obiter *Agathiam* *Schol.* lib. IV. p. 93. huiuscemodi supplicii auctorem haud consulto Saporem regem perhibuisse, ac male de eodem addubitasse *Ammianum* lib. XXIII. 6. Melius *Diodorus* lib. XV. 10., cuius rationem non neglexit *Valesius*, uti nec *Nostri*. WESS.

CAP. XXVII. 6 et seqq. Αἰρὶν δι τοῦτον ἦν etc.) *Lycaretum* haec si tangunt, quae plerorumque opinio, sequentia violentae eius mortis causam explicabunt: tum αἰνῶς κακῶν ἦν [CAP. XXVIII. 1.] necessario mutationem subibit, daturam aut αἰνῶς κακῶν, dira perpersus est, ex *Pavii* hariolatione, aut ἀνάπλωος κακῶν ἦν, malis cooperatus est, ex mea olim, aut αἰνῶ κακῶν, ut *Portus*, aut aliud quidpiam consimile: neque enim id, quod legitur, ad necem ducit truculentam. At de *Lycareto* mollissime Scri-

ptor τιλυτᾶ, nulla flagitii adspersa macula, neque, ut alioqui solet, κακῶς τὸν θλον τιλυτᾶ. Lemno praeterea is praeerat, orae maritimae nequaquam, sed Otanes, [cap. 26, 1 seq.] τότε διάδοχος γινόμενος τῆς στρατηγίας Megabazi; qui quidem Persa origine, et memor paterni supplicii, alios neglectae in Scythas militiae, nonnullos ob divezatos post infaustam expeditionem Persas arcessere potuit, ad opprimendos certe hoc colore uti. Bene de illo τοσαῦτα ἐξηγάσατο στρατηγίας, haec in praefectura designavit. Ex his consequens est, ut ἀνεως κακῶν ἦν de Otane dicatur. Hesychius Ἄντῳ, ἄφωτοι, ἐννοῖ, ex Poëta Iliad. γ'. 84. ubi Schol. ἥσυχτοι, ἀνεν ἰωῆς, τουτίσσι, φωνῆς καὶ θορύβου. Addit Cl. Alberti, dictum Nostri elegans esse, atque ab aliis non intellectum. Mihi de prima voce dubitatio nulla: qui utramque coniunxerit, nullum novi. Id constat, multa Herodotum sibi priva habere, et florente Ionismo vigere potuisse quae ob desuetudinem nobis molestiam creant. Ut-cunque fuerit, in constantissimo Codicum consensu acquiescam, donec melior et hilarior adfulserit lux. Clar. Reiskii suspicio ἀνεσις κακῶν ἦν laude non caret. WESS.

Ibid. Αἰτίη δὲ τούτου ἦν etc.) Cum vicinis ista, me iudice, non satis apte cohaerent. Quae sequuntur, πάντας ἡδραποδίζετο usque ad στρατηγίας, illa non Lycaretum, sed spectant Otanen, τὸν τῶν παραθαλάσσιων στρατηγόν, qui Megabazo successerat: forte versus aliquot hic interciderunt. [CAP. XXVIII. 1.] Ἄνεως κακῶν non videtur Eustathio lectum, Homeream vocem ἀνω saepe tractant, quam poëticam censet λέξιν, καὶ ἀσύμβολον εἰς λόγον πεζόν. Reiskio quod venit in mentem, ἀνεσις κακῶν mihi quidem non displicet. VALCK. — Mihi vero, unice hoc verum esse, persuasum erat, etiamque nunc est. Hesychius: Ἀνεσις, ἀνάπαυσις. Fuit igitur Ionibus, maritimam oram incolentibus, (cap. 25, 5.) brevis quaedam malorum intermissio. Caeterum vide Var. Lect. in Cap. xxvii, 6. et xxviii, 1. S.

CAP. XXVIII. 6. καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα) Ornamentum, sive, uti Thomas M. et Triclin. ad Soph. Elect. vs. 683., καλλώπισμα. Tale Strabonis lib. X. p. 691. b. [p. 450. c. ed. Cas.] τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ πόλισμα: et lib. XI. pag. 786. [pag. 516. d. ed. Cas.] ex Apollodoro Adramyteno, τῆς συμπόσης Ἀριανῆς πρό-

σχημα είναι τὴν Βακτριανήν. Talia Plutarchi, Aristidis, Appiani, atque aliorum, quae exscribere non vacat. WESS. — Quod in nostro exemplo καὶ Ἰωνίης legitur absque articulo, id typothetae lapsu factum, vocolam τῆς temere praetermittentis; qui error diligentiam Correctoris effugit. S.

8. Πάρριοι κατήρτισαν) Hoc malui ex scriptis, quem admodum cap. 29. οὕτω Μιλησίους κατήρτισαν, et Musonius in Stob. Serm. I. pag. 20. Φίλους διαφερομένους καταρτίζοιμι. WESS.

Ibid. κατηρτίσαντο) Syllabam delerem male geminatam, ut legatur κατήρτισαν, quod praebet margo Steph. quodque paulo post recurrit, οὕτω Μιλησίους κατήρτισαν Parrii; quos sibi dissidentes Milesii pacis sumserant reconciliatores, καταρτιστήρας, qualis Cyrenaeis fuerat Demonax Mantinensis, IV. 161. Φίλους διαφερομένους καταρτίζειν legitur apud Stobaeum pag. 20, 46. et alibi. Propriam verbi vim in scissis resarciendis sitam propius respicit Herod. V. 106. ἵνα τοι κείνα πάντα καταρτίσω ἰς τωυτό, prouti legitur in msto, et recte scribit Wetsten. in Matth. IV, 21. VALCK.

CAP. XXIX. 6. ὅπως τινὰ ἴδοιεν ἀνεστηκυῖη etc.) Adstipulor Reiskio et Abreschio, ἰν ἀνεστηκυῖη primitus fuisse arbitratis, praepositionemque a praecedente verbo absorptam: neque inprobo ἀνεστηκυῖην χώραν de neglecta et desolata regione, etsi apud Themistium, quem Abreschius subministravit, Or. XXII. p. 280. τόπος ὑψηλός τε καὶ ἀνεστηκός. Clarum est, χώραν ἀνάστατον hic indicari. Acclivis regio debetur Gronovio, neglexerat Valla. WESS. — Mihi hoc innuere visus erat Scriptor, in planitie, in vicinia urbis, agrorum culturam fuisse neglectam, in superiore vero regione diligentes nonnullos prudentesque cultores fuisse repertos. ἀναστήματα γῆς sunt edita loca. βουνουδᾶ ἀναστήματα τόπων γεωργήσιμα, de alia quidem regione agens, memorat Diodorus Sic. V. 40. E superiore dein regione in urbem rursus κατίβησαν (descenderunt) arbitri. S.

12. καὶ τῶν δημοσίων οὕτω etc.) Probabilis ratio, qua et Aeschines in Timarch. p. 22. pr. conficit, ὃν τινὰ τρόπον (ὁ κρινόμενος) διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσονται: et Icti Romani, tutorem suspectum ex eo, quod in alia male versatus sit, lib. III. 8. Digest. de

Susp. Tutor. Non addo in re, usu saepe cognita, *Luciani* Epigr. apud *Stob.* Serm. XV. p. 152. WESS.

CAP. XXX. 2. ἀνδρες τῶν παχίων) Saepe παχίς in Musis ditiores, quorum ὄλβος ἄγαν παχυθείς, opulentia valde crassescens, uti graviter *Aeschylus* VII. contr. Theb. vs. 777. Contra aliorum usu οἱ παχίς, quorum mens (sive, ex Sacris Litteris, καρδία) ἐπαχύνθη, stolidi crassoque sub aëre nati. Culte de his omnibus *Cl. Schultensius* in *Salomon.* Prov. c. XIV, 24. WESS.

11. δύναιμι τινά) Aliquantum copiarum; *Valla.* Fac tantillum petiisse copiarum, qui noverant, οὐτακισχάλην ἀσπίδα Νάξιους εἶναι, unde tandem pendebunt sequentia καὶ κατέλθουν ἐς τὴν ἰουτῶν? an ab ἰδόντο? Non opinor: voculam τινά mutemus in ἴνα: ut exules Naxii rogarint *Aristagoram*, εἰ πως αὐτοῖσι παράσχοι δύναιμι, ἴνα κατέλθουν ἐς τὴν ἰουτῶν, vellet-ne sibi copias dare, ut in patriam possent restitui: voce depravata, καὶ necessario debebat interseri. Saepissime, quando praecedit εἰ, subiectum ἴνα iungitur optativo: necesse non arbitror ut in eam rem exempla congeram. Ut hoc tempore plebis iniuriā Naxiorum optimates per seditionem e patria fuere fugati, similis seditio quinquaginta circiter annis ante Naxum agitaverat, quam ex *Aristotelis* Rep. Naxiorum narrat *Athen.* VIII. p. 348. B. VALCK. — Speciosa utique viri doctissimi coniectura; quae tamen, quum nullum in libris patrocinium inveniat, quumque locum tueri vulgata scriptura possit, in contextum ab Editore recipi non debuit. S.

22. τῶν δ' ἐπιθαλασσίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ) Ultima prudenter et circumspecte addita. Dederat orae maritimae praefectum *Otanem* cap. 25., eius praefectura eoque tempore fungentem: verum in Thracia illa, atque ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Hic *Artaphernes* Asiam, in Aegaeum porrectam mare, procuravit. Duo, florentibus Persarum rebus, orae maritimae videntur praepositi fuisse, Europaeae et Asiaticae: hanc *Hydarnes*, regnante *Xerxe*, sibi iniunctam habuit, lib. VII. 135. *Thucydidi* στρατηγός τῶν κατὰν audire solet, qualis *Tissaphernes* in eius lib. VIII. 5. WESS.

CAP. XXXI. 2. ὡς Νάξος εἴη νῆσος) Laudare non debeo codices e quibus νῆσος exulat. Persae cum Cycladum insularum nullam tenerent ditione, qui potuit Ari-

stagaros, nisi imprudenter, *Nazum*, tacita illius positura et indole, Persae occupandam propinare? De *Cycladibus Eustath.* in *Perieg.* vs. 525. et eo prior *Strabo* lib. X. pag. 743. B. [p. 485. ed. Cas.] WESS.

4. χρήματα δ' ἔνι πολλὰ) Quandoquidem *Eustath.* et tot membranae, χρήματα δὲ ἔχει dilucide ostendunt, eo in dissensu electionis arbitrium est. Accedo *Gronovio*, editumque amplector. Sic lib. I. 181. ἄγαλμα δ' οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνδρύνειν: et cap. 183. ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμεινον χρύσειον. Plura se ultro offerent, collecta a *Raphelio* in *S. Paulli* *Epist.* ad *Galat.* III, 28. WESS.

9. ταῦτα μὲν γὰρ δίκαιον) Nolo, rixosus ne videar, hoc proscribere, probe gnarus, ab *Aldo* si δίκαιον venisset, et *Florentiae* δίκαια maluissent, primas fuisse ablaturum. Olim certe ita loquebantur. Noster lib. VIII. 111. οὕτω τί σφι κάρτα δοτέα εἶναι τὰ χρήματα: et IX. 22. οὐ ποιεῖτε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατινόμενοι. *Thucydides* VIII. 106. καὶ ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα --- περιγυῖσθαι, ubi doctissime *Dukerus*. Alia consulto negligo. Post nonnulla [lin. 15.] αἰρηθῆναι *Arch.* glossam olet. Conf. cap. 97. WESS.

17. Σὺ ἐς οἶκον τὸν βασιλῆος) Fluxit ex *Orientis* more, quo οἶκον βασιλῆος regnum regiamque familiam describebant. Tale *Hebraeorum* בית חמלך, οἶκος βασιλέως, et saepissime iteratum בית יהודה, tum בית ישראל. Sic lib. VI. 9. νῦν τις ὑμῶν ἐν ποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον: et lib. IX. 106. Rex quoque *Artaxerxes* in litteris, modo genuinae fuerint, ad *Hippocratem*, φίλον οἴκῳ βασιλέως τίθετο, μὴ φιλόμνητος ὄλβου. Quo super titulo nonnulla *Casaubonus* *Exercit.* ad *Baron.* XIII. p. 214. WESS.

CAP. XXXII. 10. εἰ δὲ ἀληθὴς γένηται ὁ λόγος) Non reluctabor, ubi ex scriptis γένηται accesserit. Hinc autem dilucide patet, *Herodoto*, haec cum commentaretur, cognitam non fuisse *Pausaniae*, qua *Xerxis* filiam sibi procatur, epistolam apud *Thucydidem* lib. I. 128. quem *Diodorus* et *Cornelius Nepos* auctorem habent. Liquet insuper, ἡμέωσατο non ultra desiderium porrigi oportere. WESS. — Similiter cap. 47, 2-4. *Philippus* quidam memoratur ἀρμωσάμενος quidem Τάλλος θυγατέρα, ψευθεὶς δὲ τοῦ γάμου. S.

CAP. XXXIII. 4. ἐς Καύκασον) Si *Casus* Chio fo-

ret vicinior, ex ea Καύκασον formatum putares, uti in his Aristidis T. I. p. 546. ed. Iebb: καὶ τὴν Κάρπαθον μὲν καὶ Καύκασον, καὶ ἄλλας ἡῆσους, οἰκουμένας ἴσθιν ἰδίῃ. Rhetor enim καὶ Κάσων dederat. Verum situs et ventus Boreas Casum excludunt. Caucasus, an Caucasa, portus is, seu navium statio, vero nomine fuerit, non finio. Tacent veteres, Delphinium, Phanas, et Γερώντων λιμένα insulae tribuentes: posterior est in Hist. An. Aeliani lib. XII. 30. WESS.

12. διελόντας) Nonne ad sententiam διελώντας accommodatius? Διελώντας - - κατὰ τοῦτο, ad hunc modum per navis foramen traicientes, ut caput etc. Simili confusione ἐξελόντα Πισιστρατίδας et ἐξελόντα membranae lib. V. 63. Vulgatum, ex Hesychio διαμερίσαντας, διανίμαντας, indicabit. WESS. — Et recte quidem διελόντας habere videtur; nam, quum caput foras spectaret, corpus vero introrsum, erat adeo homo ille quasi divisus, et per foramen illud medius interceptus; qua notione simile huic verbum διαλαμβάνειν, quum alibi, tum lib. IV. 68, 9. positum vidimus. Iam vero κατὰ τοῦτο non significabit hoc modo, sed eam ob causam, ut frequenter alias, V. 3, 6. 37, 2. VI. 1, 5. 44, 19. etc. Itaque delendum comma fuerit, quod post δῆσαι parum commode a nobis interpositum est: connexa enī sunt δῆσαι κατὰ τοῦτο. S.

16. παραιτίστο τὸν Πέρσην) Persam exorare nitebatur poenam deprecando. Huc spectans Schol. in Aristoph. Vesp. vs. 1249. Παρητίστο, ἀντὶ τοῦ ἐλπίζειν, παρενόλπει, παρ' Ἡροδότου: verba tum excitat quae hic leguntur; eademque dedit Suidas. Plene Xenophon, Ἀπομν. II. [c. 2, 14.] p. 433, 10. τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημίληκας τῆς μητρός. Zonaras in Lex. msto: Παραιτούμαι σε, καὶ παρητήσατο τὸ πρᾶγμα, καὶ παρητήσατο αὐτὸν, οὐ δι' ἰλίγγιν· ἀλλ' αἶσιν, ὅτι παραιτούμαι σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ, παραιτούμαι σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι. Ista non dedit Suidas, qui multa descripsit ex Zonarae Lexico, quod ex Io. Sambuci Bibliotheca Fr. Sylburgius habuit utendum: ad Xenophontem spectantia Io. Leunclavius illinc excerpserat: haec excerpta ad H. Stephanum missa non recepisse se queritur Leunclav. in Append. Xenoph. p. 1142. Pervenerunt ad Is. Vossium, hinc in Bibliothecam Leidensem. VALCK.

18. ἐσπερχετο) Succensuit Aristagorae; nam lene nimis, vituperavit. In Apollonio Rh. III. 516. Τελαμῶνι δὲ θυμὸς ὀρίν-
θῃ σπερχόμενος δ' αἰνέουσι θεῷ. Pindarus Nem. Od. I. 59.
'Αλλὰ θεῶν βασιλεῖα σπερχοῖσθα θυμῷ, ubi praeter alia Cri-
tici, ὑπερχοῦσα τῷ θυμῷ. Quod post pauca [lin. 20.] ἐμπε-
πίσθαι, tanquam singulare et rarum lib. I. 126. exami-
navimus. Utrumque auctoritatem codicibus, qui superius
c. 29. τούτων ἔταξαν πείσθαι, addit; atque, in talibus caute
procedendum, neque falcem criticam temere sumendam,
commonefacit. WESS.

19. Σοὶ δὲ καὶ τούτοις τοῖς πρῆγμασι τί ἐστι;) Valla:
quid tibi, inquit, est cum istis negotiis? Noverat vir Doctis-
simus, non sic loqui solere Romanos; sed, quid isthic tibi
negotii est; et, quid tibi cum istis est negotiū. Non aliter
Graeci solent. Videor mihi suum Herodoto restituisse cor-
rigendo: Σοὶ δὲ καὶ τούτοις πρῆγμα τί ἐστι; οὐ εἰ ἀπίστευτε etc.
Quid vero tibi cum his est negotiū? an non te misit etc. Iam
primum vide mihi quaeso quantilla sit mutatio; ex τούτοις
male repetitum, ut millies evenit, τοῖς delevi: deinde
πρῆγμα in talibus est ex more recepto; saepius tamen
omitti solet ut apud Latinos. Quod apud Terentium, Quid
tibi rei mecum est? apud Plautum dicitur, Quid mecum est
tibi? Stichū II. 2, 9. Eadem ellipsi Livius VIII. 25. Luca-
ni atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano
populo fuerat, in fidem venerunt. Bene loquitur Herodot. V.
84. οἱ δὲ Αἰγυπτῆται ἔφασαν, σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοις εἶναι οὐδὲν
πρῆγμα: qui locus vel solus, ut puto, correctionem satis
adfirmaret. Demosthenes. qui c. Aphob. p. 517, 48. scripse-
rat, τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασιάνῃ; plene dixit pro Cor. p. 186.
διαμνύμενος μηδὲν εἶναι σοὶ καὶ Φιλίππῳ πρῆγμα. Comicus Nico-
machus apud Athen. VII. p. 291. v.

"Ἔστω γεωμετρικῇ δὲ καὶ σοὶ πρῆγμα τί;

Variat structuram Plutarch. T. II. p. 52. c. In eundem sen-
sum Comicus apud Stobaeum p. 501, 4. Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ
τυφλῷ κωνονία; Philostr. p. 662. Σοὶ δὲ τί καὶ Πρωτισίδεω κωνόν;
hoc in talibus multo frequentius tandundem valet ac in
Herod. πρῆγμα. VALCK. — Velles in uno saltem vetere
libro vel levissimum vestigium emendationis Viri doctis-
simi exstaret. Potuit atque adsuevit Scriptor noster variare
formas orationis. Sed, verum si quaeris, nihil omnino

habet vulgata scriptura, cur mutata mallet. *τί ἰστί* utique idem valet ac *τί πρῆγμα ἰστί*; At quidni, ut sexcenties alias, utque in illo Demosthenis *τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασιάνῃ*; et in notissimo illo *τί ἡμῶ καὶ σοί*; sic et h. l. omitti vocab. *πρῆγμα* potuerit, cuius ingrata futura fuisset repetitio. Denique planissima verbis sententia inest: *Hae res quid ad te pertinent?* S.

CAP. XXXIV. 5. καὶ τεῖχος ἰσάξαντο) Duo verba καὶ τεῖχος, ex anterioribus, ut hariolor, huc migrantia, si deforent, neutiquam reducerem. Turbant orationis habitum ac iuncturam, sive ἰσάξαντο cum *Valla* et *Porto* ex *εἰσάξασθαι*, *farcire*, seu ab *ἰσάξασθαι* derivaveris. Prius insolitum mihi quid praefert, respuitque *εἶρα καὶ ποτὰ*, non profecto ita farcienda sarciendaque, ac τὸ τεῖχος fortasse; posterius, ista si exulent, aut ἐς τεῖχος, quae Cl. Reiskii suspicio, scribatur, vero non disconveniet. Ipsemet scriptor viam emunit lib. I. 190. ubi Babylonii *προσάξαντο* *εἰς τὰ ἰστίων κάρτα πολλῶν*, ante plurium annorum conneatum importarunt: et VIII. 20. οὐτ' *ἐξικομίσαντο* οὐδὲν, οὔτε *προσάξαντο* Euboeenses. WESS.

Ibid. καὶ τεῖχος ἰσάξαντο) Non miror in forma verbi, Grammaticis haud animadversa, *Vallam*, *Portum* similesque haesisse literatores; ille murorum refectionem, quam *ἰσιστευήν* vocant, significari credidit: *Portus* reddidit muros muniverant, retulitque ad Σάτυρον. Verum vidissent, si similia comparassent Herodoti I. 190. Babylonii *κατελήθησαν ἐς τὸ ἄστυ*, in urbem autem, obsidione praevisa, *προσάξαντο* *εἰς τὰ ἰστίων κάρτα πολλῶν*, iam ante comportaverant permultorum annorum *commeatus*: id ipsum *Portus* etiam adnotavit, intellexitque VIII. 20. οὔτε *ἐξικομίσαντο* οὐδὲν οὔτε *προσάξαντο*. Non facile reperietur, qui praeter Herodotum adhibuerit *ἄξασθαι*, *ἰσάξασθαι*, *προσάξασθαι*. Quae habet *ἡκται* et *ἰσῆκται*, illa reperiuntur et apud alios istius etiam aetatis. Iam vero καὶ τεῖχος ab imperito positum suspicor, et ab Herodoto scriptum, ad oppugnationem autem tolerandam sese paraverant, καὶ *εἰς τὰ καὶ ποτὰ τὸ τεῖχος ἰσάξαντο*, id est ἐς τὸ τεῖχος ἄξαντο, et esculenta potulentaque curaverant intra urbem importari. Primum *ἰσινίαντο* τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ τεῖχος: ex agris omnia comportaverant in urbem, quae quidem essent mobilia; pro more gentium in istiusmodi regio-

nibus, in quibus una praesertim urbs tantum esset muro munita. De Naxiis locupletibus scribit *Aristot.* in *Rep. Naxiorum* apud *Athen.* VIII. p. 348. α. τῶν παρὰ Νάξιος εὐπόρων οἱ μὲν πολλοὶ τὸ ἄστυ ἔκουν, οἱ δὲ ἄλλοι διασπαρμένοι κατὰ κώμας. Eadem ratio fuit in Attica; saepius itaque leguntur, in historia quoque recentiori, tempore Philippi et Alexandri, (*Demosth.* p. 140, 68. *Diodor. Sic.* T. II. p. 162.) omnia mobilia e pagis in Athenas Attici comportasse; in primis bello Peloponnesiaco: praeter *Thucyd.* testis est *Aristoph.* Ἰπ. vs. 789. et 802. Ἀχ. vs. 72. *Eip.* 631. ubi *Schol.* διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν πολέμων εἰσβολαῖς ἐκπενογυγῆσαντο εἰς τὴν πόλιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀγρῶν. VALCK.

13. ἀπαλλάσσοντο) Male *Mediceo* eveniat, cuius imperio Graecis inauditum ἀπαλλάσσοντο sermonis ornatum foedavit. Sexcenties illibatam sedem, quod restituimus, tuetur, et inconsulto unius iussu novam induere speciem debuit? WESS.

CAP. XXXV. 2. ἐκπληρῶσαι) ἐκτελείσαι *Arch.* acceptum glossae fero. WESS.

5. ἀπαιρήσεσθαι) ἀπαιρηθήσεσθαι instauratum a Gronlaudibus fert *D'Orvillius* ad *Chariton.* lib. I. 12. p. 127. Ego ἀπαιρήσεσθαι non adspernor: tritum enim olim, cui passivum recentiorum acumen substituit crebro. Dederat *Aldus* πολλὸν ἱλασσώσεσθαι: maluerunt ἱλασσωθήσεσθαι lib. VI. 11. Talium copiam post *Küsterum* et *Dukerum* conduxit *Hemsterhusius* ad *Thomae* Τιμήσεται et *Piersonianus* in *Moerid.* p. 367. WESS. — Sic c. 34, 4. πολιορκησόμενοι, ubi πολιορκησόμενοι expectasses. S.

7. τὸν ἱστιγμένον τὴν κεφαλὴν) „*Aeneas* in *Poliorectico* et *Polyaenus* l. 1. idem tradunt.“ GALEUS. Quae Gellio vocatur *Noct. Att.* XVII. c. 9. inopinabilis latebra barbarico astu excogitata, sic ipsi denarratur, ut alium sequutus videatur auctorem, qui fraudem magis fecerit verisimilem. Ex *Herod.* rem enarrat *Tzetzes* *Chil.* III. vs. 512. et IX. vs. 228. etc. Sic autem *Aeneas* in *Poliorect.* c. 31. ut ipsa retinuerit pleraque omnia *Herodoti* verba: Ἰστιαῖος βουλόμενος τῷ Ἀρισταγόρᾳ σημῆναι (excidit ἀποστῆναι) ἄλλως μὲν οὐδαμῶς ἔχον ἀσφαλῶς δηλώσαι, ἅτε φυλασσόμενων τῶν ὁδῶν, καὶ οὐκ εὐπορον (ἂν addendum:) γράμματα λαθεῖν φέροντα — tandem τὰ δὲ στίγματα, inquit, ἰσήμεναι ἃ δὲ ποιεῖν: secundum He-

rod. ἀπόστασιν. Auctore Polyaeo I. 24. capiti hae literarum inerant notae: Ἰστιαῖος Ἀρισταγόρας. Ἰωνίαν ἀπόστασιν. VALCK.

CAP. XXXVI. 7. ὁ λογοποιός) Idem Hecataeo titulus lib. II. 143. V. 125.; etiam Aesopo lib. II. 134. sed diversa ratione; hic fabulator, ille historicus, ex iusta Vossii de Histor. Gr. lib. IV. 3. opinione. Bene Harpocratius, Λογοποιός, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικός λεγόμενος, ex Isocrate et Nostro, ubi docte Maussacus et Valesius. Ἡκαταῖος ὁ λογοποιός Arriano Ἀναβ. II. 16. Λογοποιοί, historiarum scriptores, Xenophonti Κυρ. παιδ. VIII. p. 229. d. aliisque. WESS. — Pari ratione ipse etiam Herodotus noster, quum aliis, tum Arriano Ἀναβ. III. 30. λογοποιός nominatur. S.

11. ναυκράταις τῆς θαλάσσης) Una voce θαλασσοκράτορες Thucydidī lib. VIII. c. 83. dicuntur Chii Milesiique; qua forma Herodoto VI. 9. sunt ναυκράτορες: hanc ego vocem Thucydidī libenter restituerem p. 391, 98. [lib. VI. c. 18.] ubi vulgatur in Alcibiadis oratione: καὶ ἀπειλεῖν αἱ τῆς παρίξουσιν αὐτοκράτορες γὰρ ἐσόμεθα καὶ ξυμπάντων Σικελιωτῶν. Athenarum quidem civitas ratum erat habitura quidquid egissent Alcibiades et collegae, imperatores αὐτοκράτορες constituti: sed hic vocem non convenire sensit et Schol. Corripo primum παρίξουσι ναυτοκράτορες γὰρ, navium enim copia praestabimus omnibus Siciliensibus: sed scripsisse puto Thucydidem ναυκράτορες: ubi vulgatur alterum, ναυκρατόρων praebent optimi Codd. p. 370, 84. p. 373, 91. In Herod. si vel codex daret ναυκράτορες, alterum satis adfirmaret nomen usitatissimum Ναυκράτης. VALCK.

20. ἐν τῇ πρώτῃ τῶν λόγων) Non dissentio a mastis. Alibi ἐν τοῖς πρώτοις τῶν λόγων, lib. VII. 93. uti et Strabo lib. XV. p. 1011. B. [p. 690. A. ed. Cas.] Τὰ vero ἐν Βραγχιδῇσι Croesi donaria lib. I. 92. annumeravit; quae ex Hecataei saniore suasu Aristagoras in usum si vertisset, multo fuisset contra Persas instructor, ac Xerxi ea intervertendi atque auferendi praecidisset occasionem. Geographum vide lib. XIV. p. 941. B. [p. 634. c.] WESS.

CAP. XXXVII. 4. Τερμερία) Auspiciis utor Scedarum, quibuscum Steph. Byz. Τέρμερα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Τερμέρου. ὁ πόλις Τερμερεύς. Fuit in Cariae Lyciaeque finibus. Cariae Τερμέριον et χωρίον Τέρμερον agnoscit Strabo Herodot. T. VI. P. I.

lib. XIV. p. 971. A. [p. 657. B. ed. Cas.] cui Cariae in situ Herodotus lib. VII. 98. congruit. WESS.

9. ἰσονομίην ἐποίησεν τῇ Μιλήτῳ) Laurentius statum rei-publicae Mileti constituit, haud plene. Ἰσονομίη et Τυραννίς contra se ponuntur; estque illa iuris quaedam inter cives aequabilitas, qualis populari in statu. Macandrius post Polycratis, tyranni Samii, fata dilucide, ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τιθεὶς, ἰσονομίην ὑμῖν προσαγορεύω, lib. III. 142. Vise ibid. c. 80. WESS.

CAP. XXXVIII. 4. οἱ πλεῖντες ἀπίσαν) Expunxi [αὐτῶν] pronomen, ex praegressis inculcatum temere. Tyranni abierunt quidem, sed civium voluntate dimissi; Histiaeus, Tymnae filius, in castris deinceps Xerxis fuit lib. VII. 98. Atque ea expedita satis: molestissima, quae consequuntur, [lin. 9.] ἴδεις γὰρ δὴ συμμαχίης --- ἐξευρεθῆναι: ultimum si nusquam foret, leni fluere oratio tractu: cum mordicus tamen scripti retineant libri, Pavii molimen ἴδεις --- συμμαχίην τινός οἱ μεγάλη ἐξευρεθῆναι reformat; Reiskii, συμμαχίην τινὰ οἱ μεγάλην ἐξευρεθῆναι. Utri adplaudam, haesito, ob Herodoteae abundantiae morem. WESS. — Structura orationis in hunc modum fuerit concipienda: ἴδεις γὰρ δὴ συμμαχίης τινός μεγάλης (ὥστε) ἐξευρεθῆναι οἱ: opus enim fuit magna quapiam armorum societate, quae illi erat exquirenda, invenienda. Similem structuram habes in Euripidis Med. vs. 1396. ubi vide quae Porsonus adnotavit. S.

4. οἱ πλεῖντες αὐτῶν ἀπίσαν) Ionice Herodoto ἀπίσαν significat dimittebant: hic itaque scribendum ἀπήσαν, id est ἀπηλλάσσοντο, quod huius etiam vice reponendum est ex Codd. p. 425, 18. [VII. 142, 2. Immo vero ἀπίσαν (dimittebant, dimiserunt) recte h. l. tenent libri omnes.] In istis, [lin. 9.] ἴδεις γὰρ δὴ συμμαχίης τινός οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι, postremum non sane delendum, ut ille putabat; superfluum adicitur more Herodoteo: sic ἀνίῃσι τὰς τρίχας αὐξίσθαι, p. 102, 7. [II. 36, 5.] atque alibi similia reperiuntur. VALCK. — At longe diversa utriusque loci ratio. In illa ῖησι, II. 36, 5. Αἰγύπτῳ --- ἀνίῃσι τὰς τρίχας αὐξίσθαι, legitime omnia procedunt, nec poterat verbum αὐξίσθαι abesse: hic contra, si abesset verbum ἐξευρεθῆναι, reliquo sermoni per se sententiaeque ratio constaret; ipsumque verbum adiectum videri poterat structuram orationis turbare. S.

CAP. XXXIX. 4. Ἀναξανδρίδῃ γὰρ ἔχοντι γυναῖκα etc.)

De Anaxandride eiusque duabus uxoribus narrata contraxit in pauciora verba *Pausan.* in Lacon. p. 211. [lib. III. c. 3.] Apud hunc Anaxandrides Lacedaemoniorum μόνος γυναῖκας τι δύο ἅμα ἔσχειν, καὶ οἰκίας δύο ἅμα ὥκειν. *Herodotus* [c. 40, 10.] γυναῖκας, αἱ, ἔχων δύο, διξάς ἰστίας οἶκει, παίδων οὐδαμᾶ Σπαρτιατικά: quinimo nec in universum Ἑλληνικά. Nam, quidquid nonnulli nobis narrent, nusquam in Graecia floreante licuit duas simul uxores habere, nisi certas interdu ob rationes, permissu magistratum vel populi; praesertim διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, quod semel Athenis accidisse legitur. Est in his, cap. 40. [lin. 7.] rara vox ἔφθισις de repudio posita, quam enotatam *Eustathio* supra iam fuit observatum ad lib. III. c. 148. VALCK.

8. Εἴ τοι σὺ γε σιωπῶν) Placuit scriptura, priore commodior. Per autem egregie *Med.* pluresque alii, γινός τὸ Εὐρυσεθίνος γινώσθαι ἔξιτηλον. Vulgatum enim antea, optimo *Gronov.* iudice, absurdissimum. *Procopius*, sollers priscorum aemulus, *Bell. Pers.* lib. I. 5. ἄτι μὴ ἔξιτηλου παντάπασι γίνους τοῦ βασιλείου (*Persarum*) ὄντος: et lib. II. 22. WESS.

12. ἐπὶ τι τοι οὐ τίκται ἐκ σέο, ἄλλην δὲ γῆμον) In ambiguo animus fuit, retinendum-ne *Aldi* ἄπεις, an furcillis eiiciendum: tot tandem conspirans Codicum imperium hanc in partem inpulit. Videntur (quae *Celeb.* etiam *Gronovii* sententia) consulto infaustum vocabulum silentio *Ephori* pressisse, eaque solum subiecissee, quae divortium innuebant clarissime. *Pausanias*, eodem in negotio occupatus, τὴν γὰρ οἱ (Anaxandridae) πρότερον συνοικοῦσαν, ἀρίστην τὰ ἄλλα οὖσαν, συνίβαιναι οὐ τίκται, ubi ἀρίστην vere *Steph. Berglerus*, quo καταδυμένη doctissimus scriptor et *Nostri* sectator industrius explicuit, *Laconic.* c. 3. p. 211. WESS. — Ut supra scriptum, οὐ τίκται ἐκ σέο, ἄλλην δὲ γῆμον, sic edidit *Wess.* et sic in mssis, qui ad nos venerunt, legitur cunctis. Qua in scriptura primum illud observandum, post ἐπὶ τι τοι οὐ τίκται, (quoniam tibi non parit) non modo supervacaneum esse quod adiicitur ἐκ σέο, sed prorsus etiam incongruum. Tum vero, ante ἄλλην δὲ γῆμον desiderari aliud verbum in imperativo positum, cum *Valla* (qui, ea repudiata aliam duoito, in latinis posuit) pulcre vir doctus viderat qui *Aldinam* curavit editionem;

ideoque ex coniectura verbum ἀπεί adiecit, quod alii omnes tenuerunt editores, donec a Wesselingio eiectum est, qui luxatam claudicantemque repraesentare orationem maluit, quam verbum admittere contra consentientium librorum auctoritatem insertum. Quod nemo viderat, id Schaeferi non effugit perspicaciam: nempe in importuno illo *in eis* latebat, immo tantum non planissime inerat, illud ipsum quod desiderabatur verbum ἔξω, *dimitte*, imperativus mediae formae verbi ἔξιμι: unde nomen ἔξω, (*dimissio*, *divortium*) derivatur, quo idem Scriptor noster paullo post (cap. 40, 7.) eadem in narratione utitur. Literam Ξ antiquitus duabus literis ΧΞ expressi solitam fuisse, e vestustis inscriptionibus docuit Montfaucon Palaeogr. p. 131. et 139 seq. Facile credas, multos etiam scribas ΚΞ pro Ξ posuisse; quod vulgo Aeolibus in usu fuisse veteres Grammatici adnotarunt. Vide Gregor. Corinth. de Dial. Aeol. §. 39. et Grammaticum Meermannianum in Bastii editione Gregorii p. 661. §. 14. S.

CAP. XL. 7. τῆς ἐξέσεως) Eustath. ἀπόπμψιν γυναικὸς ἥτοι διαζῦγιον verissime exponit, Homericum ξύνεις τι δύο ποταμῶν illuminans. Quo de genere in Aristotelis Eth. Nicom. II. 7. ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν πρόσειι, abiiciendis opibus, ὑπερβάλλει: et apud Clement. Alex. Paedag. II. 10. p. 223. εἰς δὲ τὴν πρόσειν αὐτοῦ (σπέρματος) ἀνδρωσάση. Merum itaque interpretamentum, quod Ask. offert, ἐξώσις. Sequens ποίων οὐδαμῶς Σπαρτιτικὰ [lin. 11.] perite N. Cragius lib. III. Rep. Lacedaemon. p. 234. Clementi obiecit Alex., Spartae ἐπιτίμιον μονογαμίου, monogamiae poenam, sancitam olim proderenti, Stromat. II. p. 505. Κακογαμίου poenam isthic Lycurgi statuerant leges, fortasse (quae doctissimi viri elegans divinatio) Clementi restituendam. WESS.

CAP. XLI. 3. ἱφείδρον βασιλῆα) Camerarii ac Porti haud repudio successorem. Putes Clearchi illud apud Xenophonem Ἀναβ. II. p. 159. ed. Hutch. πρὸς βασιλῆα τὸν μάλιστα ἱφείδρον ἀγωνιζόμεθα esse geminum, sed discrepat: vindex est, quod Budaeum non latuit. Alias vocabuli notiones, ab ill. Spanhemio ad Callimachum atque Aristophanem explanatas cum maxime haud moror, nedum [lin. 5.] ἔχουσιν δὲ αὐτὴν ἀληθὲς λόγῳ, sive communiori dictione σχοῦσιν ἐν γαστρὶ Pausaniae: quod iterum iterumque succedit [lin. 11.] Μίως ἰσχυρῶς, lucem praecedenti adspersit. WESS.

[5. συντυχίη ταύτη χρησαμένη) Idem hoc valet ac κατὰ δαίμονα, qua de formula et similibus disseruit *Valck.* ad III. 153, 6. ubi p. 154, 10. nostrae huius editionis, pro *Herod.* I. 3. oportebat *Herod.* I. 111, 4. *S.*]

CAP. XLII. [2. ἀκρομανής τι) *Admodum furens* reddidit *Gronov.* idque tenuit *Wess.* Similiter *Portus*: „ἀκρομανής, summe insanus, supra modum insanus,“ suffragante *Schneidero* in *Lexico crit.* At profecto in colloquio cum *Aristagora* (cap. 49-51.) non admodum insanum aut furiosum se praestitit hic *Cleomenes*. Et progressu quidem temporis incidisse eum in furorem (ὀπίλαβι αὐτὸν μανίη νοῦος) ipse *Herodotus* VI. 75. tradit; antea vero nonnisi ὑπερμανώτερον fuisse, id est, hebetiore ingenio, haud satis compositam mentis, ibidem ait. Itaque commodius mihi visum est id quod *Valla* hic posuerat, *mentis inops*; et fere *furiosus* in Latinis nostris posui: poteram *semifuriosus*, aut *subinsanus*. Nempe, quod praeunte doctissimo Viro *Corayo* ad *Athen.* III. 119. a. (*Animadv.* T. II. p. 331.) et ad *Athen.* IX. 385. b. (*Animadv.* T. V. p. 116.) monui, vocab. ἀκρος aliis nominibus adiectivis praepositum minuit nonnihil et temperat vocabuli significationem, fere ut in latino sermone particulae *sub* aut *semi* nominibus praepositae. Caeterum vile et triviale (ὠτίλιωτερον) vocabulum ἀκρομανής iudicavit *Pollux* VI. 125. *S.*]

8 et 9. αἰρήσας λαδόν) Tralatitium est ac leve, nec tacendum: novum enim specimen audaciae amanuensium. Eo quis in animum inducet, modo λαδόν, modo λαδ II. 129. hic λαδόν, nulla praesertim variandi necessitudine, scribere decrevisse? Ἀγόν (posthabito, qui Ionum mos, augmento) et ἄγς *Aldus* et Codices nonnulli dederunt I. 70. 166. 170. II. 125. etc. Mutatur ἦγον et ἦγι ex reliquorum consuetudine Graecorum. Mihi institutum non placet. *WESS.* — Teneri utique ionicum ἄγς debuit. Sed, ad λαδόν quod spectat, unde, quaeso, hanc vocabuli formam, qua quidem et alios nonnullos auctores, sed eos paucos admodum, usos esse constat, (vide mox *Annotat. Valck.*) arripuisse putabimus librarios, nisi vetustis in libris eam reperissent? Varietatem non in rebus modo exponendis, sed in ipsis etiam vocabulorum formis amare *Nostrum*, iam saepenumero observavimus. Et quidni hanc veniam

concedemus luculentissimo Scriptori, qui natione quidem Doriensis, ionico tamen maxime idiomate *Musas* conscripsit suas, caeterum in Attica colonia maiorem fere vitae partem transegit, ac diversissimis et temporibus et locis *Historias* hasce, quibus nobis licitum est frui, composuit? S.

Ibid. αἰτήσας ληὸν Σπαρτιήτας ἤγει ἐς ἀποικίην) *Pausan.* III. [cap. 3 extr.] p. 211. Δωριεὺς (οὐ γὰρ ἠνείχετο ὑπακούειν Κλειομένη μύθῳ ἐν Λακεδαίμονι) ἐς ἀποικίαν στέλλεται. Vulgabatur in *Herod.* αἰτήσας λαὸν Σπαρτιήτας, ἄγει. ληὸν Σπ. ἤγει dedit Vir Cl. ex *Med.* et utramque mutationem vocat *perellegantem*. Vellem parcius ista talia viris egregiis exciderent: cur ἤγει censeretur elegantius Homérico et *Herodoteo* ἄγει? Ληὸν nusquam alibi praebet *Herod.* neque etiam *Portus* aut *Maittairius* invenerunt: hoc tamen facile commendant νῆος, *Hesychius*, et *Heraclidis* auctoritas. *Eustath.* in *Od.* β. p. 93, 32. [p. 1443. ed. Rom.] Ληὸς, ὁ λαὸς, οὗ μύθῳ Ἡρακλείδης, καθ' ὁμοιότητά τοῦ Νηὸς, ναὸς, καὶ παρὸς, πηὸς, ὁ ἐξ ἀγχιστείας προσγενής (lege πρὸς γένους) οὕτω δὲ ἢ ἐπὶ Ὀμήρῳ ἐν χρήσει τὸ Ληὸς. Apud *Hom.* πηὸς frequentatur. Ubi παῶν habet *Nicand. Ther. vs. 3.* ibi *Schol.* ἐν ἐνίοις, αἰτ, διεφθαρτ. VALCK.

13. ἄνδρες Θηραῖοι) Iure ita *Med. Valla* et alii. *Eustathii* ἀποικία δὲ ἐστὶν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηβαίων, ad *Perieg. vs. 213.* simillima in macula erat, bene a *T. Fabro* lib. I. Ep. 9. erasa. Καλλίστον *Libyae tractum*, χώρον, quem colonis *Dorieus* occupavit, ad amnem *Cinypem*, lib. IV. 175. et 198. offert. Haud vero scio, praestet-ne ex schedis οἴκισσι. Favet opinanti γῆν κτίσων, superius [lin. 10.] positum, quo colonia designatur manifesto. Haec autem continuo nexa et sequentia, [lin. 15.] *expulsum Dorieum esse ὑπὸ Μανίων τε καὶ Αἰθύων*, procederent inductâ copulâ melius. Omnes *Afri*, *Aἰθύες*: eorum natio, cuius advenae in agris conserderant, *Maeae*. *Carthaginienses* optime disiunguntur, quippe originis alius, nec veri *Aἰθύες*. Quas etiam in partes Cl. *Pausan.* discessit. WESS.

15. ὑπὸ Μανίων τε καὶ Αἰθύων) Distinguuntur quidem interdum *Φοίνικες* sive *Καρχηδόνοι*, et *Aἰθύες*, sive veteres indigenae: sed *Μάκας* et *Libyas* quis alius ista ratione distinxit? *Μάκας*, *Αἰθυκὸν ἔθνος*, memorantur *Herodoto* IV. 175.

et aliis. Ex *Scylacis* p. 112. licet aestimare, cur hi potissimum illinc expulerint Spartiatas. Secundum *Herod.* Macarum Gindanes fuere vicini, horum Lotophagi: Λωτοφάγων δὲ (IV. 178.,) τὸ παρά θάλασσαν ἔχοντες Μάχλους. Fortasse Μαχλῶν, aut alterius Africani populi nomen, non Λιβύων scripserat *Herodotus*. VALCK. — Possis καὶ Λιβύων intelligere tamquam esset καὶ ἄλλων Λιβύων. Sed ne opus quidem est ut eo confugiamus. Ad *Herodoti* morem loquendi attentus lector iam frequenter observaverit, ita solere illum subinde τε καὶ inter duo nomina interserere, ut non distinguatur alterum ab altero, sed ut (quemadmodum fere in *adpositione* quam vocant Grammatici) alterum altero declaretur. Sic iam haud procul a principio operis, lib. I. c. 2, 9. ἐς Αἰάν τε τὴν Κολχίδα, ait, καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν. I. 16, 4. Κναξίῳ τε - - ἰπολίμῳσι καὶ Μήδουσιν. I. 27, 9. ἐς Σάρδεις τε καὶ ἐπὶ σί: et similia alia multa. Pro ἱξίλασθεις, quod lin. 14. cum aliis editoribus tenuimus, potuerat perinde asperior forma ἱξίλασθεις probatis e codicibus recipi. S.

CAP. XLIII. 2. ἀνὴρ Ἑλεώνιος) Eiusdem Cl. *Pavii* Ἑλεώνιος coniectura est, quandoquidem nulla in Peloponneso urbs *Eleon*, notissima *Helice*, cuius gentile Ἑλικώνιος lib. I. 148. Esto: unde *Anticharem* domo Peloponnesium fuisse discimus? an, quod eam in regionem reduci *Dorio* consilii rationem proposuerit? Non opinor. Ἑλεῶνα *Poëta* memorat *Iliad.* β. 500. et *Strabo* prope *Tanagram* [in *Boeotia*] lib. IX. p. 622. [p. 405. ed. Cas.] Hinc Ἑλεώνιος apud *Ethnicographum* in *Νεῶν*. *Erycem* quod attinet et *Herculem*, sibi posterisque certa lege *Erycinam* regionem adquirentem, ad *Diodori* lib. IV. 23. expositum satis puto. WESS.

3. ἐκ τῶν Δαίτου χρησμῶν) Quibus veteres innotuerant fatidici, his equidem crediderim hoc in loco *Laium* saepe fuisse suspectum; quo nomine vatem oracula edidisse non alibi, credo, legerant. In *Luciani* T. III. p. 241, 23. *Solanus*: Quis, ait: unquam fando audivit *Telephum* inter vates habitum? Sed cui non innotuit *Τήλεμος* *Εὐρυμίδης*, δὲ *μαντοσύνη* *ἐνίκαστο*? huius nomen illic non dubitanter ponendum pro *Τήλεφος*. Hic vellem aequae commode τῷ *Δαίτῳ* verum nomen a me posset substitui: longum *Grac-*

corum χρησμολόγων catalogum erudite contexuit *Clemens Alex. Strom. I. p. 398 seq.* Nullus inter istos Ἀδαίος: literas proximum accedit Ἰάμου nomen. *Iamus* notissimus, a quo genus ducebat παύκλειτον καθ' Ἑλλαντας γένος Ἰαμιδῶν, *Pindaro* celebratum *Ol. VI. 120.* sed neque *Iami* memorantur oracula. Forsan usitatius hic latet nomen Βάκιδος, ex eodem agri *Tanagraei* pago nati, unde fuit hic *Herodoteus Antichares*, ἀνὴρ Ἐλιώσιος dictus, ut certe fuit unus *Bacidum* ἐξ Ἐλιώσιος τῆς Βοιωτίας, *Schol. in Aristoph. Elp. vs. 1071.* vid. *Scheffer. et Iac. Perizon. in Aeliani Var. Hist. XII. c. 35.* Hoc *Spartiatæ* consilium dedit *Eleonius Antichares*, *Heracleam* conderet in *Sicilia*, ἐν τῶν Λαίου (vel cuiuscunque tandem) χρησμῶν Φαίς, Ἐρυκας χῶρην παύσαν εἶναι Ἡρακλιδῶν. *Dorica* ceterosque in *Siciliam* colonos profectos scribit *Pausan. III. p. 247.* τὴν Ἐρικινὴν χώραν νομίζοντας τῶν ἀπογόνων τῶν Ἡρακλείδους εἶναι, καὶ οὐ βαρβάρων τῶν ἐχόντων. Quem sequenti *CAP. XLIV. [lin. 3.]* memorat *Sybaritarum Regem Τῆλλον*, is primum fuisse videtur *δημαγωγός*, ut dicitur *Diodoro XII. c. 9.* ubi notat *Wess. VALCK.* — Quidni vero τοὺς Λαίου χρησμούς intelligeremus oracula *Laio* data? Sic quidem percommode *Larcher* accepit, ut sit *Λαίου* genitivus obiecti quem *Grammatici* vocant, quemadmodum in illo *Sophoclis Oed. Tyr. vs. 907.* Λαίου παλαιὰ θίσματα: et *Electr. 343.* ubi τὰ μὰ νευθεύματα, non sunt consilia a me data, sed mihi data. Plura eiusdem generis exempla *Aug. Matthiae* collegit in uberiore *Grammat. Graec. §. 313.* quibus, si quis id agat, alia ex *Herodoto* adici poterunt. S.

CAP. XLIV. 3. καὶ Τῆλλον) *Tyrannidem* occupaverat, eadem prius deiectus quam *Sybaritas* inter et *Crotoniatas* bellum exardesceret, ni *Heraclides Ponticus*, quod arbitror, fallat in *Athenaei XII. 4. p. 521.* [cap. 21. nuperæ edit.] Potior *Herodoti*, illi propioris tempori, auctoritas; cui *Diodorus* lib. XII. 9. paria facit, *δημαγωγὸν* adpellans, quippe blanda vulgus oratione ad ditiores exilio multandos, unde belli, *Pythagoræ* ætate gesti, origo, concitantem. Consimili *δημαγωγῷ* titulo *Cypselum*, *Corinthiorum tyrannum*, *Aristoteles* ornat *Polit. lib. V. cap. ult.* *WESS.*

11. τῶν Ἰαμιδῶν μάντιν) *Laurentii Amadeorum* vel *Amideorum* vaticinium castigavit *Faber* lib. I. Ep. 19. qui de

Iamo et Iamidis plura, et *Pet. Victorius* lib. XIII. Var. c. 15. Adsolebat τὸ πολὺ λυπεῖν καὶ Ἕλληνας (verba sunt Pindari) γίνεσθαι Ἰαμίδαν inter vaticinandum, Criticis testibus ad Olymp. Od. VI., τῇ διὰ τῶν ἱμνῶν μαντίᾳ uti, quorum observationi *Pausanias* adstipulatur lib. VI. 2. Atque illa sunt Nostri ἰπὰ [lin. 13.] τὰ οὐ προσιχώρει χρηστὰ θυομένην *Calliae*: neque enim in dubitationem venit, quin *Cl. Gronov.* praeclare ex schedis instauraverit. Peperit, quod ante legebatur, crebra in προχωρεῖν et προχωρεῖν confusio lib. VIII. cap. 108. *Thucyd.* II. 5. atque apud alios. Mox [lin. 14.] ταῦτα δὲ οὐκ οὔτοι λέγουσι integrae sanitatis forent, modo infitians vocola, a *Valla* non verba, exularet. Vulgato succurritur, ταῦτα δὲ ὡς οὔτοι λέγουσι a *Pavio*, ταῦτα δὲ οὐκ οὔτοι a *Reiskio*. Mihi ineptissimum οὐκ exilio in tenebras damnandum censetur. *WESS.* — Vide *Var. Lect. S.*

CAP. XLV. 3. παρὰ τὸν ξηρὸν Κράστιν) *Laurentianum* prope *Crastin*, lapidum maceriam, unde processerit, non exputo. *Ortelius*, *Pinedo*, et *Galeus* ob Κράστον *Arch.* comparant *Stephani* Κράστον, πόλιν Σικελίας τῶν Σικανῶν, longe aberrantes. Haec Siciliae urbs; Κράστις amnis Italiae. De *Sicula Crasto* bene *Ph. Cluverius* *Sicil. Antiq.* II. p. 391. *Crastin* (tametsi de *Sybari* et eius positura diligenter) ne verbulo tangens, *Ital. Antiq.* III. p. 1265. Equidem, quod olim [in *Diss. Herod.* p. 184.] professus sum, Κράθιν et Ἀθηναίῃ ἱκανῶς Κράθιν scripsisse *Herodotum*, non muto. *Sybaris* sita erat ἀνὰ μέσον δυοῖν ποταμῶν, τοῦ τε Συβάριος καὶ Κράτιος in *Diodori* XI. 90. et XII. 9. De *Crasti* silentium. Porro ubi de *Aegis Achaiae* *Noster* I. 145. in τῇ Κράθις ποταμὸς αἰναιὸς ἐστὶ, ἀπὸ τοῦ ὃ ἐν Ἰταλίᾳ ποταμὸς τὸ οὐνομα ἔσχει, alludente et eadem imitante *Pausania* VII. 25. Cur illum quae so *Achaiae* perennem amnem, αἰνναον ποταμόν, vocat; si idem Italico conveniret? Παρὰ τὸν ξηρὸν Κράθιν ubi hic valuerit, discriminis in aperto caussa. *Torrens* hieme *Crathis* fluebat, aestatis tempore saepe ξηρὸς, siccus: par indoles sicco *Tanagro* in *Virgilii* *Georg.* III. 151. ubi *Servii* ex vero adnotatio, *Sicci* ad tempus aestatis relatum est: est enim hieme *torrens*. Bene in *Glossis*: Ξηροπόταμος, *torrens*. *WESS.* — Quantumvis probabilem emendationem nihilo magis tamen, quam ipse *Vir* praestantissimus, in contextum recipere ausus sum. Fieri potest, ut idem

rivus, ille praesertim Italicus, promiscue utrolibet nomine, *Crastis* et *Crathis*, fuerit adpellatus. S.

14. *πολλαπλήσια*) Iustum hoc. Sic VII. 48. τὸ Ἑλληνικὸν στρατεύμα φαίνεται πολλαπλήσιον ἔσθαι τοῦ ἡμετέρου: tum VIII. 140, 1. ἄλλη παρίσται πολλαπλήσιον: et c. 143. WESS.

CAP. XLVI. 1. *Συμπλῆρον δι Δωριῶν etc.*) Praeter populares Spartiatis nullos e veteri saltem Graecia habuit Dorieus *συγκτίστας*: non certe Atheniensem, qualem nobis interpres praebet *Pausaniae* p. 247. ubi Ἀθήναιος, *Athenaeus*, proprium fuit Spartiatae nomen, uni τῶν ἐμοῦ Δωριῶν - - σταλόντων ἐς Σικελίαν: quale nomen hic apud *Herod.* inter *συγκτίστας* est *Θίσσαλος*. Memorantur in historia Graeca Atheniensis *Λακωναίμνιος*, Lacon autem cui nomen fuerit Ἀθηναίος: hoc vero nomine insignes fuerunt plurimi. Talia frequenter sunt ab interpretibus obscurata. De *Dorio*, qui perierit in Sicilia ab *Egestaeis* interfectus, iterum *Herod.* VII. 158. et 205. Una cum illo huc CAP. XLVII. periisse traditur *Philippus Crotoniata*, cuius *Olympionicae*, ob formae praestantiam ut herois ab *Egestaeis* culti, meminit ex *Herod. Eustath.* in *Iliad.* γ'. p. 290, 35. [p. 383. ed. Rom.] VALCK.

5. *Ἐγισταίων*) Variare in urbis *Egestae* scriptura Codicum exaratores locuples testis Cl. *Wasse* ad *Thucyd.* VI. 6. est. ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ numi apud *Parutam* id postulant, quod exstat. Idem in *Thucydide*, *Diodoro*, (non tamen sine discordia lib. IV. 23.) *Pausania*, *Stephano*; etiam infra VII. 158. in *Arch.* aliisque. [ubi vide *Var. Lect.*] Legendus est doctissimus *Sylburgius* ad *Dionys. Halicarn.* lib. I. Ant. Rom. p. 42. WESS.

[6. *περιγένητο τούτου τοῦ πάθους*) Requirebam ἰκ τούτου: sed praepositionem ignorant libri omnes, quae adeo subintelligenda fuerit. S.]

10. *Πειθαγόρειω*) Numero mssorum *Πυθαγόρειω* nomen vincit. Dubia tamen in re pati possum, suum cuique ut sit arbitrium. [Nec vero mirum est, nomini minus noto vicinum omnibus notissimum praetulisse librariorum.] Oppressos Doriei ab *Egestanis* comites non praeteriit *Pausan.* lib. III. 16. De Carthaginensibus et belli in hos colonos ambizioso colore *Diodor.* IV. 23. Vide Musam VII. 205. *Ἰαμ τυραννίδα ἐπιχείρησι Arch.* [lin. 11.] non sine exemplo:

quale τοὺς ἐπιχειρεῖν huius libri princ. et πάντα ἐπιχειρεῖ Clem. Alex. III. Paedag. p. 264. Plura Perizonius ad Aeliani Var. VII. 13. et Reiskius Animadv. in Dion. Chrysostom. p. 14. WESS. — Hisce praeceuntibus auctoribus Schaeferus structuram verbi paullo rariorem, quam cod. Arch. offerebat, vulgatae praetulit scripturae. Quod uti non improbo factum, sic de exemplo ex Musis petito, ad quod Wesselingius provocavit, monere debeo, admodum illud quidem dubium esse: nam quod V. 1, 8. legitur, τοὺς δὲ ἐπιχειρεῖν, aut valde equidem fallor, aut τοὺς non ad Perinthios refertur, sed ad Pacones, qui iubentur illos adgredi, subintelligitur autem dativus αὐτοῖς, nempe Περινθίους. S.

[13. ἐπὶ Διὶ ἀγοραίου βωμῶν) De Iove ἀγοραίου vide Taylor ad Lys. p. 191. pag. 70 seq. ed. Reisk. S.]

CAP. XLVII. 4. οἷχετο πλῆων) Mendam agnoverunt docti homines, Pavius, D'Orvillius, Reiskius, Abreschius, a Stephani operarum peccato ortam et propagatam. Prudentior Aldus, quem insuper habitum miror. Mox τὸ ἰω- τοῦ κάλλος [lin. 8.] non oportere in κάλλος abire, Eustathii indicio constat; qui etiam rectissime αὐτὸν ἰλάσκοντο, ut Arch. et Vind. postulante sermonis serie omni. Designatur, quid fieri solebat Egestae. WESS. — At, cur potissimum ἰλάσκοντο praeferendum praesenti ἰλάσκονται iudicaremus, non magis equidem, quam Schaeferus, exputare potui. Eustathii quidem testimonium pro scriptura ista invocari non debuit: rem ille ex Herodoto refert, non ipsa Scriptoris verba repraesentat. S.

CAP. XLIX. 4. χάλκεον πίνακα) Aeneam laminam, tabulam vocat Geographicam, in qua γῆς ἀπάσης περίοδος ἐντίθηται. Ad opulenti iuvenis superbiam deprimentam ubi dicitur Alcibiadi monstrasse Socrates, quantulum in orbis tabula spatium occuparet Attica, πίνακον vocat Aelianus ἔχον γῆς περίοδον, Var. III. 28. Notant ibi Kühn. et Perizon. Pleraque huc spectantia iam dederat Marsil. Cagnatus Var. Obs. IV. c. 5. Omiserunt ex Theophrasti testamento locum, quo iubet ἀναθεῖναι τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσιν, εἰς τὴν κάτω σελάν, apud Diog. Laërt. V. 51. VALCK.

8. τὰ κατήκοντα) Laurentii ex Stoeae forulis, officia enim sunt talia, merito recusavit Reiskius. Τὰ κατήκοντα, et τὰ

κατήκοντα πρήγματα, res sunt urgentes et praesentes. περί τῶν κατήκοντων λέγοντες, de praesenti rerum statu colloquentes, lib. I. 97. et ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκονσι πρήγμασι τὰδε ποιητρία εἶναι, lib. VIII. 19. Portus eadem animadvertit. Stoicorum τὸ καθήκον ex Cicerone Offic. I. 3. et Diogene VII. 108. atque aliis cognitissimum. WESS.

17. τόξα καὶ αἰχμὴ βραχία) Gronovius ad haec bene. Valla, Brissonius, Stanleius, breves hinc arcus et breve spiculum sumentes, βραχία numero multitudinis videntur intellexisse, eaque structura, qua II. 132. τὸν αὐχίνα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεκρυμμένα. Hic βραχία, loco βραχίη. Tetigit hanc quoque rem Hutchinson ad Xenoph. Κυρ. Ἀναβ. III. p. 239. Gronovii, eadem docentis, oblitus. WESS.

23. τὰ θυμῷ βουλόμενοι) Non illaudabili opera θυμῷ βαλόμενοι vir eruditus [Reisk.], modo animi deliberationem exprimat. Sic lib. I. 84. ἐφράσθη καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο. Sic Menander Eclog. Leg. p. 95. ἐν νῷ βαλίσθαι τὸν πόλεμον, οὗτος ἀπὸλον πᾶν γμα, bellum, rem adeo ancipitem, animo agitare: etiam Iosephus Belli Iud. VII. 8. p. 430. ταῦτα τίς ἐν νῷ βαλόμενος, ἡμῶν καρτερήσει τὸν ἥλιον ὀρεῖν; Poëtarum, Apollonii Rh., Aeschyli, Sophoclis ἐν θυμῷ βαλίσθαι et θυμῷ βάλλαν congruunt Latino in pectus demittere, alienaque sunt. Quid multis? In vulgato, cui omnes assurgunt Codices, licet acquiescere: θυμῷ βουλόμενοι, ubi animo volente fueritis, ἢ θυμὸς ὑμῶν ἰστί, ut Noster aliàs. His autem quae artissime adhaerescunt, incundissimam Scriptoris γλυκύτητα manifestant. WESS. — Post τὰ leviter incisam volebam orationem: τὰ, θυμῷ βουλόμενοι, αὐτοὶ ἀν' ἑχ. S.

Ibid. τὰ θυμῷ βουλόμ. etc.) Quibus vos, si potiri libuerit, potiemini, recte vertit Valla. Quod viro Doctiss. venit in mentem, θυμῷ βαλόμενοι significaret animo considerantes. Hic narratis congruit θυμῷ βουλόμενοι, cupide volentes, vel animose desiderantes, ἐπιθυμητικῶς πρὸς ταῦτα διακείμενοι. Idem fuisset: τὰ, εἰ τῶνδε ὑμῶν ἀν' ἢ θυμὸς, αὐτοὶ ἀν' ἑχουσι. VALCK.

36. Κρίνων δὲ τῶνδε ἔχοντ' Ἀρμένιοι) Evitat scilicet! vocalium concursum Herod. atque idcirco diphthongos etiam elidit. Per omnes Edd. illud ἔχοντ' Ἀρμ. propagari non debuerat, et absque Codicibus scribi ἔχονταῖ Ἀρμένιοι οἶδε. Critico facile patet erroris origo. Dum scribit Eustath. in

Dionys. vs. 694., Ἡρόδοτος τοὺς Ἀρμενίους Φρυγῶν ἀπολοὺς φησὶ, λέγων καὶ ὅτι πολυπρόβατοί εἰσι, duo respicit Herodoti loca; hic enim tantum pecoris divites; Φρυγῶν ἀποικοί, quod nihil huc faciebat, suo loco dicuntur infra VII. 73. Secundum *Eudoxum*, Armenii τῇ φωνῇ πολλὰ Φρυγίζουσι, apud *Steph. Byz.* voc. Ἀρμενία. VALCK.

39. τὸν Χοάσπην) Patrius casus Χοάσπιω I. 188. tueretur τὸν Χοάσπιν, si ex membranis fluxisset. At illae restitutum probant, quod et in cap. 52. De ingentibus Persarum divitiis, et thesauris, Susis adservatis, *Strabo* XV. p. 1059. A. [p. 728. ed. Cas.] et nuper praeclare *H. Venedma* ad *Danielis* Vatic. pag. 214. WESS. — In Χοάσπην h. l. cum aliis omnibus codicibus haud dubie etiam consentit *Med.* sed scripturam hanc ex illo enotare neglexerat *Gronovius*: itaque mendosum Χοάσπιν, quod erat in superioribus editis, tacite ita correxit, ut Χοάσπιν ederet. S.

42. τῷ Διὶ πλούτου πέρι ἱριζέει) Cum Iove divitiis certare poteritis. Attigit illud *Eustathius* in *Dionys.* vs. 1073. De incredibili pecuniae summa huc in thesauros regiones congestae *Brisson.* egit de Regn. Pers. I. pag. 158. qui p. 60. iam dederat Herodotea. In talibus facile concessa fingendi licentia regalem etiam Iovis in coelo domum humanae cupiditatis opplevit irritamentis: hinc venusta *Herodoti* loquendi forma, Poëtis usitata, qua certandi verbum ponitur in comparatione de similitudine. Lib. IV. cap. 152. divitiis cum Aegineta Sostrato οὐκ οἶά τί ἐστι ἱρίσας ἄλλον: postea temporis cum illo populares certare potuissent *Lampis* et *Charops*. *Theocritus* Eid. IV. vs. ult. τό τοι γένος ἢ εὐτυρίσκεις Ἑγγύθιν ἢ Πάνισσι κακοναίμοισιν ἱρίσδει. Apud *Athen.* III. p. 75. E. *Lynceus Samius*: τὰ ἱρίνα τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε εὐκαίμυνα σύκοις δεκτὴν ἱρίζην: id est nullo posse modo inter se comparari. Eleganter *Callistratus* p. 894., Ἰνδὶ χαίτην dixit ἐν τῶν ἀκρῶν πρὸς κόχλου τυρίας ἄνθος ἱρίζουσαν. Nativa venustate *Horatius* Epoda II. 20. ut gaudet insitiva decerpens pyra, Certantem et uvam purpurae! Plura collegit *Lambin.* ad II. Carm. VI, 15., ubi viridi - - certat *Bacca Venafro*. VALCK.

[45. μάχης ἀναβάλλεσθαι.) De hac dictione vide quae in *Var. Lect.* ad hunc locum disseruimus. S.]

49. παρίχον δι --- ἄρχιν) Persimile vulgato est παρίχον δι οἱ ὑποχίμαι πάντα ποιήσασθαι VI. 72., saepiusque alibi. Hic vero vehementer παρίχον δι blanditur ob codicum copiam, et verbi frequentem in licentia usum: παρίχαι ἄν σφι, ipsis licuisset, lib. IV. 14., ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρίσχει, non illi licuit, VIII. 8. Alia se sponte offerent, collecta a Porto. WESS.

Ibid. παρίχον δι τῆς Ἀσίης πάσης ἄρχιν) Παρίχον nisi Codex scriptus praeberet, nemini suspectum foret παρίέν. Euripidis est in Phoen. vs. 523., Ἀρχιν παρὸν μοι, τῷδε δουλεύσαι ποτὶ; Ipse Herod. I. 129. παρὸν αὐτῷ βασιλεῖα γινίσθαι. Sed multo rarius παρίχον a librariis expectari non poterat. παρίχαι apud alios interdum, inprimis tamen apud Herodotum, notat ἔξισσι, παρίσσι. Legitur in eadem phrasi, III. 142., ἰμοὶ παρίχαι νῦν ὑμῶν ἄρχιν, ut hoc loco. IV. 140. παρίχαι ἄν σφι --- εὐπειτίως ἔξιπτεν τοὺς Πέρσας. In oratione Candaulis, παρίξαι, per παρίσται interpretatur Dionys. Halicarn. qui nec ipse participium παρασχόν in eundem adhibere sensum dubitavit: vid. G. Canteri Nov. Lect. lib. III. c. 27. Frequentatur Thucydidi praesertim τὸ παρασχόν, et παρασχόν καλῶς, occasione commodum oblata: p. 76, 22. 326, 29. 355, 30. VALCK.

CAP. L. [2. ἦλθον εἰς τὸ συγκείμενον) Vide quae mox ad lin. 12. notamus. S.]

5. καὶ διαβάλλων ἐκείνους τῷ) Longe eos, qui de eccellente sapientia διαβάλλειν capiunt, falli, vera est Eustach. Swartii animadversio Analect. I. 14. et Lamb. Bos Obs. Critic. c. 7. Unum hoc vide: Ἰστιαῖος μὲν λόγων ταῦτα, διέβαλλε, Valla interprete, haec Histiaeus fallendi gratia dicebat, cap. 107. huius Musae. Erravit praeterea Aristagoras in corporis cultu et Ionico luxu, a severis Spartanorum moribus inmaniter discrepante, ἰσθῆτα ἔχων πολυτελῆ καὶ τὴν ἄλλην τρυφὴν τὴν Ἰωνικὴν, uti de eo Zenobius Cent. V. 57. et Suidas in Οἴκοι τὰ Μιλήσια. WESS.

12. οὐδὲνα γὰρ λόγον εὐπειτία λέγεις Λακεδαιμονίοισι) Advertit animum ex Arch. exscriptum λόγον εὐπειτία sive εὐπειτία, cui, plures si suffragarentur, patrocinium haud abnuem; suppeditaret enim Philosophus Eusebius εὐπειθίην εὐπειτία in Stob. Sermon. XLIII. p. 308., et Noster, vocabuli usu delectatus, alia. Gaudeo consensu Valckenarii. WESS. —

Quomodocunque capias, nulli minus λόγον desiderabant ἐνέπρια, quam Lacedaemonii, qui neque speciosa solebant anteponeere salutaribus. ἐνέπρια enotatum ex Arch. Rem facilem, λόγον (ut puto) dixerat ἐνέπρια. VALCK.

[Pro eo quod Gronovius in versione posuerat, nec enim sermonem auditu gratum dicis Lacedaemoniis, in Graecis ἐνέπρια recipiens Wesselingius, in latinis, fere ut Valckenar. voluerat, nec enim rem factu facilem dicis Lacedaemoniis, scripsit. Potuerant doctissimi duumviri Vallae etiam invocare testimonium, qui et ipse sua in versione vocabulum ἐνέπρια expressit. Sed, ut dicam quod sentio, mihi ista sententia minus huic loco opportuna videtur. Qui ante solis occasum urbe excedere hunc hominem iubet, is haud dubie gravius quidpiam ei voluit exprobare, quam proponi ab illo rem factu difficilem Lacedaemoniis. Nempe ex his, quae apud Zenobium et Suidam locis paullo ante citatis leguntur, intelligitur, alterum hunc Aristagorae cum Cleomene congressum in publica Lacedaemoniorum concione aut certe in Ephorum consensu locum habuisse, ibique insigni cum fastu et ambitioso adparatu verba fecisse Milesium. Is igitur egregie et perquam probabiliter verba fecisse (ἐνέπρια λόγον εἰπεῖν) sibi videbatur: cui ille respondet, talem sermonem minime esse ἐνέπρια Λακεδαιμονίοις, aliis fortasse posse probari, Lacedaemoniis neutiquam placere, sed odiosum esse et procul amandandum. Eadem occasione unus ex Ephoris dixisse homini fertur, Οἷοι τὰ Μιλήσια! Denique vero ex ipsa codicis Arch. scripturā (ἐνέπρια) intelligi par est, hunc etiam scribam ἐνέπρια debuisse, et inter scribendum demum ad vocabulum sibi magis notum aberrasse, aut duas lectiones, alteram genuinam, alteram ex coniectura priori adiectam, imprudenter in unam confudisse. S.]

CAP. LI. 3. et 4. ἱπακούσας, et προστήκει) Placet et marginis lectio, ab Arch. firmata, ἄτι ἱκετεύων ἱπακούσαι, et H. Stephani παραστήκει. VALCK.

Ibid. ἱπακοῦσαι ἐκδέχεται etc.) Pristinam, schedis auspicibus, faciem sermo induit. H. Stephanus aptabat ἱκετεύων ἱπακούσαι, ut aurem sibi daret suppliciter petens, nec vere, neque conmode. Aristagoras, uti supplicum mos (quo de lib. I. 35.) ferebat, in intima domus penetralia ipsum-

que adeo ad focum se contulit; id ἰσθλὼν ἔσω ἄτι κερταύων; tum Cleomenem, semotis arbitris ablegataque filia, ut auscultet rogat. Quae sanequam planissima. Stephani praeterea παριστήναι, assistebat, loco προϊστήναι, non equidem, si praesidium haberet, repudiarem. WESS. — Nobis commodiorem scripturam libri nostri dederunt. Vide Var. Lect. S.

13. διαφθερίει σε) Cleomenis Gorgo. apud Plut. in dictis Laconic. p. 240. D. καταφθαρεῖ σε, ὦ πάτερ, τὸ ξινύλλον, ἰὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς, eleganter, nec sine convicio in Aristagorae staturam, sed alio ex fonte. Διαφθερίει Codicis Passion. Ionismum sapit, legiturque lib. IX. c. 41. WESS.

Ibid. Πάτερ, διαφθερίει σε ὁ ξίνος) Ut Attice plerosque Xenophon, Ionice Laconas Herodotus semper facit loquentes: multa Plutarchus Laconum dicta Dorice effert; hoc etiam suavissimum Gorgas, partim saltem, T. II. p. 240. D. Καταφθαρεῖ σε, ὦ πάτερ, τὸ ξινύλλον, ἰὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς; Legit-ne apud Herod. ἀποστήνῃς? sed scripserat noster, prout vulgatur, ἢ μὴ ἀποστᾶς ἔης. Apud Hesych. vulgatissima vox Ἀποστᾶς auctoritate legitur Aeschyli munita, quae pertinet ad glossam praecedentem. Dixisse videtur Gorgo καταφθαρεῖ, et ξινύλλον. Dorice φθαίρειν dicebatur, ut πταίνειν: Etymol. p. 269, 50. et Eustath. in Od. κ'. p. 382, 29. [p. 1649. ed. Rom.] Non patrio sibi more vestitum Milesium Spartiatae filiola ξινύλλον vocabat, more Graecis usitato, hac forma suum illa contemptum indicans: ἐπύλλον et κρεβύλλον similiter adhibentur; et ob eandem rationem ἀνδρίον, ἀνδράριον, et ἀνθρώπιον. Theocrit. Eid. V. vs. 40. Φθονερόν τὸ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον. Aristoph. Ἀχαρν. vs. 516. ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα. Φύσει κίναδος ἀνθρώπιον, Demostheni dicitur Aeschines pag. 180. Venuste Μινέλιον, ἀνθρώπιον λῶσται dicebat Silenus in Eurip. Cycl. vs. 184. Ionium Aristagoram luxuriose vestitum Spartam venisse monstrat proverbium, Οἶκοι τὰ Μιλήσια: prout eius originem explicant Zenobius Cent. V. Prov. 57., quique dicitur Plutarchus, c. 55. p. 306. et Suidas. VALCK.

CAP. LII. 1. Σταθμοὶ τι πανταχῇ εἰσι) Haec, si numeris ratio constaret, forent egregia, docerentque modulum et proportionem inter σταθμούς et παραστάγγας. In Xe-

norphontis 'Αναβ. IV. pag. 297. ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμούς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα: iterum p. 299. ἐπορεύθησαν σταθμούς τρεῖς, διὰ πιδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. His gemina ferme Nostri τρεῖς εἰσι σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἡμισυ. Qui tamen modulus haud perpetuus. Herodoti enim σταθμοὶ plerumque quaternos parasangas aut paullo amplius aequiparant: nec in Xenophonte eadem ubique proportio. Nam p. 240. τρεῖς σταθμούς παρασάγγας δέκα, et lib. I. p. 17. σταθμούς τρεῖς παρασάγγας εἴκοσι comparat, ubi doctissimus Hutchinson nonnulla super ista re; quae, nisi plurima Attici scriptoris loca dixeris mendosa, non procedent. Possent et auxilio esse haec Procopii, si quidem eundem viae modum explicarent, Hist. Arc. c. 30. Ἐς ἡμέρας ὁδὸν ἐνθάδε ἀνδρὶ σταθμούς κατεστήσαντο, πῇ μὲν ὀκτώ, πῇ δὲ τούτων ἑλπίσους, οὐ μὲν τοι ἦσαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλείστον ἢ κατὰ πέντε. In via, quam expeditus viator diurno itinere conficit, octonas ferme mutationes, alicubi pauciores, infra quinque tamen nusquam Persae posuere. Sed ea discrepant. Procopii cursus est vehicularis: hinc plures mansiones et ad iumenta mutanda mutationes illa in via: Herodoti pedestre iter, ubi singulos in dies tot mansionibus non opus. WESS. — De Itinerario, quod hoc capite continetur, praeter Geographos, consulendus est Parisiensis Academicus *De la Barre*, cuius est commentatio huc spectans, Tomo VIII. Actorum Acad. Inscript. inserta; et *Heeren* in *Ideen über die Politik etc.* T. I. p. 829. et seqq. S.

6 seq. Ἄλως ποταμὸς ἐπ' ᾧ πύλαι τε ἔπεισι) Portas, πύλας, fossis aquae coërcendae, et, si usus requirebat, emittendae caussa adpositas, habemus lib. III. 117. Quo e genere πύλαι ποταμῶν, שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת, quibus laxatis urbi Nino ex Tigride inundatio in Prophetæ Nahumi cap. 2, 6. Hae in ponte fluvii Halyos fuerunt, nec Bochartum fugerunt Phal. IV. 19. Μέγα, quod sequitur, Φυλακτῆριον, munimentum ad regionis tutelam, omnes ex *Aeschine*, *Aristotele*, *Iosepho* norunt, Morello excepto, in *Libanii* T. II. p. 133. c. enormiter lapso. WESS. — Popularis sui *De la Barre* lapsum, qui πύλας h. l. angustias inter montium praecipitia intelligit, notavit *Larcher*. Illa notione paullo post idem vocab. ponitur; quamvis et ibi fortasse veris portis vel claustris praecludi transitus potuerit. S.

Herodot. T. VI. P. I.

D

[10. μέχρι οὐρανῶν τῶν Κιλικίων) *Usque ad Ciliciae fines. Montes Ciliciae intelligit Heeren p. 831. quos si designare Herodotus voluisset, οὐρανῶν erat scripturus. S.]*

22. Τίγρης) Quum in *Aldi Camerarii*que exemplis et msstis duobus Πίγρης scribatur, debuerat pars ista *Salmasianae* disputationis ad *Solin.* p. 489. sine culpa relinqui. Mihi Πίγρης non placet, dubio Τίγρης an Τίγρις potior sit. Τίγρις, uti hic scripti quidam et *Eustathius*, sic lib. I. c. 189. et 193. II. 150.; Τίγρης VI. 20. [Equidem cum *Schaefero* priorem tenens scripturam, non idcirco alteram improbo.] Hunc autem perhibet ex Armeniis fluere, nec discordant scriptorum alii. Secundi fontes et scaturigo in *Matienis*: ὁ δὲ ὑστερον [lin. 25.] alter vertitur a *Valla*. Unde igitur tertium labitur flumen? Hoc praeter expectationem taceatur. Pinge itaque cum *Cl. Pauw*, οἱ δὲ ὑστερον ἐκ *Ματινηῶν*, et secundi ac tertii patescet origo. Certe in *Matienis* scaturiebat *Gyndes*, de quo lib. I. 189. *WESS.* — Ille, ὁ μὲν πρότερος, Viro docto *Tigris* est; unde in sequentibus turbae existunt, quae nullae sunt, si cum *Larchero* et aliis priorem illum et alterum intelligamus duos illos cognomines, quorum nomina minus nota silentio praeterit Scriptor. Esse autem illos maiorem minoremque *Zabatum* vel *Zabatem*, cum *Larchero* probabiliter statuit *Heeren.* S.

28. ἐσβάλλοντος) *Arch. ἐσβάλλοντι*, ob consequens μεταβαίνοντι, ego primas darem. In *Pausania* nihil hac frequentius structura. Sed usus editum, monente *Galeo*, cum non spernat, servatum illud est: nam ἐσβάλλοντι quo tibicine fulciatur, *Gronovius* docere noluit, nedum quo nectantur modo σταθμοὶ εἰσι τέσσερες, quae alium utique participii casum sibi desiderant. Hic vero manifesta se prodit lacuna; desunt parasangarum notae et numeri, difficulter ex dubia inter mansiones et parasangas proportionem restituendi. *WESS.* — Tum in *Addendis* *IDEM* Vir doctus haec adiecit: „Si defectus expleretur, quae *Kluitii* „coniectura, σταθμοὶ εἰσι τέσσερες καὶ τριήκοντα, παρα- „σάγγαι δὲ ἑπτὰ καὶ τριήκοντα καὶ ἑκατὸν, stathmo- „rum et parasangarum numerus rotundaretur. Aliquid „hic deesse certum arbitror.“ — Eodem modo eisdemque verbis, diu ante *Kluitium*, explendam videri lacunam docuerat *De la Barre*, T. VIII. *Act. Acad. Inscr.* p. 343. At

ea ratione ultra modum promoveri *Matienae* fines, et absque meliorum codicum praesidio nihil hic definiri posse censuit *Larcher*, Adnot. 108. ad hunc Herodoti librum, p. 230. cui hactenus adsentiuntur *Heeren* (pag. 988.) et *Mannert* Geogr. Graec. et Rom. T. V. P. II. p. 206. ut nullam ne coniecturam quidem conati sint proponere. S.

33. οἱ πάντες σταθμοὶ εἰσὶ ἑνδεκά καὶ ἑκατὸν) Ratio non constat. *Mansiones* sive σταθμοὶ in praecedentibus duntaxat LXXXI. Neque convenit parasangarum summa: numerantur tantum CCCXIII. Quia tamen *parasangis* *quadringentis* et *quingaginta*, quot se posuisse significat, accurate stadiorum collectio congruit, bene illi habent. Vitia in mansionum et parasangarum numeris, suis olim locis iuste signatis, inflicta haerent, aliorum fortasse mssorum auxilio eluenda; nostri enim in eodem sunt luto. WESS. — Nec nostri meliora dedere. S.

CAP. LIII. [5. τὰ βασιλῆα τὰ Μεμνόνια καλεόμενα) Conf. c. 54, 8. Adde *Strab.* lib. XV. p. 728. et *Steph. Byz.* voc. Σούσα, eiusque Interpretes. S.]

9. ἡμέραι ἀπαρτί ἐννεήκοντα) Critici ad Comici *Plut.* vs. 388. Κίχρηται αὐτῷ (ἀπαρτί) Ἡρόδοτος λέγων, ἀπὸ τούτου εἰς στάδια δύο ἀπαρτί: quod scholion *Suidas* in Ἀπαρτί describens, pro στάδια δύο praebebat στάδιοι ὁ sive ἑβδομήκοντα. Unde *Aristophanis* interpres ea acceperit, an memoriae vitio haec spectarit, quis certo decreverit? In *Herodoto* hactenus invenit nemo, et sunt profecto nusquam. Vide *Hemsterhusium* ad *Plutum* et *Alberti* in *Hesychii* Ἀπαρτί. WESS. — Vide II. 158, 20 seq. ibique Var. Lect. et Adnot. S.

CAP. LV. 7. ἐτυραννέοντο - - οὐδὲν ἦσαν) Neque enim *Harmodius* et *Aristogiton*, sed, *Herodoto* iudice, verius *Alcmaeonidae* *Athenas* ἐλευθέρωσαν, lib. VI. c. 123.; et fuit *Hippias*, exacerbatus fraterna caede, [V. 62, 5.] patre fratreque longe τυραννικώτερος. *Aristogiton* et sodalis non habebantur tantum, ut erant, tyrannicidae; sed vulgo laudabantur *Athenis*, tanquam qui sublata tyrannide suam patriae reddidissent libertatem. In hanc etiam *Atticae* plebis opinionem inveteratam dici poterat *Dioni Chrys.* pag. 190. Ε. τὸ πιστεύεσθαι πολλὸν χρένον ὑπὸ ἀνθρώπων ἡλιθίων οὐδὲν ἔστιν ἰσχυρόν. Sed sapientiores etiam nonnunquam minus loquuntur considerate: praeter ceteros *Io. Meursio* ci-

tatos in Pisistrato, et ad *Aeliani* Var. Hist. XI. 8., nobilissimos istos iuvenes primum *Hieronimus* [Rhodius] statuit exemplum, alia quoque commemorans, quibus demonstrat, ὅτι τὸ τῶν νέων πρὸς ἀλλήλους ἐταιρικὸν συμφρονῆσαν πολλὰς τυραννίδας καθεῖλε, apud *Athen.* XIII. p. 602. A.; sequitur Peripateticus *Aristotelis*, quin et *Platonis* iudicium in Symposio. Culpat *Platonem* Iac. Perizon. ad *Aelian.* pag. 692., velut hac in re dissentientem a se ipso in Hipparcho: sed si suspicionem, quam solus forte movit *Aelianus* Var. VIII. 2., ad examen vir Eruditissimus revocasset, illam forsitan agnovisset legitimam, atque in Hipparcho multa reperiri, quae faciem praebeant ab illa *Platonis* diversissimam. Neque magni mihi videtur momenti criminatio *Dionis Chrys.* Perizonio memorata, culpantis Athenienses, quod Harmodium et Aristogitonem πάντων μάλιστα τιμῶσιν ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν τύραννον, Or. XI. p. 191. Hipparchum certe sustulerunt; quodque recuperandae libertatis gratia facere sibi proposuerant, imperfecto licet opere, fecisse tamen ab acerrimis tyrannorum osoribus censebantur, ob incoeptum illud opus digni habiti qui cumularentur omni honorum genere. Solum etiam occidendi tyranni conatum Athenienses factum existimabant pulcherrimum; quod luculento demonstrari potest documento. Post eiectos xxx. tyrannos psephisma condiderunt, ab auctore sententiae *Demophanti* dictum, servatum nobis ab *Andocide* de Myst. pag. 13. secundum quod iurare cogebantur Athenienses: tyrannidis auctorem vel fautorem εἴαν τις κτείνων ἀποθάνῃ, ἢ ἐπιχειρῶν, si quis aut occidens moriatur, aut immoriatur incoepto (sive tantum opus adgressus; id enim est ἐπιχειρῶν, nempe κτείνειν) εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἀρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Hoc respicit decretum *Demosth.* contr. *Leptin.* pag. 312., dum meminit τῆς Δημοφάντου στήλης, cui insculptum iusiurandum: ἂν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δάσειν δωρεὰς, ὥσπερ Ἀρμόδιῳ καὶ Ἀριστογείτονι: vulgato nomini Δημοφάντου alterum ex Codd. debuerat substitui: vid. *Lycurgus* pag. 165, 43. Longe recentius et diversissimi generis Δημοφάντου fuit ψήφισμα. Oratio c. *Leptinen*, docte nuper atque eleganter Gallice conversa a *Ged. le Cointe*, eadem opera potuerat

aliquoties expoliri, ut Graeca quoque legerentur emendatius. VALCK.

7. ἐν ἑτῇ τίσσεια) *Thucydides* VI. 59. Hippiae post fratris necem tyrannidem tribus annis terminat, totidem *Plato* in Hipparcho p. 229. B., nihil admodum *Herodoti* quatuor annis officientes, modo cum *H. Dodwello* *Annal. Thucyd.* p. 42. tres integri et quartus inchoatus Hippiae tyranno post Hipparchi violentam mortem relinquuntur. Quod Criticus autem ad *Aristophan.* *Lysistr.* vs. 619. κατῆρχε δὲ ἡ τυραννὶς ἐπὶ ἑτῇ γ'. οἱ δὲ, δ', 'Ἡρόδοτος δὲ στ'. errore non vacat, et mutata verborum sede tolli potest. Nam sex eum annos hic reperisse, non credo. WESS.

CAP. LVII. 5. Τλῆθι λίων etc.) In versibus, Hipparcho fatalem exitum praesagentibus, nihil innovo. Vir doctus [Reisk.] Τλῆθι δ' ἔων, i ergo, tolera, et οὐδὲς ἀνθρώπων ἀδικῶν fingeat, longe a *Brodae* ad *Anthol.* iudicio recedens. WESS.

7. ὑπερβήμενος ὀνειροπόλοις) Eadem τοῦ διωιδάμενος religio eleganter in *Theophrasti* *Char.* c. 16. expicta: ad quam ἀπειπάμενος τὴν ἔψιν etiam [lin. 8.] pertinere opinor, neque adeo spretam visionem, sed eius expiationem et ἀποτροπισμὸν innui. Vide *Casaubonum* ad *Theophrast.* et *Spanhemium* in *Comici* *Ran.* vs. 1379. WESS.

CAP. LVII. 1. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι etc.) *Gephyraeos*, necis Hipparchi auctores, *Bochartus* *Canan.* lib. I. 21. et *Meursius* *Att. Lect.* V. 31. tali diligentia et eruditione illustrarunt, ut aliis otium fecerint. *Plutarchum* neglexerunt, malignitatis crimine, cuius *Herodotum* postulat T. II. p. 860. E., haud immunem. Ea-ne malignitas, gentis veram et peregrinam originem vestigare et declarare? Sed doctus scriptor dum rodit, sui obliviscitur. WESS.

Ibid. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι etc.) Ubi in *Aristidis* *Panathen.* T. I. p. 190., velut ab Atheniensibus recepti praeter ceteros dicuntur Ταναγραίων οἱ μεταστάντες, Δωριῶν Πελοποννήσου κρατησάντων, ὑπὸ τῶν ἐξάντων ἀναστάντες: *Scholiasta* mstus hinc *Herodoto* narrata respicit: τοῦτους, αἰτ, τοὺς Ταναγραίους, μὴ βουλομένους αὐτῶν ὑπακοῦσαι, οἱ Θηβαῖοι ἐξέβαλον· οἱ δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας ἐλθόντες ᾤκησαν· μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας Ἡρόδοτος, Γεφυραίους τοὺς Ταναγραίους καλῶν. [Attigit etiam *Suidas*, et

Zonaras in Lexic. voc. Γεφυραί.] De his egerunt Gephyraeis Io. Meurs. Att. Lect. V. 31., et Sa. Bochart. Geogr. Sacr. II. 1. cap. 21. Gephyraeos istos non Eretrienses origine, sed Phoenices videri Herodoto, atque illinc ortum Aristogitonem dici, id vero permolestè tulit Plutarch. de Herod. Mal. pag. 830. Ε. Ἀριστογείτονα --- ἀντικρὺς διὰ πυλῶν εἰς Φοινίκην ἐξελαύνει, Γεφυραίον γεγονέναι λέγων ἀνέκκαθεν τοὺς δὲ Γεφυραίους--- Φοινίκας εἶναι Φησὶν, αὐτὸς οὕτω πεπεισμένος. VALCK.

CAP. LVIII. 3. ἐσηγάγον διδασκαλίᾳ) Iob. Ludolfum, Virum Clar. διδασκαλίας emendantem Comment. Hist. Aeth. p. 208. non sequor. Suidas: Διδασκάλιον, αὐτὸ τὸ μάθημα. Sic Basilus M. Homil. III. in Hexaëm. p. 28. c. κατέδξον μεθ' ἡμῶν τὸ διδασκάλιον: et Homil. V. pag. 45. Ε. ἵνα πρῶτον ἐκείνο πρόσταγμα διδασκάλιον τῇ φύσει γένηται, subministrante Cl. Abreschio. Iam ὡς ἐμοὶ δοκεῖ [lin. 5.] relinquo, Herodoti de litterarum prima inter Graecos origine professionem continens. Non defuisse, qui Pelasgis litterarum primordia ante Cadmi in Graeciam transitum vindicarent, ad Diodori III. 66. disputatum fuit. WESS.

5. πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες etc.) Obscuriorem orationis seriem explanant ista Arch., πρῶτα μὲν τούτοις ἐχρέωντο, κατὰπερ καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες: et primo quidem iisdem utebantur, sicuti omnes utuntur Phoenices. Gephyraei nempe primis temporibus non alias usurpabant litteras, quam quarum apud Phoenices usus erat. Merae itaque tum Phoeniciae fuerunt, sicuti et sermo; quo deinceps paullatim inmutato, μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, [lin. 7 seq.] itidem litterarum modum, figuram et scriptiois seriem novarunt. Quam in rem praeclara Cl. Salmasii ad Inscript. Herod. p. 34. opera exstat. Esse memini, qui τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων hic praeferunt, prorsus obliatos Aristotelis Θaumασ. p. 578. Ed. Erasm., ubi in Apollinis Ismenii apud Thebanos templo ἀναθήματι τινα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ῥυθμοὺς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα, seu ἀρχαίων potius. Quae philosophi, sive cuiusvis alius, ad hanc rem accommodatissima, etiam propter Ismenium, quod statim [cap. 59, 3.] consequetur. Pertinet huc docta disputatio Benedictinae familiae eruditorum in T. I. Hist. Nov. Diplom. p. 587. WESS.

14. καὶ τὰς βίβλους διφθέρας καλέουσι) Bene Vallae

Latina ex P. Leopardi praescripto Em. VII. 19. correcta sunt, quibus male in postrema editione *penuria biblorum Aegypti et Syriae* accessit: nihil enim utraque de regione Scriptor. Certissimus autem *pellium rasarum*, sive *διφθέρων*, variis olim in nationibus ad rerum memoriam prodendam usus. Persarum *διφθέρας βασιλικὰς* habet Diodorus II. 35. et Agathias Schol. II. pag. 66. A., aliorum alii. Contra ea ab errore immunis haud est Varronis de papyro, Alexandri demum Magni aetate reperta, opinio apud Plinium Hist. Nat. lib. XIII. xi.; melior Nostri et Cassii Heminae cap. XIII. eiusdem Pliniani libri. Βύβλους porro et βύβλων, ex prisco more, *Passion.*; namque ita potius, quam βιβλος scriptitasse, ad Hom. Eustathius p. 1913, 30. [ad Od. pag. 765, 38. ed. Bas.] auctor est. Hinc *βυβλίνων ὄπλων* mentio et scriptura lib. VII. 56. WESS.

Ibid. τὰς βίβλους διφθέρας καλέοντι) Vallam fefellit articulus; errorem iam correxit P. Leopard. Em. VII. c. 19. eundem tamen errarunt et alii; quod monitum ab Auctore *des Essais de Crit.* pag. 161. Adpellationis suo quoque tempore, quin et recentiori, satis usitatae rationem repetit ab antiquissimo more Herodotus, barbaris etiam isthac aetate noto. Vellus aureum fuisse *βιβλίων ἐν δέρματι γεγραμμένων* videbatur incerto scriptori *περὶ Ἀπίστων*, c. 3. conf. ad *Palaeph.* cap. 31. Galeus. Persica sua se Ctesias hausisse scribebat *ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθέρων*, teste Diodoro Sic. II. cap. 32. ubi vid. Clar. Wess. et Ti. Hemsterh. ad Poll. X. 57. cuius libro VII. 211. haec prostant Herodoti, loco quem Leopard. excitavit. Ὑπομνήματα βασιλικὰ vocat et Diodor. III. 38.; *commentarios regios*, Livius XXXIII. 11. Philippi Macedonis Μακεδονικὰ τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήματα, Lucian. Demosth. Encom. §. 26. Areturus qui Prologum agit in *Plauti Rud.* vs. 15., (*Malorum*) referimus nomina *exscripta ad Iovem*: vs. 21., Bonos in aliis tabulis *exscriptos* habet. Istas Iovis tabulas *διφθέρας* dicebant: Diogenian. III. Prov. 2., ἡ διφθέρα, ait, ἐν ἧ δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἀπογράφεσθαι τὰ γινόμενα, *καμπάλαιος*. Quae praeter Diogenian. IV. 95., Zenobius habet Cent. IV. Prov. 11., senarium efficiunt, e veteri quodam dramate propter elegantiam custoditum: Ὁ Ζεὺς κατὰ χρόνιον εἰς τὰς διφθέρας. Vanissimus Auctor Philopatr. inter *Lucianea* T. III. pag. 603., πολλοὺς γε γραφεῖς φησὶ ἐν τῇ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. VALCK.

CAP. LIX. [2 seq. in τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπολλ. τοῦ Ἰσμενίου) Conf. *Wesselingio* ad cap. 58, 5. notata. S.]

5. ὁ μὲν δὲ εἰς τῶν τριπόδων) Sollemne fuit in *Ismenii Apollinis fano tripodas* dedicare; quorum ἐπιφανὴς μάλιστα ἐπὶ τε ἀρχαϊότητι καὶ τοῦ ἀναθίντος τῇ δόξῃ τρίπους, ἵστιν Ἀμφιτρυώνος ἀνάθημα, in *Pausaniae Boeot. cap. 10. p. 730.*, non alius fortasse atque hic descriptus: congruunt certe ambo, tum antiquitate, tum *Amphitryonis* illustri titulo. De inscriptis litteris in *Pausania* silentium, quas *Herodotus* magnam partem *Ionici* similes, *Cadmeas* tamen fuisse commemorat. Hinc consequens videtur, ut ἐπὶ τὰ λαϊὰ, uti alibi *Pausanias*, ἐκ δεξιῶν, a dextera in sinistram processerint, quemadmodum *Phoeniciae*: et ut quinque caruerint litteris, quarum posterius inventum, *Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω.* Non sum nescius, incomparabiles viros, *Scaligerum* ad *Euseb.* et *Salmasium* in *Inscript. Herod. p. 54.* in diversiora tendere; sed *Herodotea* sententiae ab *Ampl. Bouherio* (Ep. ad ill. *Masseium Antiq. Gall. pag. 168.*) adprobatae, favent. Eiusdem, credo, moduli ac figurae characteres tabellae erant, repertae apud *Haliartios* in *Alcmenes* tumulo: γράμματα θανυμαστά, ὡς *παμπάλαια* *Plutarcho* de *Socrat. Gen. pag. 577. B.*; namque additum ibidem, ἰδιός τις τύπος καὶ βαρβαρισμός τῶν χαρακτήρων, ἡμφιερίστατος Αἰγυπτίοις, ex docti scriptoris suspicione fluxit, parum utique, ubi *Alcmenae* et *Amphitryonis* aevum, scribendique tum temporis mos, in consilium venerint, probabili. *WESS.*

7. Ἀμφιτρυῶν μ' ἀνέθηκεν, ἰὼν ἀπὸ Τηλεβοάων) *Correxeram* olim, Ἀμφιτρυῶν μ' ἀνέθηκεν, ἀνὼν ἀπὸ Τηλεβοάων: cum huc redisset a *Telebois* victis: simplex ἰὼν forte praeferetur, e *Bergleri* coniectura indicata in *Diss. Herod. pag. 167.* Quidquid a *Scaligero* super literis his *Cadmeis* dissidet *Salmas.* ad *Inscript. Herodis Att. pag. 32. et seqq.*, consentiunt, opinor, in *Graeciam* illatas primum duntaxat *xvi.*; atque illud egregie docuit *Salmasius*, sedecim istas postea, reliquis iam inter *Ionas* in usum introductis, dictas Ἀρχαῖα γράμματα. De literis *Cadmeis* *Plutarchus* *T. II. p. 738. E.* illas, ait, τετράκις ἢ τετράς γενομένην παρίσχει: eidem *p. 1009. E.* αἱ παλαιοὶ dicuntur διὰ τῶν ἐκκαίδεκα στοιχείων φράζοντες ἀποχρώντως καὶ γράφοντες. Mirifice scribuntur haec epigrammata viro summo ad *Euseb. p. 121.* In primo versu

legi debuit ad mentem Salmasii MANETHEKEN EON. Unica litera adiecta sensum daret diversum, neque absurdum: ἰών ἀπὸ Τηλ. ut se tripus diceret *dedicatum de victis Telebois*. In istiusmodi rebus dedicatis ἀπὸ hoc sensu frequenter legitur apud Pausaniam; qui nonnunquam prisca quoque commemorat epigrammata, literis antiquis Atticis scripta, veluti VI. [c. 19.] p. 498. ult. ἐπίγραμμα ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασιν: IV. [c. 17.] p. 420, 3., γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα: V. [c. 22.] pag. 435., ἐλεγείον γράμμασιν ἴστιν ἀρχαῖον (lege ἀρχαίους) ὑπὸ Διὸς τοῖς ποσὶ: et VIII. [c. 25.] p. 648. VALCK.

Ibid. ἰὼν ἀπὸ Τηλεβ.) Nisi ἰὼν ex prisco ἔω eundi notatione, quae Reiskii opinio, censeatur, malletm ἰὼν cum *Slado* et *Berglero*. *Amphitryon*, parta de *Telebois* victoria, qua de *Apollodorus* lib. II. 4. et *Plautus* *Amphitr.* I. 1. 51., *Thebas* redux tripodem consecravit. *Vidimus* ἰὼν et ἰὼν conmutari lib. I. 157., nec monere *Eustathius* neglexit ad *Iliad.* 8. vs. 277. [Miseris vero, simplicissimam restituendae verae scripturae rationem (μ' ἀνέθηκεν ἰών ἐκ Τηλ.) doctissimorum virorum acumen praeteriisse.] Illa vero [lin. 8.] ἡλικίην ἀν εἶη κατὰ Λαῖον sincera sunt. *Amphitryonem* *Laio*, *Herculem* *Oedipodi* aetatem egisse acqualem, generationum in *Apollodori* *Bibliotheca* series dilucide patefacit. WESS.

CAP. LX. 6. τὸ αὐτὸ εἶναιμα ἔχων τοῦ Ἰπκ.) Vel ex margine *Steph.* recipi debuerat τῷ Ἰπποκόωντος: in Latinis autem a correctoribus poni, idem *Hippocoontis* filio nomen habens: non, *Hippocoontis* filii: isthoc modo Graecismum saepius expresserunt usitatissimum Romani. Non requiritur in his articulus, neque adeo τῷ τοῦ, quod Reiskio placebat: filius *Hippocoontis* paulo dicitur ante ὁ Ἰπποκόωντος: et Λαῖος ὁ Λαβδάκων, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Κρόνου. VALCK. — Bene τῷ Ἰπποκόωντος dedere codd. mssti. Animadversio *Herodoti* iusta est. *Scaeus*, *Hippocoontis* si fuerit filius, vixit *Oedipodis* tempore, quippe una cum patre ab *Hercule* peremptus. Est autem *Scaeus* iste in *Apollodoro* lib. II. 10. p. 200. WESS. — Conf. *Heyne* ad *Apollod.* II. 7, 3. S.

CAP. LXI. 7. ἐς τοὺς Ἑγχέλεας) Quos vocat Ἑγχέλεας, eosdem memorat IX. 42. oraculum, quo Persas designari putabat *Mardonius*, scribens ἐς Ἰλλυριοὺς τε καὶ τὸν

Ἐγχείλων στρατὸν πεποιμμένον. VALCK. — Pausanias lib. IX. 5. Laodamantem, ab Argivis victum, ἐς Ἰλλυριοὺς abiisse scribit; de Cadmo antea, ἐς Ἰλλυριοὺς καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς καλουμένους Ἐγχείλας: vere, sicuti ex Apollonio Rh. IV. 519. constat. Sequentia [lin. 7.] οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες, Gephyraei autem cum in suspicionem venissent, verterat Valla: hinc quid ille legerit, quaestio. H. Stephano placuit ὑποπιυθέντες, L. Bos ὑποληφθέντες, quae melior opinatio, cum ὑπολειφθέντες et ὑποληφθέντες toties convertantur. At in errore Laurentius fuit ex schedarum consensione; loci sententiam Cl. Gronovius optime perspexit. WESS — ὑπολειφθέντες tenens Gronovius, ῥῆσιν istam latine sic convertit: Gephyraei autem derelicti postea ab Boeotis recedunt Athenas. In Notis autem idem Gronov. monuit, non post ὑπὸ Βοιωτῶν, ut in ipsius contextu et in superioribus editionibus factum, sed post ὑπολειφθέντες comma debuisse interseri. Wesselingius, in Graecis neutro loco incidens orationem, versionem Gronovii ita tenuit, ut comma post derelicti poneret. Atqui ab Boeotis recedunt graece non sonat ὑπὸ Βοιωτῶν, sed ἀπὸ vel ἐκ Βοιωτῶν. Praepositio ὑπὸ, quam tenent h. l. libri omnes, genitivo iuncta caussam significat; ut in frequenti formula ὑπὸ δέου, et similibus: conf. V. 10, 3. IV. 7, 16. Intelligendum igitur, prae Boeotis, propter Boeotos cecessisse illos, id est, metu Boeotorum, sive a Boeotis coactos; quam in sententiam commodè Larcher, les Boeotiens les obligèrent par la suite à se retirer à Athènes. Sic Φεύγειν ὑπὸ τινος, in exsilium mitti ab aliquo, ad fugiendum cogi. Si quid obscuri verbis inesset, sententiam suam ipse Scriptor cap. 57, 8. perspicue declaraverat, ὑπὸ Βοιωτῶν ἀναστάντες. Verbum ὑπολειφθέντες vero, nec derelicti verti debuit a Gronovio, nec a Larchero his gallicis verbis reddi, on les laissa alors tranquilles. Ὑπολειφθέντες simpliciter sunt relictī, qui in sedibus suis manserant, nec ab Argivis erant eiectiones. S.

11. Ἀχχιδίης Διμήντρος etc.) Cereris Ἀχχιδίης, quae et Gephyraea, templum et sacra praetereo. Cupidis abunde labor Io. Meursii Lect. Att. V. 31. et S. Bocharti lib. I. Canaan. c. 21. erit. WESS.

CAP. LXII. [11. Λειψύδριον. Sic scribitur apud Hesych. hac voce et alibi, et apud Suid. in Ἐπὶ Λειψύδριον: item in Scolio apud Athen. XV. 695. E. et apud Etymolo-

gum p. 361, 31. et 34. et p. 563, 8. denique apud *Eustathium* loco mox citando: quibuscum quum nostrae membr. F. consentiant, non negligere debui hanc scripturam, caeterum ne alteram quidem (Λιψύδριον) utique dam-nans. S.]

12. τὸ ὑπὲρ Παιονίης) Menda his se turpis insinuavit: quid enim cum Atticae locis commune *Paeoniae*, longissime in Macedoniam remotae? *Eustath.* ad Hom. p. 461, 20. [p. 351, 13. ed. Bas.] ὑπὲρ τῆς Σπάρτης Lipsydrium locans, eadem inquinatus est macula, vero tamen propiore. *He-sychius* et *Suidas* ὑπὲρ Πάρνηθος, supra Parnethem, idque certissimum. Πάρνης Atticae mons erat, supra quem *Lipsydrium* Alcmaeonidae exsules munierunt. Proinde τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος iure hoc refinxit loco *L. Küsterus*, ad *Suidae* Ἐπὶ Λιψυδρίῳ. Ipsum autem illud Grammatici testi-monio est, Alcmaeonidis ad Lipsydrium rem pessime ces-sisse, adfirmatque elegans cantilena in *Athenaei* lib. XV. p. 695. f.; *Io. Meursius* in *Pisist.* c. 16. plura. WESS.

Ibid. Ἀρλύδιον τὸ ὑπὲρ Παιονίης) Πάρνηθος, si mei res-esset arbitrii, recuperaret *Herodotus*; et vera *L. Küsteri*, *Cl. Wesselingio* probata, coniectura *Diss. Herod.* p. 110., omnibus hic anteponeretur Codicibus. Cui eadem erant ad manum, quae *Küstero*, *Io. Meursius* in *Pisistr.* c. 16., *Eustathio* legitimum quidem restituit Attici montis no-men; in *Herodoto* aut veram non vidit lectionem, aut il-lum a veteris librarii per omnes deinceps Codices propa-gato errore corrigendo deterruit quae multos insidet reli-gio, non illa minus fortasse damnanda quam aliorum est inconsiderata temeritas. Locum *Etymologi* prout recte corrigit *Clar. D. Ruhnken.* in *Tim. Lex.* p. 150. [pag. 208. ed. sec.] codex exhibet mstus. Nihil impedit quo minus hic suum Iovi restituatur cognomen, cui in Parnethe mon-te sacrum altare, Βωμός Σημαλείου Διός dicitur apud *Pau-san.* p. 78. f. [lib. I. c. 32.] Hinc *Semaeus* Iupiter *Gyrado*, *Meursio*, aliisque innotuit: auferatur primum litera male repetita: ἡμαλείου facile dabit genuinum, ut arbi-tror, Ἰμαλείου pluviū Iovis nomen, in Attica saepe siticu-losa solemni precum formula evocati, quam *M. Antoni-nus* nobis servavit V. 7. Idem paene nomen turpius defor-matum latet apud *Clement. Alex. Strom.* VI. p. 753, 27.

ubi sacra fecisse legitur in insula Ceo Aristaeus Ἰσθμίου Διὸς: sed nullus fuit Iupiter Isthmius: hic sine ulla controversia emendandum Ἰσθμίου Διὸς. Probus in Virgil. Georg. I. vs. 14. Aristaeus, ait, aram Iovi Iemaeo (Iemaeo) constituit, etc. -- Traditur haec historia de Aristaeo in Corpore (an opere?) Argonauticorum a Varrone Atacino: nobis superest, quem Varro interpretabatur, Apollonius Rhod. cuius Aristaeus II. 524. βαμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰσθμίου. VALCK. — Virorum doctorum emendationem ὑπὲρ Παρνηθός, a Schaefero in contextum receptam, tenuit etiam Iacobs, hanc Historiarum Herodoti partem Atticis suis inserens, p. 333. ed. sec. At constantem librorum omnium Herodoteorum scripturam, ὑπὲρ Παιονίης, defendens Larcherus, ex Harpocrate voc. Παιονίης καὶ Παιονίδας coll. cum Pausan. II. 18. p. 151 seq. eodemque Pausan. I. 2. p. 7. et cap. 34. pag. 83. et 84. et Plutarch. (sive quisquis fuerit auctor Vitae X. Oratorum) pag. 842. e. opportune docuit, fuisse Atticae pagum, cui Παιονία sive Παιωνία fuerit nomen. Situs fortasse hic pagus erat in radice Parnethis montis, eamque ob causam auctor ille, e quo Grammatici a Viris doctis citati sua hauserunt, Lipsydrium ὑπὲρ τῆς Παρνηθός situm dixit; nisi is fortasse scripserat ὑπὲρ Παιονίας ἐπὶ τῆς Παρνηθός. S.

14. τὸν νῆον --- τὸν νῦν ἰόντα) Eadem lib. II. 180., unde et, prius templum fortuito casu in cineres abiisse, discimus: culpa incendii tamen in Pisistratidas fuit, testibus Criticis ad Pindari Pyth. Od. VII., collata: qui quidem cum Olymp. LXIII. 2. patri successerint, illo ipso anno templum Delphicum deslagrasse, Dodwellus Annal. Thucyd. pag. 41. constituit. At officit vehementer illi temporum finitioni mors Amasidis, isti anno coniuncta; quippe dona, dum superesset, Delphis ad aedis instaurationem, ut lib. II. 180. proditur, liberaliter conferentis; validissime vero Pausaniae doctrina de templo Delphico Olymp. LVII. 1. exusto, in Phocic. cap. 5. Quae de Pisistratidis autem Pindari Scholiastae, modo tamen veritati concinant, familiam indicabunt atque ipsum complectentur Pisistratum, quo modo Pisistratidae deponuntur saepius. Vide ad Comici Vesp. vs. 500. WESS.

18. παρὶ τοῦ Νέου) In Iungermanni exemplo Παρὶ τοῦ οπε-

rarum est peccatum, cui ipse medelam adhibitam in *Pol-luc.* VII. 123. voluit. Isto de lapide docti Onomastici interpretes, et Cl. Taylor Lect. Lysiac. p. 619. [pag. 254. ed. Reisk.] WESS. — Vide *Tayloro* laudatum *Plinium*, Hist. Nat. lib. XXXVI. cap. xvii. sect. 28. et, quem ibi *Harduinus* citavit, *Theophrastum* *πρὶ Αἰθων* pag. 392. ed. Dan. Heinsii. S.

CAP. LXIII. [1. 'Ὡς ὧν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι) Δα-
κιδαιμόνιοι requirebam, ubi nunc in Ἀθηναῖοι consen-
tiunt libri. Sane non *Athenienses*, sed *Lacedaemonii* videri
debent id crimen *Alcmaeonidis* impigisse. conf. cap. 90.
huius libri. Mox *lin. 4.* pro *χρησόμενοι*, praeter necessita-
tem, *χρησάμενοι* invitis libris omnibus edidit *Iacobs* l. c.
p. 534. S.]

2. et seq. ἀνέπιθον τὴν Πυθίην χρήμασι etc.) *Herodotum* se-
quutus *Schol.* mstus in *Aristid.* Panathen. ἱππίας, ait, ὡμῶς
ἐκράτει τῶν Ἀθηναίων μὴ φέροντες τοῦτον τὴν βίαν οἱ Ἀλκμαίωνι-
δαι ἐξῆλθον ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ὧν εἰς ἣν καὶ ὁ Κλεισθένης, ὃς τὴν
Πυθίαν, τοῦτίστιν ἀδελφοῖς (in margine Codicis *Burm.* corri-
gitur in Δελφοῖς: recte; modo scribatur τοῦτίστι τὴν ἐν Δελ-
φοῖς) ἱέριαν παρεκάλε ἐπὶ τὸ χρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις βοηθῆσαι
ταῖς Ἀθήναις. Accepto oraculo, misisse dicuntur *Lacedae-
monii* [*lin. 6.*] κατὰ τῶν Πισιστρατιδῶν Ἀγχιμόλοιοι μετὰ στρα-
τιᾶς, ὃς ἐτελεύτησεν ἐν τῷ πολέμῳ. Non unam ob rationem
Herodotea criminatur *Plutarchus*, (T. II. p. 860. n.) ora-
culorum patriaeque superstitionis defensor ingeniosissi-
mus; sed idcirco praesertim, quod ille *Pythiam* vatem pe-
cunia corruptam non dubitavit ut *ψευδομαντιν* traducere.
Noster fraudem etiam a *Lacedaemoniis* agnitam fatetur
atque adeo publicatam c. 90. Libro VI. c. 66. *Cleomeni*
conciliatus *Delphus* *Cobon* *Περίαλλαν* τὴν *πρόμαντιν ἀνακτίβη*
τὰ Κλεισθένης ἰβούλετο λέγεσθαι λέγειν: fraude patefacta *Cobon*
Delphis aufugit mulierque fatidica ἐπαύσθη τῆς τιμῆς. Se-
cundum *Pausan.* etiam III. [cap. 4.] p. 212. *Cleomenes* τὴν
ἐν Δελφοῖς *πρόμαντιν* ὤνῆσατο. Quin iam olim a *Lycurgo* le-
gislatore pecunia commota *Pythia* semper eius leges ut
utiles civitati commendabat: ἡ προφῆτις χρήμασι πεισισμένη
αὐτὴ συμφέριν (τὸν νόμον) ἔχρα, *Polyaen.* lib. I. c. 16, 1. *Donis*
corruptae, nec mirum in hac fraudum opificina, recentior
historia Graeca plura praebet documenta: vid. *Anton. van*

Dale de Orac. Orig. c. 16. Paulo post [lin. 9.] apud *Herod.* iussui divino, ut quidem putabant, postponentes *Lacedaemonii* humanae hospitalitatis iura, τὰ τοῦ θεοῦ περισβύτερα ἰποιῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Ad iudices suos *Socrates Platonis* in *Apolog. p. 29. c.* ἐγὼ ὑμᾶς, ait, ὧς ἄνδρες Ἀθ. ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ διὰ μᾶλλον ἢ ὑμῖν: quae commodum admota sunt *Lucae Act. Ap. v, 29.* In hoc cardine *Sophoclis* versatur *Antigones* cum *Creonte* certamen vs. 460. et seqq. VALCK.

4. προφίρειν σφι) Sugillantur a *Plut. de Malig. p. 860. v.*, ac si καλλίστῃ καὶ δικαιοτάτῃ liberandarum Athenarum ἔργῳ sceleris atque impietatis calumniam Noster affricuerit; ultro oblitus, *Themistoclem* (quem propterea laudibus in *Vit. magni viri fert p. 116. f.*) consimiliter *Pythiam*, ut ad animi sui sententiam et circumscribendos Athenienses vaticinaretur, perpulisse, usosque tali fraude, quam quidem *piam* vocant, Graecorum plures. Qui mox [lin. 8.] ξείνοι τὰ μάλιστα, eosdem *Pisistratidas* vulgatiore dictione ξείνους τὰ μάλιστα c. 90. et 91. nuncupat. WESS.

[11. προσχωὼν) Vide *Var. Lect. I. 2, 5. S.*]

17. ἄνδρα Κονιαῖον) Nullam in *Thessalia* eiusque vicinia urbem recorder tali nomine. Cogitaveram de *Gono* sive *Gonno* in *Perracbis*, atque adeo *Thessaliae*. Sed discrepat scriptura, et gentile urbis vocabulum. Eruant itaque, qui poterunt. WESS. — Nec vero necessitas ulla urget, ut patriam huius regis *Thessalorum* in *Thessalia* quaeramus: quin potius ipsa formula qua utitur Scriptor, ἄνδρα Κονιαῖον dicens, indicare videtur extra *Thessaliam* fuisse natum. Itaque nihil impedire videtur quo minus cum *Larchero Κονιαῖον ἄνδρα* intelligamus *Conio* oriundum *Phrygiae* oppido, *Plinio* lib. XXXVI. c. xxxii. sect. 40. (ubi conf. *Harduini* Emend. num. xcv.) et *Hierocli* in *Synecd. p. 666.* memorato; neque enim incredibile esse, cognationem quandam *Thessalis* intercessisse cum *Phrygibus*, idem doctissimus *Herodoti* interpret ostendit. S.

23. ἐς τὰς νῆας κατέρξαν) *Laurentii* ad naves repulit, desiderat κατήραξαν, quod forte olim hic fuit. *Dio Cass.* lib. XLVII. pag. 396. καὶ ἐκείνους εἰς τὸ τεῖχος κατήραξαν: et lib. XLVIII. p. 416. καὶ τοὺς περὺς εἰς τὸ τεῖχος καταράξαντος. Noster V. 106. καὶ ἰσαράξαντες σφίτας ἐς τὰς νῆας.

Equidem relinquo, quod schedae magno consensu volunt, etsi pro praelii ratione et devictorum lenius. Pausanias de apibus lib. I. c. 32. οὐδὲ σφᾶς ἐς σίμβλους κατείρξαντες ἔχουσιν, nullis eas alvearibus coërcentes. WESS. — Conf. Nostrum VI. 102, 2. ἀπειργμένους ἐν τῷ Πελ. τίχῃ habes cap. 64, 12. S.

24 seq. Ἀγχιμολίου εἰς τὰ Φαί) Unius Anchimolii εἰς τὰ Φαί numero plurali? Non opinor; sed illud potius suspicor, Lacedaemoniorum qui ceciderant hic olim etiam factam fuisse mentionem. Fac scribi potuisse: (τῶν δὲ Λακεδαιμονίων, vel τῶν δὲ ἄλλων) καὶ Ἀγχιμολίου εἰς τὰ Φαί τῆς Ἀττικῆς Ἀλαμπικῆσι, ἀγχοῦ τοῦ Ἡρακλίου τοῦ ἐν Κυνοαργεῖ. De isto Herculis fano Meursius egit in Athen. Att. lib. II. c. 2. Ex hoc Herodoti loco situs Attici pagi poterit constitui, si conferantur initium Axiochi Aeschinis Socrat. et orator Aeschines contr. Timocr. p. 14, 11. VALCK. — Sepulcrum graecae proprie τάφος est; ταφή, sepultura, ut apud Nostrum I. 24, 12. 112, 16. Videndum igitur, ne eidem Nostro αἱ τὰ Φαί (plur. num.) idem valeant ac ὁ τάφος in singulari. Id si minus placet, nullo certe incommodo αἱ Ἀγχιμολίου ταφαί, nullo etiam alio verbo adiecto, intelligi posse videntur Anchimolii et eorum qui cum illo ceciderunt sepulera. S.

CAP. LXIV. 6. ἡ τῶν Θεσσαλίων ἵππος etc.) Huc pertinere puto quod, Polyaeo praetermissum, Frontinus narrat Stratag. II. cap. 2, 9.; nam per equitatum, quo praevalerat Hippas, Thessali videntur equites intelligendi. VALCK.

9. ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίας) Praeferrem ἰθὺ ἐπὶ Θεσσαλίας, sic uti ἰθὺ ἐπὶ Λιβύης Plutarchum apud Nostrum lib. II. 119. invenisse, Cl. Valckenarius docuit. Ἰθὺς tamen τῆς ἀρχῆς τῆς Τομέριος ἰλῆς lib. I. 207. et Poëta Iliad. v. 601. ἰθὺς Μινελάου κυδαλμοιο Hū, tum Callinus, ἀλλὰ τις ἰθὺς ἴτω apud Stob. Serm. XLIX. pag. 356. Stragem equitatus Tessalici sociorumque Hippiae explicat in Lysistr. vs. 1154. Comicus. WESS.

CAP. LXV. 1. Καὶ οὐδέν τι πάντως) Haud opinor οὐδέν τι μᾶλλον πάντως fuisse olim, in eo mssorum silentio: superius cap. 34. οὐδὲν πάντως προσδίδοντο ἐπὶ σφίρας τὸν στόλον τοῦτον ἐρμήσειναι: et clarissime lib. VI. 3. Nihil quoque in brevi secuturis, [lin. 7.] ἡ αὐτὴ αὐτὴ σύμμαχος, quid-

quam novo: ad loci sententiam aliena non sunt ex lib. IV. 129. τὸ δὲ τοῖσι Πίστρασι τε ἢ σύμμαχον, καὶ τοῖσι Σκυθῶσι ἀντίστον. Verum eo in genere, ubi multa saepe coniectantibus blandiuntur, integrum suum cuique iudicium. Ceterum τῖς Πίστρασι, quo conclusi tenebantur Pisistratidae, [CAP. LXIV. 12.] malo ipsis omini fuit, quippe iam olim diris devotum apud Thucyd. lib. II. 17., situm eius prope arcem urbis designantem, Nostro lib. VI. 137. nihil dissidente. WESS.

7. ὑπεκτιθέμενοι --- ἤλωσαν) Non illi capti sunt ὑπεκτιθέντες, quem sensum hic quaerebat Vir doctus; sed, dum furtim ex Attica emitterentur alicubi occultandi. More tamen minus usitato tum ponitur τὸ ὑπεκτιθέμενοι: nam qui liberos vel uxores, obsidionem toleraturi, alio transferunt, veteribus dicuntur παῖδας ὑπεκτιθεσθαι, Thucyd. I. 89. Lycurg. contr. Leocr. p. 154, 32. τοὺς υἱοὺς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκτιθεσθαι. Demosth. de Falsa Legat. pag. 242., οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ὑπέκτιθον τὰς θυγατέρας παῖδια εὖσαι εἰς Ὀλυμπον. Ubi iubet Aeneas Poliorcet. c. 9. γυναῖκα ἢ ἀνδράποδα ὑπεκτιθεσθαι εἰς τοὺς προοίους, morem antiquum et verbum illud declaravit Casaubonus. Quae de Pisistratidis paulo post dicuntur, [ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτη etc. lin. 13 seq.] de patre filiisque intelligenda docuerunt Periz. ad Aeliani Var. Hist. III. 21. et Bouhier Diss. sur l'Hist. d'Herod. cap. 14. VALCK.

12 seqq. εἰς Σόλων etc.) Vide Terpsichores c. 94. et Thucyd. VI. 59. Annos Pisistratidarum tyrannidis Aristoteles Polit. V. 12. xxxv. numerat, Noster xxxvi., levi discrepantia, fortasse ex annis inchoatis aut diversa Pisistrati computatione exiliorum nata. Io. autem Meursii, annos istos Hipparcho et Hippiae, patris ratione non ducta, tribuentis in Pisistr. cap. 5. manifesta aberratio est, reprehensa a Bouhierio Diss. Herod. c. 14. et Ed. Corsino Fast. Attic. T. III. p. 96., oblitis tamen calcare se viam, dudum sollertissima H. Valesii cura ad Diodori Excerpta T. II. pag. 557. emunitam. WESS.

CAP. LXVI. 4. ὅσπερ δὴ λόγον ἔχου) Potuisset ὅσπερ δὴ λόγος ἔχου, quomodo lib. VII. 5. ἵνα λόγος σι ἔχου. Euripid. Med. vs. 419. οὐκίτι δυσκίλαδος Φαίμα γυναῖκας ἔχει. Verum elegans ea linguae copia et varietas. ἔχου δὲ τινα

φαίνεν καὶ Διονυσιοφάνης posuit IX. 83., αὐ τοὺς μὲν τοιαύτη φαίτης ἔχει VII. 3. Plura Cl. Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 247. WESS. — De corrupta Pythia vide paulo ante, cap. 63. S.

5 seq. ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν etc.) Hic paulo forsitan acerbior est iocus, quam decebat historicum; neque iniuria hinc saltem κακοηθείας exemplum petens Plutarch. II. p. 860. c. 'Ὡς εἰδότες, αἰτ., παραμυγνύς πίστιως ἵνακα τοῖς λόγοις ἱπάλινους τιπὰς' Ἰσαγόρας δὲ, φασὶν, ὁ Τισ. οἰκίης μὲν ἦν δουλίου, θύουσι δὲ οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ Διὶ Καρῷ. εὐρύθμος τε καὶ πολιτικός ὁ μυκτὴρ τοῦ συγγενεῖς, εἰς Κᾶρας, ὥσπερ εἰς κόρακας, ἀποδιοπομπεύμενον τὸν Ἰσαγόραν. Cives Attici veluti Deos habebant Penates Apollinem παρῶν, et Iovem ἱκεῖον: Herodotei Isagorae συγγενεῖς, ut originis vilissimae homines, atque e comoedia Cariones, ἔθνον Διὶ Καρῷ. Praeter cetera memorat Strabo XIV. p. 974. A. [p. 659. n. ed. Cas.] ἱερὸν τοῦ Καρῷ Διὸς, κοινὸν ἀπάντων Καρῶν, οὗ μέγιστος καὶ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς, ὡς ἀδελφοῖς. Ex his gentibus servi vaniebant in Graeciam. Vim dicti intelligunt, quibus notum proverbium, ἢ Καρὸς αἶσρ. Non cepit Flor. Christian. illud in Eurip. Cyclope vs. 650. ἢ τῷ Καρὶ κυδνύνουσιν. Aristides T. III. pag. 256., οὐδ' ἢ Καρῶν σχήματι καὶ μορφῇ θρησκείῃ. Cicero pro Flacco, c. 27. Si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum. Eximia dedit Clar. Ti. Hemsterh. ad argum. Pluti Aristoph. VALCK. — Iovem Carium, cuius in familia Isagorae mentionem et cultum malignitati Scriptoris tanto posterior, saepissimeque iratior quam oportebat, Plutarchus contribuit, vidimus lib. I. c. 171. WESS.

9. τετραφύλους ἰόντας Ἀθηναίους δεκαφύλους ἱπολῆσι.) Huc respicit Herodotum citans Pausan. I. [c. 5.] p. 12. Secundum Aristotelem, Politic. III. p. 62, 25. Clisthenes eiectis tyrannis πολλοὺς ἐφύλαττεναι ξένους καὶ δούλους μετοίκους: scripsisse potius videtur δούλους, καὶ ξένους μετοίκους. Aristoph. Eq. vs. 346. εἴ που δικίδιον εἴπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου. Cur tribus quatuor in decem distraxerit, veram rationem pandit idem Aristot. Politic. VI. c. 4. conf. Casaubon. in Aeneae Poliorcet. p. 1734. In Aristid. Panathen. T. I. p. 336. Schol. ineditus: Τισσάρων οὐσῶν φυλῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις Καλλισθένης ἢ Ἀλκαμαιωνίδης (Κλισθένης ὁ Ἀλκμ.) διδίδως μὴ ἔν τινι καιρῷ μία τῶν Δ'. φυλῶν θουλαβήσασα τυραννῆσαι προσποίησιν ἰασητὴ τὴν ἄλλην Herodot. T. VI. P. I.

(τῶν ἄλλων) μίαν, καὶ ἐκ τούτου κρατήσῃ τῶν ἄλλων δύο Φυλαῖν, λαβὼν P'. ἡρώων ὀνόματα ἤλθεν εἰς Πυθίαν, μαθεῖν βουλόμενος ἐκ ποίων ὀνομάτων καλέσει τὰς Φυλαῖς ἃς μέλλει κτίζειν. λαβὼν τὸν χρησμὸν, καὶ ἐλθὼν Ἀθήνῃσι ἐποίησε δέκα Φυλαῖς, ἵνα καὶ, ἐὰν βούληται μία τῶν δέκα τυραννῆσαι, μὴ δύνηται πείσαι τὰς λοιπὰς. In his heroum numerus centenarius, P'. in I'. mutato, facile posset in denarium converti; sed secundum Schol. Clisthenes Pythiae facit eligendi de multis potestatem. In proximis [lin. 10.] Γελέοντος nomen adfirmavit *Wess.* in Diss. Herod. p. 164., ut ea lis decisa videatur. VALCK.

10. Γελέοντος) Hoc in editis ante Gronov. omnibus, plerisque etiam schedis. *Valla* in prima versionis editione *Ionis filiorum Leontis*, unde eum legisse suspicio est, παῖδων γι Αἰόντος. De *Medic.* silentium, in tituli mutata scriptura utique mirabile. Puto tamen Τελέοντος ex *Ask.* et *Pass.* consensu habuisse. [Vide *Var. Lect.*] Apud alios par discordia. *Stephani Byz.* vetera exempla et scripta Γελέοντες in Αἰγυπτίως. [vide ibi *Holsten.*] In *Plutarchi Solon.* p. 91. olim Γεδόντες, quod ob vicinam Α. et Δ. idem. *Euripidis* in extrema lone verba, et *Pollucis* VIII. 109., in controversiam venerunt. *Guil. Canterus* utraque ad *Nostri* praescriptum conformat, Nov. Lect. V. 19., contra venit prohibetque *Is. Casaubonus* ad *Strab.* VIII. p. 588. [ad pag. 583. suae editionis,] Τελέοντας defendens, qua quoque sunt opinione docti *Pollucis* interpretes; neque plausibili instituti ratione deficiuntur illi. Quod si enim quatuor hae populi Attici partes, non ab *Ionis* filiis, ut *Euripides* et *Herodotus* censuerunt, sed a vitae genere, quod uni cuique parti fuit assignatum, cognomina inpetrarunt ex *Strabonis* et *Plutarchi* doctrina, commodissime Τελέοντες explicabuntur γεωργοί, rustici, ab opere et collationibus in rem publicam. Verum omnes has opinionationes *Marmor* dissipat *Cyzicenum*, luci ab ill. comite *Caylus* expositum in *Recueil d'Antiquit.* T. II. pag. 207., ubi clarissime iisdem titulis et serie fere eadem ΤΕΛΕΟΝΤΕΣ, ΑΡΓΑΔΕΙΣ, ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ, ΟΠΑΝΤΕΣ, tribus *Cyzicenae* quatuor; haud dubie ex metropoli Mileto derivatae, atque ad hanc ab Atheniensibus, Milesiae coloniae auctoribus, sicuti praeclare generosus *Comes* conmonstravit. Est quidem Τελέων virile inter Atticos nomen apud *Apollon.* Rhod. I. 96., quod, ut hic valeat,

necesse non est. Αἰγίκορις et Ἀργαῆς in marium propriis nominibus, quantum recorder, non sunt, neque Γελῶν. Aptissime, sicuti Ὀπλῆτις, milites, vitae studia in capris alendis et agris colendis illustrant; unde Γελόντες, principe loco Athenis et Cyzici habiti, haud alii ac εὐπατρίδαι sive λαμπροί, illustres, splendidique. Γελῶν, teste Hesychio, idem ac λάμπειν, ἀνθίσιν, aut αἰθύν. Γελῶν, cuius in risu sedes, olim in splendendo ac renidendo, uti Eustath. ad Hom. pag. 159, 26. [Iliad. p. 120, 31.] significat, terebatur usu. Hinc Γέλων, Syracusanus rex, hinc Γελόντες Attici non absurde propagantur: cuius ego originationis auctorem et suasorem laetus Ti. Hemsterhusium produco. [Conf. Lennepii, ex Hemsterhusii schola progressi, Etymolog. Ling. Graec. P. I. p. 210.] De decem φυλαῖς, earumque titulis et iusto ordine docte post Meursium nuper Ed. Corsin. Fast. Attic. T. I. p. 119. WESS.

[14. καὶ σύμμαχον ξεῖνον ἰόντα) Post σύμμαχον leviter incidi debuerat oratio; et latinam versionem in eam sententiam, quam Valla iam expresserat, reformatam velim: hunc vero, etsi peregrinum, tamen ut vicinum et socium, adiecit. S.]

CAP. LXVII. 3. Κλεισθένης τὸν Σικυῶνος τύραννον) Aequalem hic habuit Solonem, eius belli dux, quo Amphictyones uli Cirrhaeos sunt, in Apollinem Pythium ingratos et contumeliosos apud Pausan. lib. X. 37. et II. 8., ubi pater illius Aristonymus, avus Pyrrho, cuncti fortasse ex Orthagorae familia, quae centum annis Sicyonem tyrannide pressit, Aristotele Polit. lib. V. 12. teste. WESS.

5. τῶν Ὀμηρίων ἐπέων εἴνεκα) Significatum voluit, quod scribit Chamaeleon apud Athen. XIV. p. 620., μελωδῆσθαι αὐτὸν τὰ Ὀμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσίοδου, καὶ Ἀρχιλόχου, aliorumque poemata. Rhapsodos autem Homeristas primus Athenis Demetrius Phalereus ibidem dicitur εἰς τὰ θιάτρου παραγογεῖν: ex Athenaeo sua hausit Eustath. in Iliad. Ω'. pag. 1497. Sed dudum tamen ante Rhapsodos istos, odiosum hominum genus, etiam Athenis doctis fuisse molestos aestimari potest ex Ione praesertim Platonis I. p. 530-542. et Socraticis Xenophontis p. 462. et 513. [Vide Memorab. IV. 2, 10. ibique Ernest. et Zeun.] De Homero, Hesiodo, ceterisque poetis, in Lyceo verba facientes Sophistae

dicuntur *Isocrati Panathen.* pag. 256., οὐδὲν μὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες, τὰ δ' ἐκείνων βαλφιδούντες: idem in antiquitatis studiosos iactant οἱ εὐρετικοί. VALCK. — Etiam hunc Scriptoris nostri locum minus recte a me administratum esse intelligo. Primum in Graecis post ἀγωνίζεσθαι debebat comma interseri: quod quum vulgo abesset, imprudens ego verba τῶν Ὀμηρίων ἐπὶ τῶν εἰνεα, quae ad ἔπαυσε βαλφιδούς pertinent, ad ἀγωνίζεσθαι retuli. Nunc latina sic rescripta velim: *Rhapsodos Sicyone veluit carminibus decertare, (sive carmina publice canere,) propter Homericos versus, etc. S.*

6. τὰ πολλὰ πάντων ὑμνιάται) Ex *Herodoto* vicina enarrans *Eustathius*, habet διότι Ἀργεῖοι καὶ Ἀργος τὰ πολλὰ ἐν αὐτοῖς ὑμνοῦνται, ad *Iliad.* β'. pag. 218, 35. Posuit ἐν αὐτοῖς, quod sensum commodum dabat; sed lectum πάντων forte minus intellexit. Voculam in talibus *Herodoto* paene peculiarem, quam ellipsium venatores omitti non potuisse fatebuntur, restituendam hic censeo, ut legatur τὰ πολλὰ διὰ πάντων ὑμνιάται, prae omnibus. Lib. VI. c. 63. ἀνδρὶ εὐδοκίμοιτι διὰ πάντων δὴ τῶν βασιλῆων. VII. 83. κόσμον πλείστον παρίχοντο διὰ πάντων Πέρσαι. VIII. 69. Ἀρtemisiae τιτιμημένη διὰ πάντων τῶν συμμάχων: conf. lib. I. c. 25. et VIII. 142. Talia praetermitti non debuerant *Porto*. Recte tuetur illud *Reisk.* in *Dionis Chrys.* *Corinth.* p. 458. ult. VALCK. — Immo unice verum erat τὰ πολλὰ πάντα, quod praecedentibus probatis codicibus, quibus et noster *F.* accedit, merito *Schaeferus* recepit. Vide ad lib. I. 203, 7. notata. Ob eandem, quae hic significatur, causam divinis honoribus *Homerum* prosecuti sunt *Argivi*; quia universam quidem carminibus suis illustravit Graeciam, ἔξοχα δ' Ἀργείους, ut est in *Epigr.* cdxvii. T. III. *Analect.* *Brunck.* p. 256. S.

12. ἐκείνον δὲ λυστήρα) *Dio Chrys.* *Pythiae* istud responsum alludens *Or.* III. de *Regn.* p. 43. b. πολὺ δὲ μάλλον τύραννον καὶ ληστήρα, ὃ ποτε προσεῖπεν ὁ Ἀπόλλων τὸν Σικυώνιον τύραννον: unde *Casaubon.* ληστήρα praedonem hoc reponit loco; quem quidem sequi, etsi cupidus adest, haud possum. *Λυστήρ* *Suidae* in voce, ὁ καταλευστέηναι ἄξιος, dignus qui lapidibus obruatur; qualis profecto *Sicyonius* iste *Clisthenes*: paullo diversior, neque alienus tamen, *Aeschyli* *Λυστήρ* μέγας, [lapidationis supplicium,] vii. c. *Theb.* vs. 205. At quidni *Λυστήρ*, tyrannus, Φονεύς, cives lapidibus quasi cooperiens,

uti in *Hesychio*? [ubi videndus *Alberti*.] Tale certe *Aelian*i apud *Suid.* ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἰτίον καὶ λευστήρα ἀφανίσωσι. Alibi crudelissimum *Apollodorum*, τὸν *Κασσανδρείων* λευστήρα dabit idem *Aelian.* Hist. An. V. 15. WES S. — Et ipsa nominis forma activum postulare significatum videtur. S.

Ibid. ἐκείνον δὲ λευστήρα) Primum ponam quae huc pertinent, notata *Casaubono*, *Diatrib*e in *Dionis. Chrys.* p. 43. „Cum ita scribit, οὐκ ἂν εἴποιμι τὸν τοιοῦτον ἄρχοντα ἢ „αὐτοκράτορα ἢ βασιλέα· πολὺ δὲ μᾶλλον τύραννον καὶ ληστήρα, „ὅ ποτε προστίπιν ὁ Ἀπόλλων τὸν Σικυώνιον τύραννον: respicit oraculum a *Pythia* olim *Clistheni* redditum, *Sicyoniorum* tyrannus. *Herodotus* *Terpsichore*: - - - ἐκείνον δὲ ληστήρα. Editiones *Herodoti* praeferunt λευστήρα, mendose.“ Sicut *Reiskio*, mihi quoque *Casauboni* placuit olim coniectura: apta *Regem* inter et *Latronem* videbatur oppositio: de se et *An nibale Alexander* apud *Lucian.* [Dial. Mort. XII. 5.] T. I. p. 386. οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεὺς, οἷος δὲ εὗρος ληστής ἐγένετο: ubi τοῦ - - - ληστῆ τῶν Ἑλλήνων e *Demosth.* (p. m. 81, 50.) mentionem fecit ὁ πᾶν. Nunc in *Herodoto* ληστήρα quidem legisse videtur *Dion*; sed alterum invenisse suspicor in suo Codice *Aelianum*, qui de Nat. An. V. 15. crudelissimum *Cassandrensi*um tyrannum *Apollodorum* vocat τὸν *Κασσανδρείων* λευστήρα: et, ne hic quoque de vocis dubitemus sinceritate, faciunt ista *Suidae*: λευστήρ, ὁ καταλευσθῆναι ἄξιος, τούτῳστι λιθοβολῆσθαι. καὶ Αἰλιανός, ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἰτίον καὶ λευστήρα ἀφανίσωσι. Digni qui in *barathrum* conicerentur, βαράθροι dicti sunt *Atticis*, vocem inprimis ὀλεθρὸς frequentantibus in istius modi sensum, aliasque nonnullas. Rarissima sunt πιδῶν, pro πιδῶν ἄξιος, et Τύμβε, pro ταφῆναι ἄξι, quorum hoc in *Aristoph.* est *Lys.* vs. 572., illud habet *Eustath.* in *Iliad.* Θ'. p. 616, 43. [p. 725. ed. Rom.] qui in *Od.* K'. p. 391. 35. [p. 1654. ed. Rom.] *Dorienses* scribit τοὺς ἐπονιδίστους vocasse Φόνους, quasi dicerent ἄξια Φόνου δεδρακότας. Tandem λευστήρ proprie idem est ac λιθοβόλος: at qui hoc ipsum, sive λαβόλος, in eundem alicubi sensum fuit a *Grammaticis* inventum; nam ista prostant apud *Hesych.* Ληβόλε, λιθεβόλε, ἄξιε λιθασθῆναι. Haec, ni fallor, etiam adversus *Casaubonum* tueri poterunt vulgatam in *Herodoto* lectionem; quam solus forsitan interpretum *Anglus*, plerumque tamen *Latina Vallae* sequutus, optime hic

expressit, minus recte notatus Auctori *des Essais de Critique* p. 165. VALCK.

16. Μελάνιππον τὸν Ἀστᾶκου) Quid moverit amanuenses ad τὸν Ὀστᾶκου pingendum, non reminiscor, neque exputo: aliis omnibus Melanippi pater *Astacus*. *Astacides Melanippus*, sive, ex legitima Barthii coniectura, *Melanippus*, apud Statium Theb. VIII. 718. et Ovid. in Ibi vs. 517., ubi Salvagn. et Burmannus; adde Valckenar. ad Tragicum Phoeniss. p. 784 seq. WESS. — In adpellativo nomine, pro Ὀστᾶκος, quod *cancer* quoddam genus est, vulgo Atticos vocali α cum ο permutatὰ ὀστᾶκος; dixisse docet Athenaeus III. 106. b. Idem in proprio nomine fecit is qui primus Ὀστᾶκου h. l. pro Ἀστᾶκου scripsit. S.

22 seq. Μηνερτιά --- Τυδῆα) Herodotum more suo sequitur Pausan. IX. p. 745. Mecistem qui scripserunt, nihil erat adeo cur viro docto notarentur; non certe reprehenderet Ἀχιλλῆα, Ὀδυσσεῖα, Περσέα, latine scribentes *Achillem*, *Ulysses*, *Perses*. Forma nominum fuit Aeolica, Πηλεὺς, Ὀδυσσεύς, Ἀχιλλεύς: observante Ios. Scaligero ad Propert. p. 289. Duplici forma dicebatur Μενεστῆς; et Μενεστέυς; Ἀντιφάνης; et Ἀντιφάνεύς. VALCK.

30. τραγικαὶ χοροὶσι) Vero bene si concinat, Sicyonios tragoediam invenisse primos, Athenienses consummasse: (Themistius Or. XXVII. p. 357. n. Τραγῳδίας εὐρεται μὲν Σικωνῶνσι, τελειοῦργον δὲ Ἀθηναῖσι ποιηταῖς:) certa, inquam, ea si sint, choris tragicis ante Thespim Adrastus Sicyone honorari potuit. Ceteroqui Thespis, tragoediam Athenis docens Olymp. lxi. una generatione Clisthene tyranno iunior est. Dici posset, ante eam Olympiadem, qua *Alceste* fabulam produxit, alias recitasse, ex Plutarcho et Diogene Laërtio: difficile tamen ad credendum, tragicos choros, quorum in Adraști cultu vetus ante tyrannum usus, ex iuvenis poetæ rudi invento Sicyonem migrasse tam cito. Immo vero, si fallit Themistii fides, extra prolepsin quandam salvi non manebunt hi chori; quorsum inclinat R. Bentlei in Dissert. Phalar. Ep. p. 293. erudita explicatio. WESS.

CAP. LXVIII. 5. αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπὶ τῷ) Quod αὐτὰ τὰ τελευταῖα intelligere se negat Reisk. atque idcirco miris modis sollicitat, retractatum intellexisset, ipsam nomenclationem significari in -δρασι: ex vocibus enim

ὅς τε καὶ ὄνου (καὶ χοίρου) prodierunt ἴαται, Ὀνεάται et Χοιρεάται. VALCK. — Nimia docti viri hariolatio, μετατιθεὶς αὐτοῖς ὀνόματα τὰ γελοιώτατα ἐπίθηκε. Sincera est et durabit oratio, modo αὐτά, i. e. μόνα, τὰ τελευταῖα ἐπίθηκε, solas et non nisi terminationes addidit, explanetur, ut fine vocabulorum, ne audirent ὄνες, ὄνοι, χοῖροι, differrent. Sic mecum sentiens Abreschius. WESS. — Potuerat lin. 4. καὶ χοίρου adiciere Scriptor, si libuisset; nec vero adiecto hoc vocabulo utique erat opus: quare quum ignorent illud libri omnes, non obtrudi debuit Scriptori ab Editore. S.

11 seqq. μετίπιστα μίντοι etc.) Quae de mutatis post Clisthenis excessum contumeliosis titulis, et revocatis Doriensium tribuum nominibus, lucem ex Steph. Byz. in Δυμῶν et notatis Hemsterhusii ad Comici Plut. vs. 385. mutuuntur. WESS.

12 seqq. εἰς τοὺς Ἰλλείης καὶ Παμφ. etc.) Nomina Sicyonii, quibus innotuerant ante Clisthenem, vetera revocarunt, Doriensium tribubus imposita. Apud Steph. Byz. voc. Δυμῶν memorantur Ἰλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμῶνες: de quibus egerunt Ti. Hemsterh. ad Schol. in Arist. Plut. p. 114. et Henr. Vales. Emend. I. c. 52. Ad ista tria quartum nomen adiecerunt, secundum Herodotum, ab Adrasti filio ductum, Αἰγυαλίας. Sed, ipsam Sicyona dictam olim Αἰγυαλὸν vel Αἰγυαλὸς, testis est Strabo VIII. p. 587. A. [p. 382. D. ed. Cas.] et Pausanias II. [c. 6.] p. 125. Ἀπὸ τούτου --- ἡ γῆ Σικωνία, καὶ Σικων ἀπὲρ Αἰγυαλίας ἡ πόλις ἀπομαίνθη. Altera pars Peloponnesi maritima, ὅσα πρὸς θαλάσσην τῆς Ἀργείας, Pausan. II. p. 145., Ἀκτὴ dicebatur: vid. Wess. ad Diodori T. I. p. 507. T. II. p. 226.; incolae, εἰ τὴν Ἀργολίδα ἀκτὴν οἰκοῦντες. In parte septemtrionali ad maris litus (αἰγυαλὸν) habitantes Achaci praesertim, ut erant, dicebantur Αἰγυαλίας, sive Αἰγυαλῆς. Nonnulla dedit ill. Ez. Spanh. ad Callim. hymn. in Del. vs. 73. Accommodum heroico versui nomen apud Poetas latius patuit: Theocrit. Eid. XXV. vs. 174. Ἐλπιμαὶ οὐχ ἴτιρον τόδ' ἐλπίσαντι Αἰγυαλῆων. Ista prostant in Etymolog. M. p. 189, 5. Βασιλεύοντες --- Ἀντίμαχος ἐν πρώτῃ Θυβαΐδας --- εἰ εἰ ἴσαν βασιλεύοντες αἰγυαλῶν: ubi postremum nomen, omissum in Cod. Leid. msto, frustra tentabat Sylburg. Corrigi debet Αἰγυαλῶν. VALCK.

CAP. LXXIX. 6 seqq. πρῶτον ἀπωσμένον, τότε πάντα

etc.) Varie haec sollicitantur: mihi iuncturam sententiamque absolvunt schedae. Alioqui ordine vocum immutato ἀπωσμίον πάντων, τότε etc. arripi potuerat; ut omnibus liberae civilis iuribus depulsus innueretur populus. [Probabilem hanc emendationem in contextum recepissee Schaeferum in Var. Lect. monui.] Maior difficultas in δέκα δὲ καὶ τοὺς δῆμους κατένευε ἐς τὰς Φυλάς: [lin. 10 seq.], atque etiam decem demos distribuit in tribus, ut Valla. Ergone decem duntaxat Athenis δῆμοι? et, si plures, quid factum illis? Longe autem eos denarium excessisse numerum, indices τῶν δῆμων a Meursio collecti, et Sponii Corsinique diligentia egregie aucti, manifestant. Proinde δέκα decem non sibi τοὺς δῆμους populos, sed Φυλάς nectit. Clisthenes Athenienses δεκαφύλους fecit, et in decem has tribus omnes Atticos populos divisit. Vidit loci hanc sententiam Ed. Corsinus, Fastror. Att. T. III. p. 123. WESS. — Nempe naturalis verborum ordo talis concipiendus: καὶ κατένευε τοὺς δῆμους ἐς τὰς δέκα Φυλάς. Studiosum Herodoti lectorem talia non admodum debent morari: quo magis miratus sum, etiam doctissimum Valckenarium in his haesisse; cuius vide Adnotationem proxime sequentem. S.

11. ἢν τε, τὸν δῆμον προσθίμενος) Quae Galeo sincera videbatur, non absurda certe lectio codicis Arch. ἢν τε, τῷ δῆμῳ προσθίμενος, πολλῷ κατέπερεθε τῶν ἀντιτασσωμένων, converti poterat: eratque, cum populi se partibus adiunxisset, multo superior contrariae factionis fautoribus. Hoc sensu frequentatur προσθίσθαι τινί: ego tamen et hic vulgatam praefero. Dum favebat optimatibus inprimis Isagoras, adversarius in administranda republica Clisthenes restituit plebis auctoritatem: quam, in imperio populari constitutam a Solone, Pisistratus filiique labefactaverant. Supra c. 66. Clisthenes τὸν δῆμον προστεταίρεται: in eandem sententiam scribi potuit τὸν δῆμον προστίθεται, vel προσάγεται, vel προσποιῆται: atque adeo hoc loco dici, τὸν δῆμον προσθίμενος, cum plebem suam fecisset, adversariis multo fuisse superior. Hoc idcirco genuinum iudico quia Herodoteum est; προσθίσθαι autem τινί apud Nostrum tantum dicuntur, qui alterius adstipulantur sententiae. Amicos sibi conciliare vel adiungere φίλους προστίθεται dicitur I. 53. idem est cap. 56. προσκτεῖσθαι φίλους: ista duo permutantur etiam lib. III. c. 74.

In *Thucyd.* VI. 18. *προσθέμεθα αὐτοῦς* recte Schol. explicat. In iis, quae proxima praecedunt, insunt non sane pervulgata, quale hoc videtur: [lin. 10.] δέκα δὲ καὶ τοὺς δῆμους κατῖναι εἰς τὰς φυλάς: an in singulas tribus decem demos contribuit? sed, qui ex decem huius temporis tribubus esse censerentur, demi nostris in libris memorantur circiter cxx. Conferenda certe sunt quae ex *Aristotelis* *Repub. Athen.* de *Clisthene* tradit Schol. in *Aristoph.* *Nub.* vs. 37. VALCK. — Vide proxime praecedentem Adnot. S.

CAP. LXX. 2. ἐπικαλιέται Κλεομένηα) *Pausaniae* III. [c. 4.] p. 212. *Cleomenes στρατεύσας ἐπ' Ἀθῆνας* primā quidem expeditione. *Herodoto* supra narratā, laudem sibi dicitur civibusque suis peperisse; ὕστερον δὲ Ἀθηναίων χάριτι ἀνδρὸς Ἰσαγόρου, τυραννίδα οἱ συγκατεργασάμενος Ἀθηνῶν: ubi praestiterit συγκατεργασάμενος. Haec vero tertia, secundum *Herodotum*, *Cleomenis* fuit expeditio. [conf. ad c. 74, 6. et 76, 1. not.] Quod vero mox ait, τὸν δὲ Κλεομένηα εἶχε αἰρῖν φορεῖν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρου τὴν γυναῖκα: hoc *Plutarchus* intactum non dimisit T. II. p. 860. n. Quod primum fecisse dicitur misso nuncio *Cleomenes*, ἐξέβηκε Κλεισθέnea, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, id respicit *Thucyd.* [I. 126.] p. 82, 96. hinc explicandus. VALCK. — Quam tertiam *Cleomenis* expeditionem adversus Athenas susceptam *Valckenarius* dicit, eam *Herodotus* cap. 74. et seq. exponit: sed, ut tertia illa, sic iam et secunda, de qua c. 72. agitur, in *Aristagorae* gratiam suscepta est. S.

7. ἐξίβαλε) *Expellendi conatum* et voluntatem indicat, ut saepe numero. Vide I. 68. III. 53. [Praecone misso *Clisthenem* multosque cum eo alios urbe excedere iussit: sed tunc quidem unus *Clisthenes* paruit mandato, reliqui in urbe manserunt. cf. c. 72, 1-5.] Τοὺς ἐναγέας [lin. 8.] et *Κυλῶνιον ἄγος*, cuius *Alcmaeonidae* accusabantur, post *Herodotum* explicuit *Thucydides* lib. I. 126. accuratissime, ibique Cl. *Dukerus*. WESS.

CAP. LXXI. 2. ἢν Κύλων etc.) Quae huc spectant aliunde pleraque sunt notissima. Perpaucis *Herodoto* narrata *Thucydides* explicatius exsequitur, eleganter etiam et perspicue; sic ut hac in parte historici Principes a suo quisque more secessisse videantur: est enim passim noster ille dulcis et fusus, densus et brevis *Thucydides*; illius σύνθι-

σις ἡδεῖα καὶ καλὴ, huius αὐστηρά. *Thucydides*, iudice *Hermogene* p. 511. εἶπον καὶ γλυκύτητα ἔχει, μάλιστα μὲν ὥσπερ ἀλλότριόν τι τῆς ιδίας αὐτοῦ ἐφαίνεται τὸ μέρος ἐκείνο. *Sophista Theon* in *Progymn.* p. 22. τὸ Κυλώνειον, inquit, ἄγος μᾶλλον τοῦ Ἡροδότου (καὶ Εὐφρόνης) ἐξείργασται *Θουκυδίδῃ*. Si vulgaretur κατ' Εὐφρόνιον, ignotus nos non cruciaret historicus, cuius nomini substituendum adverbium suspicor, quod sensui conveniat. Sed hoc certe non dubitanter statuo, errasse Virum egregium; [*Dukerum* in *Annot. ad Schol. Thucyd.*] dum ipsi *Leo* in *Scholiis ad Thucyd.* esse videbatur *Leo Alabandensis vel alius*. Ad *Thucydideam* nempe de *Cylone* narrationem lib. I. c. 126. tres diversorum adnotatiunculas *Scholia* praebent in vs. 56. quarum postrema nugatoris est *Graeculi*, minime digna quae viros excerneret eruditissimos; secunda, ut est captus *Grammaticorum*, ista non inelegans: Ὅτι τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τὴν σαφέειαν τινὲς θαυμάσαντες εἶπον, ὅτι Λέων ἐγέλασεν ἐνθαῦτα, λέγοντες περὶ *Θουκυδίδου*. Postrema virum clar. in his minus attentum revocasse debuerant ab errore: horridum *Thucydides* ob torvam veluti structurae faciem magistris istis *Leo* dicebatur, qui, dum in his facilis videretur et iucundus ὁ Λέων, aiebant, ἐγέλασεν ἐνθαῦτα. Iudex idoneus *Dionysius Halic.* in *Epist. ad Pomp.* p. 210, 3. Καλοὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφοτέραι - - - διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἰσαρὸν ἐστὶ, φοβερόν δὲ τὸ *Θουκυδίδου*. VALCK.

7. τῶν Ναυκράρων) *Laurentii Naucratorum* mendosum et forte operarum peccatum est: sunt enim hoc de genere quam plurima in versionis editione principe. *Nobilias Palmerii Ναυκραίων* spernunt *Aristoteles*, *Harpocratio*, et *Suidas*. Quinam Athenis olim Ναύκραροι fuerint, praecalare *P. Leopardus Emend.* lib. VII. c. 19. et post deinde *Mausseus* in *Harpocrat.* *Ναυκραρία* commonstrarunt. Cur autem ἦντοι placuerit, adscripta lib. I. 59. docebunt. WESS.

Ibid. οἱ προτάεις τῶν Ναυκράρων) Ut *Magistratus antiquitus Ναυκράριος* diotēs doceat, citat hunc locum *Harpocration.* Apud *Thucyd.* [I. 126.] p. 81, 88. dicuntur *Cylonem* et sodales ἀναστῆσαι οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν Φυλακὴν: custodiendos autem commiserant τοῖς ἐνὶ Ἀρχαῖσι τότε δὲ, addit, τὰ πολλὰ τῶν πολιτικῶν οἱ ἐνὶ Ἀρχαῖσι ἐπάρμενοι. Haec

non satis perspicio quo modo cum Grammaticorum possint observatis conciliari *περὶ Ναυκράων*, quae prae ceteris diligenter collegit *Leopard*. Em. VII. 19. nisi statuatur, in his etiam ab *Herodoto* diversum auctorem sequutum *Thucydidem*. *Pausaniae* VII. [c. 25.] p. 588. οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχὰς διέθεσαν τῆς Ἀθηνᾶς ἱεῖρας τῶν Κύλωνι ὁμοῦ τὴν ἀκρόπολιν κατεilahόσαν. VALCK.

7 seq. ὑπεγγύους πλὴν θανάτου) Non male *Valla*; quem *Portus* haud circumspecte deseruit, vertendo, qui *Athenas*, suae potestati subiectas, incolebant, excepta capitis poena. Namque ὑπεγγύους non ad Ἀθήνας referendum, sed τούτους ἀνιστάσει, pingendaque ὑποστιγμὴ post Ἀθήνας. *Cylonei* dira fame pressi ex arce accepta fide incolumitatis descenderunt, ita tamen ut iudicio se sisterent, sive ἐπὶ δίκῃ, quemadmodum *Plutarchus* in *Solone*. Pactum illud de incolumitate, πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγουν alia in re *Dio Cassius*, memorat clarissime *Thucydides* lib. I. 126. ἀναστήσαντες δὲ αὐτοὺς - ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσι: quum induxissent eos, ut descenderent, hac conditione, nullo se eos malo adfecturos: atque haec supplicium privilegia olim. Ἀλλ' ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱεῖρην ἐχέγγουν Ὀδύς μὲ κακφύλασσε, propterea *Oedipus Colon.* in *Sophoclis* fabula vs. 275. Verum haec uberius, *Herodoti* mentem optime assecutus, *Cl. Duker* ad *Thucyd.* dictum locum. WESS.

CAP. LXXII. 17. πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτὸν ἀμείψαι) Priusquam intraret. [potius, priusquam intrasset.] *Aeschylus* *Choëph.* vs. 569. Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βηλὸν ἱερῶν [ἱερῶν] πυλῶν: Si limen transiero. Cultum et *Theophylacti* *Epist.* VII. τὸν ἀδελφιδεῶν ὑπερῶς θύραν ἐν θύρας ἀμείβοντα. Haec tamen convertentur, ubi in aedibus agens facessere et exire iubetur. *Sophocli* *Philoct.* 1256. Ἐξέλθ' ἀμείψας τάσδε πτερύγας. *Euripides* *Elect.* 750. ἀμείψον δώματα, ezi. Ceterum quae superius φήμιν, ea μοχ κληδῶν, [lin. 21.] sive, ut lib. IX. 9. κληδῶν: differunt enim nihil, itaque de admonitu non bene *Valla*. Vid. *Odys.* γ'. 100. WESS.

22. ἔτιπαιτε μετὰ τῶν Λακιδ.) Huc spectat *Aristophan.* *Lysistr.* vs. 273. οὐδὲ *Κλεμένης*, ὃς αὐτὴν (τὴν ἀκρόπολιν) κατίσχε πρῶτος, Ἀπῆλθεν ἀψάλακτος ἀλλ', ὅμως Λακωνικὸν πνίον, Ὡχέτ' ὅπλα παρὰ τοῖς ἱμοῖ. VALCK. — Ἐτίπαιτε *Valla*, a proposito decidit: excidit, Gronov. Possis, pulsus, eiectus est;

certe, *excedere coactus est.* (conf. supra lin. 12.) Sic VIII. 141, 4. ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων. Μοχ κατῆδησαν τὴν ἐπὶ Θανάτῳ, scil. δέσιν: conf. ad I. 109, 2. notata. S.

24. Τιμησίθεον τὸν ἀδελφεόν) Ne quis in posterum *Isagorae*, vel alterius, in Timesitheo *fratrem*, quaerat, spero equidem Τιμησίθεον τὸν Δελφὸν Herodoto restitutum iri ex veraci Palmerii coniectura, a Clar. *Wess.* firmata in Diss. Herod. p. 165. Δελφοὶ et ἀδελφοὶ alibi quoque male inter se permutantur. VALCK. — *Fratrem eius* Laurentius ex coniectura; nam αὐτοῦ, quod nullis in codicibus, legisse, non opinor. Macula τὸν ἀδελφεὸν foedavit turpis, vixque mihi tempero, quin ea detrita τὸν Δελφὸν ex Nob. Palmerii admonitu, siquidem nihil certius, refingam. Rem constituet *Pausanias*, Τιμασίθεον τὸν Δελφὸν, Isagorae amicum, in occupanda arce Attica adiutorem, et capite propterea poenas dantem, clarissime describens lib. VI. 8. Vitii origo in scribarum socordia, ἀδελφὸν et Δελφὸν confundentium, veluti in *Plutarchi* T. II. p. 825. B. et Photii Bibl. p. 481, 30. Veritatem utrobique *Xylander* et *H. Steph.* perspexerunt. quos simili in re duces habeo. WESS.

25. καὶ λήματος) Semper ita veteres de *fiducia animique praesentia*. Λήμμα, *captura* illis, et *lucrum*; quod *scriptionis* affinitate saepe prius incrustavit. Testantur editi et scripti libri passim. Herodotei mssti omnibus locis perbene. *Gronovius* tamen, quoniam Florentiae auspiciū negabatur, novare ausus non fuit lib. VII. 99. errorem agnoscens, quae et *Porti* doctrina. Confer ad *Diodor.* II. 58. et in primis *Graevium* in *Luciani* Soloecist. c. 5. *Valckenar.* ad *Ammon.* lib. II. c. 15. et *Pierson.* in *Moerid.* p. 246. WESS.

CAP. LXXIII. [5. γὰρ σφὶ Λακεδαιμονίους -- ἐκπιπολεμῶσθαι) De praepositione πρὸς, ante Λακιδ. perperam vulgo intersertā, a nobisque abiectā, vide quae in *Var. Lect.* monuimus. Quisquis et Herodoti et aliorum *Scripforū* loca consideraverit, quae vel ibi a nobis, vel a *Wesselingio* ad III. 66, 11. vel a *Valck.* ad *Ammon.* lib. I. c. 18. vel ab aliis viris doctis ad *Moeridem* p. 305. et ad *Thomam Mag.* p. 703. citata sunt, non dubitaverit, puto, temere vulgo invectam illam voculam fuisse. S.]

10. ἀπεκορύφου) *Suidas* προφανῶς ἔλεγεν explicat *Hesychius* εἰς κορυφὴν (τὸ τέλος) ἦγεν: ubi Cl. viri *Küsterus* et *Al-*

berti. Verius erit, *summatim dixit*. Κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμός, unam qui in summam cogitur, in Epigr. *Alcaei*, Anthol. lib. III. p. 331. [Analect. Brunck. T. I. p. 492. num. xxi.] συγκορυφῶσαι τὴν διήγησιν, *summatim absolvere*, *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 140. At in *Polybio* notione diversa de *Arare* et *Rhodano*, insulam suo concursu fastigantibus, ἀποκορυφούσι αὐτῆς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν, lib. III. 49. Habet nonnulla ad *Theophrasti Charact.* c. 2. *Duportius*, non mala, sed ex *Aem. Porti Lexico*. WESS.

CAP. LXXIV. 6. εἰσβαλεῖς εἰς τὴν Ἐλευσίνα) Hoc fecisse secundum alios credebatur *Cleomenes*, dum ex *Athenarum* arce, quam ceperat, eiectus, et dimissus ὑπόσπονδος, in *Peloponnesum* rediret: vid. *Pausan.* III. p. 212. In Scholio veteri in *Aristoph. Lys.* vs. 273. qui τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε, *Cleomenes*, πολικερηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀφιδεῖς ὑπόσπονδος, ἀπὼν οἰκάδε πάλιν Ἐλευσίνα κατέσχε: tum facinoris istius cum *Cleomene* socii cives *Attici* dicuntur a libertatis statoribus poenis subiecti, quibus patriae solebant affici proditores; aeneam columnam cui illorum inessent nomina, ἔστησαν ἐν πέλει παρὰ τὸν ἀρχαῖον νῶν: ubi per πόλιν *arx* est intelligenda: sic *Thucydidi* lib. VI. p. 412, 33. memoratur ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα: alibi apud eundem legitur στήλας στήσαι --- ἐν πόλει παρ' Ἀθηνᾶ. vid. *Celeb. Hemsterh.* in *Aristoph. Plut.* p. 261. VALCK. — Nullam equidem alios inter auctores et *Herodotum* ea in re, de qua hic agitur, video dissensionem. Superiorem *Cleomenis* adversus *Athenas* expeditionem, qua mox arce occupata eiectus domum rediit, l. c. prorsus silentio praeteriit *Pausanias*. (conf. ad c. 70, 2. et ad 76, 1. notata:) Scholiastes vero *Thucydidis*, non (ut *Valck.* ait) dum --- in *Peloponnesum* rediret; sed, postquam in *Peloponnesum* rediisset *Cleomenes*, denuo *Atticam* invasisse eum tradit, cum *Herodoto* planissime consentiens. S.

8. Ῥοιᾶς) *Harpocrati*, *Steph. Byz.*, *Suidae* Ῥοῖαι πόλις Βοιωτίας: [apud *Steph.* quidem etiam Ῥοῖα, sing. numero:] a quibus non abit *Pausanias*, Ῥοίων καὶ Ἐλευθερῶν, urbium olim *Boeotorum*, ἐρείπια ad *Cithaeronem* describens IX. 2. Qui quidem quin has *Hysias* in animo habuerit, dubium nullum: nam *Herodoti* *Hysiae* non longe ab *Eleutheris*

iuxta Cithaeronea lib. VI. 108. et IX. 15. et 25. etiam in *Plutarchi* Aristide, ut alias ostendetur. An *Hysiae*, Bocotorum finibus proximae, conditionem mutarunt, et lapsu temporis Atticae esse desierunt? Ita videtur: *Herodoti* aetate in Atticis populis censebantur. Vide quoque *Wasseum* ad *Thucyd.* lib. III. c. 24. WESS.

Ibid. Οἰόνει ἀπὸ τοῦ καὶ Ῥοιδῆς) Ῥοιδῆς qui demum dixerit Attices, neminem habuit *Meursius*, praeter *Herodotum*: ego ne *Herodotum* quidem dixisse suspicor. Oenoë pagus Attices, qui hic venit in censum, Eleutheris erat, adeoque Bocotiae, conterminus, δῆμος ἑσχατὸς τῆς Ἀττικῆς. Huius pagi situm definiverunt viri summi T. Hemst. ad *Lucian.* p. 438. et P. Wess. ad *Diodor.* I. p. 305. Inter Oenoën et Hysias, praeter Eleutheras, mons Cithaeron interiacebat. Plataeis Thebas abeuntibus ad dextram erant Hysiae et Erythrae, quas omnes Bocotiae contribuunt, etiam aetate *Herodoto* proximi: ipse quin etiam *Herod.* VI. 108. et IX. 15., ubi Mardonius παρῆναι τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρίων, (non Ἐρυθραίων, Erythraeis; sed Erythris;) κατῆλθεν δὲ εἰς τὴν Πλαταιίδα γῆν: et cap. 25. ἦσαν διὰ τῆς ὑπορείης τοῦ Κεθαίρωνος περὶ Ῥοιδῆς εἰς τὴν Πλαταιίδα γῆν. Apud *Thucyd.* III. 24. Plataeenses primum viam ingressi, quae recta Thebas ducebat, illinc deinde, divertentes ad dextram, iter Cithaeronea versus flectebant εἰς Ἐρυθραίᾳ καὶ Ῥοιδῆς, tandem monte superato venerunt in Atticam. Ferri nequit quod legitur in eadem historia apud *Polyaen.* VI. c. 19, 3. οἱ Πλαταιεῖς, ἐν τῇς Θηβαϊκῇς ἐκκλίναντες, ἐκκατῆλθον εἰς τὰς Θήβας καί κειθεν Ἀθήναζε διατάσσων: corrigendum puto ἐκκατῆλθον εἰς Ῥοιδῆς. Ad *Thucyd.* plura dedit de Hysiis *Wasseus*, alterum etiam *Herodoti* locum; omisit quem minus forsitan emendate scriptum legerat, *Eurip.* in *Bacch.* vs. 750. ad Asopum collocantis Ῥοιδῆς τ' Ἐρυθραίᾳ δ', αἱ Κεθαίρωνος λέπας Νίφθην κατὰ πῆκασιν. Ex *Harpocr.* constat Bocotiae Ῥοιδῶν *Euripidem* etiam mentionem fecisse in *Antiope*, quae geminos, ut notum, in monte Cithaerone pepererat. Haec si benigno vultu fuerit ab hominibus eruditis excepta dubitatio, coniecturam periclitabor super Attices pago, qui hic commemorari potuerit. VALCK. — Suam super eo pago coniecturam, quam hic silentio pressit *Vir* doctus, an alibi aperuerit, compertum non habeo. *Larcherus* in *Adnot.* ad h. l. Φυλῆν

se pro 'Τριας maluisse professus est: at ea quidem nimis violenta novatio foret. S.

CAP. LXXV. 2 seqq. Κορίνθιοι μὲν πρῶτοι --- μετεβέλλοντο) Ob unius ego Codicis dissensum non sollicitassem olim vulgatum μετεβέλλον τε καὶ ἀπαλλάσσοντο: id est μεταβαλόντες (vel μεταβουλευσάμενοι) ἀπαλλάσσοντο: praesertim cum veteribus et Herodoto Μεταβάλλειν, ut Latinis *mutare*, pro *mutari* et μεταβάλλεσθαι, frequenter adhibeatur: vid. Gataker. in M. Antonini V. 13. Hic Herodoto tradita multis enarrans Schol. instus in Aristid. οἱ Κορίνθιοι, inquit, αἵ τε δὲ εὐσεβεῖς ἤρξαντο ἀναβαλέσθαι τὴν συμμαχίαν, φάσκοντες μηδὲν ἀδικῆσθαι ὑπ' Ἀθηναίων. Lector Herodoti diligens de Corinthiis scribit Dio Chrys. in Corinthiaca p. 459. A. quod Casaub. veretur ne sit ἀνιστόρητον, et e librarii menda, non auctoris mente: mihi facili nominis Isagorae transpositione cum historia Dion in concordiam videtur posse redigi, si dicantur Corinthii, τὰς Ἀθήνας ἀπὸ τῶν τυράννων ἐλευθερώσαντες, πρότερον μὲν ἀπὸ Ἰππίου, ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεομένους καὶ Ἰσαγόρου καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς αὐτοὶ πρᾶγμα ποιεῖν ἐπεχείρουν Ἰππίου (Λακεδαιμόνιοι) hic nomen Ἰππίου idem valet ac τυράννου) καὶ τυραννίδα τῆς Ἑλλάδος καθίστασθαι, πρῶτοι μὲν αἰσθόμενοι, μάλιστα δὲ ἀλγῆσαντες, ἡγεμόνες τοῖς ἄλλοις τῆς ἐλευθερίας καταστάντες. Ex his tribus postremum spectat non sane tempora recentiora, quibus a Lysandro captas Athenas cum Thebanis Corinthii delendas esse censebant; sed Herodoto narrata c. 91. et 93. Secundum ad hanc pertinet expeditionem. Primum non commemorat Herod. c. 64. in Corinthios interdum magis, quam decebat historicum, iniurius: Cleomenis tamen in exigendo Hippia Corinthios etiam adiutores fuisse verisimillimum faciunt in sequentibus narrata. VAL. CK.

11. παραλυομένου δὲ τοῦτέων τοῦ ἱέρου) Manifesta haec altero de rege, soluto lege et necessitate expeditionis. Alia omnia Cl. Gronovius, cui equidem calculum non addo. In altero Tyndaridarum, domi relicto, magna obscuritas. Nob. Palmerius Exercit. p. 26. Tyndareos vel Tyndaridas hic [lin. 12.] dici suspicatur, non quod de stirpe Tyndarei nati forent, sed quod Castoris et Pollucis Tyndaridarum, in numerum divorum relatorum, erant sacerdotes et ὑποφῆται; dubitans tamen, neque inmerito: nullus enim hariolationi auctor, color nullus. Haec vide: Tyndaridae semper Casto-

res sunt, lib. IX. 72. quos Spartani auxilium flagitantibus non nunquam, ut suppetias ferrent, dederunt. Locri certe Epizephyrii, cum bellum Crotoniatarum horrerent, ἐπαμψαν, verba sunt Zenobii Cent. II. 17. εἰς Λακιδάιμονα συμμαχίας δίδμενοι. Responsum legatis fuit, non se copias daturōs, τοὺς δὲ Διοσκούρους sive Castores missuros: quibus consona Eustath. in Hom. p. 268, 6. Spartae itaque Castor et Pollux rei militari auspicia dabant. Iam duo cum essent, sicuti totidem reges civitatis, aequum videbatur, ut regum altero domi manente, alter dumtaxat Tyndaridarum in expeditionem assumeretur: accedebat fortasse forma et habitus signi, quo indigetabantur apud Plutarch. περὶ Φιλαδέλ. pr. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιάται ΔΟΚΑΝΑ καλοῦσι: additur, fuisse δύο ξύλα παράλληλα ἀπὸ πλάγους ἐκτετυγμένα, duo ligna aequaliter distantia, duobusque transversius iuncta. Quae quidem in castra si fuerint portata, uno Tyndaridarum cum rege in bellum pergente, dissociungi necesse fuit. Atque haec, ubi probabuntur, obscura dispellent. WESS.

12. τῶν Τυνδαριδῶν τὸν ἕτερον) Palmerium miror, ignorare se prorsus, fatentem, qui fuerint isti Tyndarei; Castores enim Palmerius, sive Therapnaeos Tyndaridas, si quis alius, habebat certe notissimos. Fratres isti, eximia Spartae religione culti, in sermone quoque quotidiano dicti τῷ Σιῶ, quia concordēs regnaverant, a Regibus ad bellum simul exeuntibus, ut arbitror, boni ominis gratia, et velut auxiliatores solenniter evocati, binos Imperatores comitari credebantur: Σωτῆρες (ὄντες,) καὶ γὰρ παραστάται, a nescio quo Tragico dicti apud Aelian. Var. Hist. I. 30. Προτοῦ γὰρ δὴ, inquit Herodotus, καὶ οὗτοι ἀμφοτέρω ἐπὶ ἀνδράσι ἐόντις ἔσποντο. Regum imperatorum concordia Demarati secessionē violatā, hanc tulerunt legem Spartiatae, ut in posterum alter tantum Regum educeret exercitum; alteri autem Regi, qui domi maneret, Tyndaridarum etiam alter veluti custos relinqueretur et tutelar. Alteram legis partem Cragius hinc attigit de Rep. Lac. lib. IV. c. 4. Tyndaridas Cragius et Meursius suo loco reliquerunt. Ut alibi, sic Spartanis etiam Castores dimicantibus adfuisse credebantur salutare: ἀδελφοὺς προκλιπῶντας Archidamus, Frontin. I. c. XI, 9. Polyæn. I. c. 41, 1. ὡς οἱ Διοσκούροι συμμαχούντες

ἦσαν. Apud eundem II. c. 31, 4. Lacedaemonii sibi persuadent, Διοσκούριον ἐπιφάνειαν γεγενῆσθαι: vicina corrigit *Hemsterh.* in illa luculenta de Castoribus adnotatione ad *Lucian.* [Deor. Dial. XXVI. 1.] p. 284. Apud *Herod.* V. 80. auxiliares petentibus Thebanis suos heroas Aeginetae ἐπικουρίην τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν, quorum auxilium imbecillum experti Thebani τοὺς μὲν Αἰακίδας σφί ἀπιδίδουσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἰδίοντο: ad istum locum, *Iustini* quaedam excitat *Clar. Gronov.* ex lib. XXII. c. 2. quae huc vel in primis pertinent. VALCK.

CAP. LXXFI. [1. seqq. Τίταρτον δὲ τοῦτο etc.) Poterat πέντε dici: nam, singula si reputes, quinta haec fuit expeditio. De prima, quae *Codro* regnante accidit, quam uno solum verbo tangit Scriptor noster, videndus praeter alios *Pausanias* lib. I. c. 39. p. 95. Secundam, duce *Anchimolio* parum felici successu susceptam, exposuit Noster cap. 63. Tertiam, quae prima fuit *Cleomenis* in Atticam expeditio, qua ex Attica profugere coacti sunt *Pisistratidae*, exposuit idem cap. 64. et seq. Iam quarta numerari expeditio poterat ea, quae secunda *Cleomenis* fuit; qua arcem Athenarum *Cleomenes* occupavit: (cap. 72.) sed quoniam exiguam admodum manum (c. 72, 3.) tunc secum *Cleomenes* habuit, et paucos post dies excedere Atticā coactus est; illius nunc expeditionis *Herodotus* (quem admodum etiam *Pausanias*, loco in Adnot. ad c. 70, 2. citato) rationem non habet: et quartam *Doriensium* expeditionem in Atticam susceptam, illam numerat quae c. 74. et 75. exposita est. S.]

CAP. LXXVII. 4. τοὺς Βοιωτοὺς) τοὺς βοηθοὺς parum abest quin probem. Vitabitur ita toties iterata Βιωτῶν mentio, auribus minime iucunda. Atticas autem has contra Boeotos et Chalcidenses expeditiones ad *Herodoti* exemplum floride ornavit *Himerius* Eclog. p. 44. ed. *Steph.* Rhetoris locum adscripserat *St. Berglerus.* WESS.

11 seq. ἐπὶ τῶν ἱπποβορίων τῇ χώρῃ) Optime *Plutarch.* in *Camillo* p. 164. F. Χαλκιδίων δὲ τοὺς ἱπποβότας λεγομένους, πλοῦτω καὶ δόξῃ διαφείροντας, ἐξέβαλεν *Pericles*; cui cum congruat *Strabo* X. p. 685. c. [p. 447. v. ed. *Cas.*] et *Aelian.* Var. VI. 1. laudo instauratum eorum ex mssis titulum. Fuerunt iidem haud dubie et ἱπποβάται, sed plus priore *Herodot.* T. VI. P. I. F

indicatur. Scholiast. ad Eurip. Orest. 1001. Ἀτρίως ἱπποβότα, ἵππους τρέφοντες, καὶ ἵππους ἐπιβαίνοντες: qui mihi tali glossa significat, in aliis Tragici exemplis Ἀτρίως ἱπποβάτα fuisse, sicuti Sophocl. Aiac. vs. 620. οἰοβότας, et Philoct. 217. ἀγροβότας variabatur olim. Dices, disputatis haud parum nocere ἱπποβητίων Chalcidensium commemorationem lib. VI. 100. sed aliter habet res, ex Codicibus promulganda: neque ergo male Cl. Abr. Gronov. ad Aelianum. Restat τῶν κληρέων numerus, longe in Aeliano minor. Δισχιλίους ex scriptis viri celeb. Perizonius et Iac. Gronovius Praef. ad T. IV. Thes. Ant. Graec. expulso vetere τεσσαράκοντα, probant et urgent, opinati insuper satis eum amplum videri, Herodolique τετρακισχιλίους (sic Gronovius) partim in Hippobotarum agros, partim aliorum commigrasse: quam recte, non indico. Aeliani, sedulo ut dicam, τεσσαράκοντα, ubi nota numerali pingantur, ex quatuor Nostri millibus pro-gigni facili potuerunt partu. WESS.

12. οἱ δ' ἱπποβόται ἐκαλόντο οἱ παχίς) Equidem non opinor sic ab Herodoto potuisse scribi; sed, articulo omissio, ἱπποβόται δὲ ἐκαλόντο οἱ παχίς τῶν Χαλκιδέων: quod supra iam indicavi in lib. I. c. 180. Forma nominis ista, ἱπποβόται hic erat in Flor. Cod. [quam recepit quidem, sed] cuius tamen bonitatem vir clar. non [diserte in Notis] commendavit; memor, ut puto, alterius loci VI. 100. ubi ad vulgatum, τῶν ἱπποβητίων Χαλκιδέων, nihil ex Med. reperiēbat enotatum. Ad Aelian. Var. Hist. VI. 1. incerti fluctuant, utrum opulentiores inter Chalcidenses ἱπποβόται dicti sint, an ἱπποβάται. Sequor iudicium utriusque Gronovii, suffragantium Casaubono; pauca quidem attulit is ad Strabon. sed quibus mea saltem opinione planissime demonstravit dictos ἱπποβότας. Ne equites quidem commode dici potuisse putem ἱπποβάτας: sed, ut οἰοβότης, αἰγυβότης, sic qui equos aleret, erat ἱπποβότης. Quorum autem census equis alendis sufficeret, atque adeo opulenti, vocabantur apud Chalcidenses ἱπποβόται. Comparari quodammodo possunt οἰκίαι τεθριπποτρόφοι: [Herod. VI. 35, 3. et 125, 26.] Rarius illud Antigoni Carystii de patre Polemonis apud Diogen. Laërt. IV. 17. illum τῶν πρώτων τε εἶναι πολιτῶν καὶ ἀρματατροφῆσαι: nam sic ista scribenda sunt. Qui Athenis olim opibus eminebant γυνόμοι, qui Syracusis et alibi, γαμέροι δι-

cebantur: non sane rusticos ista vox notat aut aratores, sed agrorum possessores; quales hodieum in Frisia nostra rempublicam gerunt. In Thessalia T. Quintius Flamininus potentiorē eam partem civitatum fecit, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat: haec ubi scribit non protrita Livius XXXIV. 51. tacent commentatores. VALCK.

15. ἐς πίδαας δῆσαντες) Herodoteum ἐμπιδήσαντες monstrat non esse deterius ἐν πίδααις δῆσαντες, quod hic habet Arch. Ista πίδαα in arce dedicatas memorat hinc Schol. mstus in Aristid. Panathen.; historiam ex Herod. lib. 5., quem citat, enarrans. Athenienses ibi Boeotos vicisse dicuntur καὶ Καλυδίας τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀνέθησάν τε τοῖς παῖδας (ταῖς πίδαας leg.) ἐν ἀκροπόλει, αἷς τοὺς αἰχμαλώτους ἔδσαν, καὶ χαλκῆς τιβρίππου (leg. χαλκοῦν τιβρίππον) ἀπότισιν τῶν λύτρων. Ista πίδαα ἔτι καὶ ἐς ἡμῖν, inquit Herod. [lin. 18.] ἔσαν περιούσαι, κρεμάμεναι ἐν τυχίων περιπεφλυσμένων. Multa notat ad postremum illud Portus: sincera scriptio videtur περιπεφλοισμένων πυρὶ, a περιφλοῖζειν: περιπεφλογισμένων forte legit Valla. In ista forma loquendi alibi habet σῶν: ἔτι καὶ ἐς ἡμῖν ἢ σῶν, II. 181. IV. 124. VIII. 39. Ut hic, [sic fere] lib. I. c. 66. αἱ πίδααι, ἐν τῇσιν ἰδεδότατο, ἔτι καὶ ἐς ἡμῖν ἔσαν σῶσαι ἐν Τυγίῃ, περὶ τὸν ὑπὸ τῆς Ἀλφείας Ἀθηναίης κρεμάμεναι. VALCK.

15. χρέων δὲ ἔλυσαν) Eliminavi ὕστερον, obsecutus codicibus; neque sane necessaria eius hic praesentia. WESS.

16. διμνίως ἀποτιμησάμενοι) Pollux δίμνως legit, sicuti εἰκοσίμνως de viginti minis apud Lysiam. Vide Kühnium et Langermann. [Conf. Var. Lect. h. l.] Erant autem binae minae sollemne in singulos captivos redemptionis pretium apud Graecorum multos. vide lib. VI. c. 79. Porro [lin. 19.] τυχίων περιπεφλυσμένων malebat Cor. de Pauw, ob Commici, suspicor, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει, Nub. vs. 395. Rectius Portus: φλύω, φλύω, φλύω, quo fonte alia manarunt plura, auxilio advocavit. WESS.

27. δις μὲν ἐν ἀχλυσίν τι) Docta Gronovii cura lucem et auctoritatem Medio. ἀχυνθίντι quaesivit, nato fortasse errantis calami ductu ex vulgato, ut Hesychii ἀχλωθίσσης ex ἀχλωθίσσης. Sequentia [ibid.] dicto Heracliti, "Τβριν χρεὶ σβεγνύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν, apud Diogen. IX. 2. firmantur; et catus aereus ex decimis Chalcidensium et Boeolorum Pausan. I. 28. WESS.

CAP. LXXIX. 3. *ἰς πολύφημον*) *Concionem* sive *σοετην*, recte *Pauw* et *Reiskius*. *Poëta* *Odyss. B'. 150.* 'Ἄλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν πολύφημον ἰκίσθην: ad quae *Hesychius*, πολύφημον, πολύφωνον, ἐπιθετικῶς ἢ ἐκκλησία, [fors. ἔχουν ἐκκλησίαν,] ἐν ᾗ πολλὰ φῆμαι καὶ κληρόνες εἰσίν. *Pythia* more suo ambigue respondet. *WESS.* — *Homereum* illud consulto-ribus non fuit obscurum, oraculum usitato more referentibus ad populum: oraculum οἱ *Διοπρόποι ἀπήγγελλον* ἐς τὸν δῆμον, *Herod. VII. 142.* Hoc alibi *Nostro* dicitur *ἔκτεϊναι* ἐς τὸν δῆμον: *Thucydidi*, ἀντιγαῖν ἐς τὸν δῆμον. *VALCK.*

CAP. LXXX. 3. *τὸ μαντήϊον*) Sic praestat; idem *lib. II. 152.* *Opportune Critici in Pindari Nem. Od. IV. 30.* Θῆβη γὰρ καὶ Αἰγίνα, 'Ἀσωπίδες' καὶ Φασί *Θηβαίοις πολιμοῦσιν* 'Ἀθηναίοις ἐκτεσιῖν λόγιον, τοὺς συγγενεῖς ἰλίσθαι συμμαχοῦς' δι' οὗ τοὺς Αἰγινήτας ἰλίσθαι, hac forte ex narratione. *WESS.*

10. τοὺς Αἰακίδας συμπίμπειν ἔφασαν) *Etsi* haec *priscæ superstitionis* pars in densa sit caligine, συμπίμπειν *Med.* et *Ask.*, docte a celeb. *Viro* expositum, recepto non antepono. *Spartanorum Locrensibus* responsum apud *Zenobium*, de quo superius, [*Adn. ad c. 75, 12.*] τοὺς δὲ *Διοσκου-ρους* αὐτοῖς ἐπιπίμπουσιν, stat contra istos *Codices*: tum, quod continuo subsequitur, τοὺς μὲν Αἰακίδας σφί ἀπιδίδουσαν, eosdem, quo tandem cunque modo, accepisse innuit *Thebanos*. Accedat *Philostrati* illud, *Heroic. lib. XIX. p. 743.* ἐπεὶ δὲ ναῦς ἐς Σαλαμῖνα ἐξ Αἰγίνης ἔπλευσεν, ἄγουσα ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸν τῶν Αἰακιδῶν οἶκον. Advexit itaque ea navis suppetias *Graecis* *Acacidæ*. Atque hoc est, quod *lib. VIII. 64.* perscribitur, missam tum fuisse navem ἐπὶ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας in *Aeginam*, quam reducem dabit *c. 84.* Hoc amplius; *Locri Italiotæ* *Aiacem*, *Oilei F.*, inpetra-runt ab *Opuntiis* apud *Pausaniam* *lib. III. 19.* simili consilio; cui quidem cum in instructa acie χώρην κεινὴν, vacuum locum, *Locri* reliquerint, teste *Conone* *Narrat. XVIII.* utique probabile accidit, arcessitos hos supplicationibus *Heroas* fuisse et in speciem abductos, ut omen praelio et spem praesidii praeberent. *Plutarchus* certe pugna *Salaminiæ* *Acacidæ παρακλημένους* εὐχαῖς πρὸ τῆς μάχης ἐπὶ τὴν βοήθειαν in *Themist. p. 119. E.* perhibet, propositis auctorita-tem concilians. Hinc ἐπικαλίστο Αἰάντα τὸν *Τελαμῶνος*; *lib. VIII. 64.* et ἐπὶ κλητοί *Tyndaridae* *supra c. 75. h. e.* σύμμαχοι, *Hesychio* interprete. *WESS.*

CAP. LXXXI. 6. ἰχούσης ἐς Ἀθηναίους) Hoc fastidire non debui. Talia lib. VI. 2. ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα: et cap. 19. τὸ μὲν νῦν ἐς αὐτοὺς Ἀργείους ἔχον oraculum: denique VIII. 144. τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμίας ἔχουσαν. Sic schedae: prius erat, hoc ut loco, τὴν πρὸς ἡμίας ἰούσαν. WESS.

Ibid. ἰούσης πρὸς Ἀθηναίους) Ex duobus minimum Codicibus enotata lectio, ἔχθρης - ἰχούσης ἐς Ἀθηναίους Herodotea videtur, ἔχειν ἐς saepius in aliis locutionibus frequentantis. Hic illa ἔχθρη c. 82. dicitur προσφειλομένη ἐς Ἀθηναίους: infra VI. 65. ἔχθρη memoratur Leotyichidae ἢ ἐς τὸν Δημάριτον. τὴν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους dixit Thucyd. p. 142, 9. quem scripsisse suspicor p. 103, 94. οὕτως ὀργῆς εἶχον οἱ πλείους ἐς τοὺς Ἀθηναίους: ὀργῆς ibi Reiskio venit etiam in mentem: Sophocleum est, ὡς ὀργῆς ἔχω: dicitur quidem ὀργῇ λήγειν, κελύειν, κολάζειν: sed vereor ut dicatur ὀργῇ ἔχειν Ἀθηναίους. Quod hic vulgatur, absque codicibus certe nemini suspectum esset. VALCK.

11. Ἀθηναίους ἰσινύοντο) Mutationi Florentinae recte diffidit Gronovius; unde ἐξικνύοντο fingere si velis, verbi in Musis usus refragabitur. Forma est insolentior, qualis ferme in ἀσινύοντι Eusebii apud Stob. S. XLIV. p. 310. sed obvia in mastis: οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σινίσθαι lib. IV. 123. Arch., et ἰσινύοντο πᾶσαν τὴν στρατιὴν IX. 48., σινιόμενος c. 85. eiusdem libri. Quae libuit coacervare. WESS.

Ibid. ἰσινύοντο) Neque Ionice dicitur σινίσθαι. Nisi forte quis Codex daret ἰδηλόντο, scriberem ἰσινύατο: hoc Ionicum pro ἰσινύοντο: ex utraque forma conflatum ἰσινύοντο. Deterior lectio Cod. Med. ἰσικνύοντο: quodque paulo post legebatur, οὐδένα καρπὸν ἀπιδίδου, vel ἀνιδίδου, praestat eiusdem libri scripturae. VALCK. — In ἰσινύοντο consentiunt h. l. libri omnes: nam, et codicem Med. hoc debuisse, ipsa eius aberratio in ἰσικνύοντο demonstrat: quo minus aspernanda Editori illa verbi forma fuit. Observavimus autem passim alia verba in ἰω a Scriptore nostro formata, quae vulgo in nudum ω exeunt: in his συμβαλλόμενος, I. 68, 16. VI. 63, 8. alibique. Et fuisse olim plura talia, ostendunt futura in πω exeuntia (veluti μελλήσω, βουλήσομεν) in verbis quorum tempus praesens, quale vulgo in usu est, vocalem ε ante terminationem non agnoscit. S.

CAP. LXXXII. 1. ἔχθη ἡ προσφειλομένη) Pristina inimicitia, quae Aeginetas et Athenienses collidebat, consideratur ut vetus debitum: προσφειδόμενος Φόρος, lib. VI. 60. Quae tamen cum increverit isto tempore, orsique Aeginetae sint πόλεμον ἀκήρυκτον, haud scio, praestet-ne προσφειλομένη, adaucta? Iuvat non nihil *Vindobon.* scriptura. Certum mihi est, τοῖςδε sollicitari non oportuisse. Vide c. 88. WESS.

5. Δαμίας τε καὶ Αὐξησίας) Utriusque apud Pausan. memoria; et *Auzesiae*, Αὐξησίας, in Themistii Or. IV. p. 54. c. ubi Petavius Romanorum *Damiam*, sive *bonam Deam*, ex Festo optime contendit, et eiusdem sacra, opertanea cum ταῖς ἀρρήτοις ἱουργίαις apud Epidaurios c. 83. Paria Reiskius in Miscell. Lipsiensibus. WESS.

Ibid. Δαμίας τε καὶ Αὐξ.) Mihi quidem sincerum videtur Δαμίας nomen: facile tamen alicui in mentem veniat Θαλλίας, cui notae fuerint Θαλλῶ et Αὐξῶ: de quibus agens ad Poll. Kühnius VIII. 106. τὴν Αὐξῶ apud Herod. dictam scribit Αὐξησίην. Binis in locis Deas ex Herod. commemoravit Pausanias, cuius editum exemplar utrobique Λαμίας nobis offert et Αὐξησίαν, lib. II. [c. 30. et 32.] p. 186. f. et 181. m. Cur alteram scriptionem praefendam censeat, tacet ibi Kühnius. Ταμίαν bis nuncupat, sive Ταμίην, Scholiast. Aristid. ined. in codice Clar. *Burm.* primum in Pannathen. T. I. pag. 268. ad Αἰγινήτων. Τὴν μάχην, inquit, αἰνίσσεται τὴν περὶ τῶν ἀγαλμάτων. Ἐπιδαυρίους γὰρ λυμάνττονσιν ἔχρησεν ὁ θεὸς ἀγάλματα ποιήσασθαι Ταμίας καὶ Αὐξησίας, δαιμόνων τινῶν ἀπὸ ξύλου ἑλαίας ἱερᾶς τῶν ἐν ἀκροπόλει. In eodem Cod. scholion est hanc in rem memorabile in Aristid. Themist. T. III. p. 309. (ad verba τὸν πρὸς Αἰγινήτας) Ἐπιδαυριοὶ λιμῶ διεφείρυντο ἔχρησεν αὐτοῖς ἡ Πυθία, ἐκ τῶν ἑλαιῶν τῆς Ἀθηνᾶς τῶν ἱερῶν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἀγάλματα ἰδρύσασθαι Δήμητρος καὶ Κόρης, Ταμίας καὶ Αὐξησίας. Hinc discimus, sub istis fuisse nominibus *Cererem* et *Proserpinam* cultas, sive *Matrem* et *Liberam*: τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, est ap. Herod. VIII. 65, cuius haec ipsa narratio idem facile persuasisset attendenti; nam quum terra fruges non daret Epidauriis, iussi sunt divinitus istarum signa Dearum dedicare, veluti θιῶν καρποφόρων, qua adpellatione Tegeatae *Cererem* colebant et *Proserpinam*, teste Pausan. VIII. p. 707. f. Sed rem

plane adfirmat Pausan. II. p. 181., τὰ ἐς Αὐξησίαν καὶ Λαμίαν -- εἰπόντος Ἡροδότου -- αὐτοὶ μοι γράφειν κατὰ γνῶμην ἣν εὖ προσε-
ρημένα· πλὴν τοσούτῳ γε, ὅτι εἰδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσά
σφισι κατὰ (κατὰ τὰ) αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Ἑλευσίῃ θύειν νομί-
ζουσιν. Eodem ritu Deabus istis, veluti θειαῖς μεγάλαις, va-
riis in locis sacra fiebant. [Caeterum] Cereri non discon-
venit nomen Δαμῆς: quae Epidauriorum populo, τῷ δάμῳ,
sive δήμῳ, fruges daret, et Αὐξησίῃ, alimentaue mitia terris.
Festi verba e voc. *Danum* valde adposita huc commodum
attulit Reiskius. Bona Dea *Damia* dicebatur: apud Macro-
b. Saturn. I. c. 12. p. 245. Auctor est Cornelius Labeo, eam-
dem esse bonam Deam et terram; --- bonam, quod omnium
nobis ad victum bonorum causa est. VALCK.

7. κότερα χαλκοῦ ποιέονται;) Scriberem ποιέονται, quia
αἱ τὰ ἀπορίαν ἐμφαίνοντα ὑποτακτικοῖς συντάσσονται, ut monuit
Schol. in Eurip. Hec. vs. 85. In Thucyd. p. 426, 55. pro ἡ
μένωμεν, poni quoque malim, ἡ μένωμεν, ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ
πόλεις λησθῶμεν; Xenoph. Ἀπομν. I. pag. 418, 29., πότερον
βίαν φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι; Ubi mox Atheniensium oleae
habitaе dicuntur sacratissimae, quae praeterea leguntur:
[lin. 11 seqq.] Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν (ἦσαν) ἄλλοθι γῆς
οὐδαμοῦ κατ' ἐκείνους τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνησι, vel ἐν Ἀθήναις: illa,
si abessent, a nemine certe requirerentur. De his etiam
cognoscere desidero quid sentiat ὁ πάνυ, qui alia homi-
num ineptorum emblemata, Herodoteis inculcata, pro-
scribere non dubitavit. VALCK. — Vide mox quae ad
lin. 11. a Wess. notantur, ubi nullam νοθείας suspicio-
nem vir praestantissimus significat. S.

9. ξύλου ἡμέρης ἐλαίης) Kluitii coniectura, ξύλου ἱερῆς
ἐλαίης, ob proxime sequentia et Scholiastae Aristidis ver-
ba, ἀπὸ ξύλου ἐλαίας ἱερᾶς, ingeniosa est; dubito an neces-
saria. WESSELING. in *Addendis*.

11. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι etc.) Falsa res est, nec fugere
potuit Scriptorem. Iactantiam Atheniensium et saepe in-
culcatam sibi gloriationem tangit. Ecce ex Sophoclis Oed.
Col. vs. 691. Ἔστιν δ' εἶον ἐγὼ γὰρ Ἀσίας οὐκ ἐπακούει, οὐδ'
ἐν τᾷ μεγάλῃ Δωριδι νόσῳ -- φύτευμα --- Ὁ τᾷδε θάλλει μεγί-
στα χώρα Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας. Hoc sufficit.
Statim Ἀθήνησι, pro quo saepe ἐν Ἀθήνησι lib. VI. 85. VIII.
79., facile se tuebitur. WESS.

14. Ἀθηναίη τε τῇ Πολιάδι) Non urbicam, neque urbicam, sed interpretari debuerant praesidem arcis: sic Livio τὴν Πολυεύχον vocari (XLV. 28.) monuerunt Vales. ad Harpocr. p. 153. et Hemsterh. in Arist. Plut. vs. 772. Praeter ceteros, Gyrardo memoratos, Ἀθηναῖν Πολιάδα coluerunt Megalopolitani, Erythraei Iones; quin et Gortynii Cretenses, qui iurare tenebantur et Ἀθηναίαν Πολιάδα, secundum foderis formulam, quam ex marmore Cretensi Gruterus exhibet Thes. Inscr. p. 505.; emendatius scriptam Edm. Chishull in Antiq. Asiat. p. 133. Hoc istius est formulae initium: Ὁμνῶ τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ καὶ Ζῆνα Δικταίων. Auctor Indicis in Gruteri Thes. vir illustr. [Jos. Scaliger] Aoratrium in Deps retulit; me iudice, cum Dea Epagesima, coelo deturbandum: in vacua sede Cretensem poterimus Iovem collocare. Suspisor in lapide sculptum fuisse, non Ῥάτριον, sed Πάτριον: atque adeo, Ὁμνῶ τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν Πάτριον Ζῆνα Δικταίων. En aliud e Creta iusurandum Reinesio vulgatum Inscr. Class. VII, n. 26. et in Antiq. Asiat. pag. 136. Ὁμνῶ τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρητηγενίᾳ. Doctis si coniectura probari poterit, ne hic quidem aliquo censebitur loco proposita. VALCK.

CAP. LXXXIII. 3 seq. καὶ δίκας -- ἰδίδωσαν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων) Primum duas voculas restituendas censeo, ut legatur: Αἰγινήται Ἐπιδαυρίων ἤκουον τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ δίκας etc. Sic scribere solet Herod. saepenumero: καὶ vulgatur alicubi, ubi καὶ δὴ καὶ praebent Codices. Velut in subditos Aeginetas Epidaurii iuris etiam illis Epidauri dicendi potestatem exercebant: καὶ δίκας διαβαίνοντες εἰς Ἐπίδαυρον ἰδίδωσαν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων Αἰγινήται. Athenienses opibus et maritima praesertim potentia superbi, quos socios adpellantes miseros vexabant insulanos, cogebant πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε, Xenoph. p. 404, 20. Aristoph. Avib. vs. 1422, 1455. Orationem Antiphontis XIV. dixit Athenis Mitylenaeus caedis accusatus. In talibus δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν sollemnis erat loquendi formula. Demosth. contr. Aristocr. p. 413, 102. de Halon. p. 59, 16., ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους. Attigit H. Vales. in not. Mauss. p. 333. Xenophon p. 404, 31., τὸν δῆμον κολακεύει τῶν Ἀθηναίων εἰς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων ὅτι οὐ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν. Harpocrat. in

voc. Σύμβολα habet δίδοναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια: et Aristid. T. II. p. 129., δύναι καὶ λαβεῖν τὰ δίκαια περὶ τῶν διαφορῶν. Hinc multum distabat, quod foederum formulis nitebatur, commercium iuris praebendi repetendique. VALCK.

7. αἱ δὲ ἰόντις διαφοραὶ) Reiskii αἱ δὲ stabilitur suffragio Arch.; estque in particula mutiplex variatio. Διαφοραὶ in Latinis potentiores; cur non inimici discordesque? Sic οὐκ ἰὼν διάφορος cap. 75. et lib. VI. 23. ἰὼν διάφορος τοῖσι Ζηγυλαίοισι. Vide Adreschium Diluc. Thucydid. p. 567. Statim [lin. 10.] ἰκομισάν τε καὶ, quod Codd. offerunt, non prorsus abiicio. Λισβιοὶ δὲ ἐς Δορίσκον ἰκόμισαν c. 98. et ἰκόμισαν ἐς Ἀμαθύντα cap. 114. etc. WESS. — Pro eo, quod cum Schaeef. recepi, ἰκομισάν τε καὶ, rescriptum ἰκομισαντο καὶ aut ἰκομισαντό τε καὶ malim: quoniam suam in terram transportarunt. Sic quidem ἀνακομίσωνται cap. 85, 6. mediâ verbi formâ. S.

[18. ἀρήται ἱερογύαι) Conf. Wess. ad c. 82, 5. S.]

CAP. LXXXIV. 2. τὰ συνέθετο) Talem in huiusmodi compositis scriptionem, non ξὺν, Atticis frequens, amplectitur: itaque Ask. pro Ionum more. Eiusdem quoque ἐμήνιον et aliorum toti negotio concinit. Missis enim legatis indignationem testati Epidauriis sunt. Ita μπίσαι μεγάλως Ἀριστοδήμῳ lib. VII. 229. et IX. 7. Vitii sons in affinitate scripturae, qualis lib. VII. 169. in ms. Arch. Proinde vera Cl. Reiskii emendatio. WESS. — Ne a Ionum quidem usu alienum fuisse, ξὺν pro σύν dicere scribereque, monuit Fischerus ad Weller. Specim. I. pag. 199. laudatus Schaefero ad Gregor. p. 5. Apud Hippocratem quidem (ut hoc utar) in libello de Aqua etc. vel una eademque pagina 40. editionis adcuratissimi Coray offert ξωπῆται, ξυμμίμικται, ξυστήκη, ξυστραφῆ, et ξυστραφέν. Apud Herodotum quidem in primoribus libris constanter codices tantum non omnes (cf. Var. Lect. I. 32, 22.) in συν consentiunt: sed inde a sexta et septima Musa membranae nostrae F. cum aliis nonnullis codicibus frequentius scripturam ξὺν usurpant. S.

CAP. LXXXV. 3. τῶν ἀστῶν τοῦτους etc.) Reiskii τασκῶν; firmo caret tibicine; τοῦτους tamen urget morbus, nisi eos putes, qui publice missi prius fuerant in Aegidnam simulacra repetitum: sic ταντίων ex Codicibus non

futile; Ionicum enim idemque docens: sic *ἰπειρῶντο*, mea quidem opinione extra novationis periculum. Confer Gronovium, cuius observatio vereor, ut sententiae tenebras dissipet. WESS. — Vide Adnot. proxime sequentem. S.

5. *ἰπειρῶντο*) Gronovio iure merito placuit *πειρᾶν* ex Med. codice. Hoc Vallam legisse monstrat ipsius versio, qualis exstat nondum interpolata, qui --- conatos esse. Neque tamen illud more suo vir clar. in contextum intulit, sentiens, ut opinor, fulcrum requiri, quo illud inniteretur: hoc commodum mihi reperisse videbar, hanc e duabus efformando lectionem, *ἰπεὶ πειρᾶν*, quum tentarent. Illud Herodoteum esse, Porti docebit Diction. in voce Ἀπαρίμματα ἀντὶ τῶν παρατακῶν. Sed, quae praecedunt, neque illa sic videntur ab auctoris manu profecta: cur enim dixisset missos τῶν ἀστῶν τούτους, οἱ ἀποπεμφθέντες. Parum prodest [τούτων, quae est] lectio Arch. Valla dedit *triremem* --- cum civibus quibusdam: postremum ille forsán subaudiendum credidit. Optime, ni fallor, omnia cohaerent, si sic scripta legerentur in veteri codice: ἀποσταλῆναι τριῆρεϊ μὴ τῶν ἀστῶν, (nempe τινάς) τούτους, ἰπεὶ πεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ καὶ ἀπικόμενοι εἰς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα --- *πειρᾶν* ἐκ τῶν βάθρων ἔκλασπᾶν. Ut hic ἀποσταλῆναι τῶν ἀστῶν nempe τινάς, sic alibi saepius, et apud Thucyd. IV. c. 80., τῶν Εἰλώτων --- ἐκπέμψαι. VALCK. — Istam Viri docti coniecturam praepropere in contextum recepit Borh. At post τούτους, ἰπεὶ --- *πειρᾶν*, requirebatur aliud verbum ad τούτους relatum, quod nullibi comparet; nam ἀποσπᾶν quidem, quod sequitur, a *πειρᾶν* pendet. Quod τούτων praeferunt codices nonnulli, id incogitantia librorum accidit, casum huius pronominis casui praecedentis nominis τῶν ἀστῶν aptantium. Ad hoc τῶν ἀστῶν, si opus esset, intelligi τινάς posset: atque ita intellexerunt hi, qui (ut noster cod. F.) post τῶν ἀστῶν comma posuerunt; quasi τούτους ad sequentia pertineret. Et haec ipsa quidem ratio percommoda foret, si sic legeretur, τούτους ἀποπεμφθέντας --- καὶ ἀπικόμενους --- *πειρᾶσθαι* etc. Πειρᾶσθαι dico: nam *πειρᾶν*, activā formā, non memini ea notione, quae huius loci est, apud Nostrum aut apud alium probatum legere auctorem. At tenent omnes libri nominativos casus ἀποπεμφθέντες et ἀπικόμενοι: omnes-

que item (uno Pb. excepto) οὐ ἀποκιμῶσθαι tenent. Quibus rebus omnibus perpensis, videtur mihi περιῶν h. l. ex παρὰδιδωσθαι natum, et ab homine invectum, qui, quum pronomen τούτους ad sequentia, non ad antecedentia, referret, nec vero infinitivum ad hoc τούτους relatum reperisset, temere atque imperite verbum finitum ἐπιρῶντο in περιῶν mutaverit. S.

10. ὑπὸ τούτων ἀλλοφρονῆσαι) ὑπὸ an ἀπὸ τούτων scripserit, vix discerni poterit. Mihi posterius placeret, significans propterea. ἀπὸ τούτων et ἀπὸ τούτων habet et Herod. II. 175. IX. 72. sic et ἀπὸ τούτων Artemisiam μάλιστα εὐδοκιμῆσαι, VIII. 88. Illinc enim diversum μέμνην ὑπὸ σοῦ, opera tua furit; quaeque dantur similia. VALCK. — At ὑπὸ τούτων pariter, et quidem proprie, causam significat. conf. ad c. 61, 7. notata. S. — Ἀλλοφρονῆσαι Eustathius [loco in Var. Lect. citato] μαῖναι ἀλλοιωθέντας τὴν φρόνησιν recte explanat. In Homeri Iliad. ψ. 698. καὶ δὲ ἀλλοφρόνεοντα, Scholiastes οὐκ ἐν αὐτῷ ὄντα. Infra lib. VII. 205. et Theocriti Idyll. XXII. 129. diversior illi notio. WESS.

CAP. LXXXVI. 6. καὶ οὐ ναυμαχῆσαι) Laudare διανυμαχῆσαι debeo, cuius clara etiam in Passion. vestigia: opportunum enim. Sic lib. VIII. 63. ταύτην δὲ αἰρέται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας διανυμαχεῖν. Diodorus XX. 61. καὶ καταστάντες εἰς ἑμβολὴν διανυμαχοῦν τοῖς βαρβάροις. Restituere nolui, ne nimium novator haberer. WESS.

16. ἐς γούνατα) Ex dialecto, uti lib. II. 81. IV. 152. De fabella cautissime Scriptor, neque graviter minus Strabo in conniventibus Palladis simulacris lib. VI. pag. 405. Quid illis facies, qui, sacra professi meliora, Neapoli, Bononiae, multisque aliis locis consimilia Christi matrisque virginis et sanctorum signis usu venisse, confidenter asseverant? Tantum religio potuit suadere etc. WESS. — At haud aegre equidem credam, fractis dum trahebantur cruribus ligneas statuas visas esse in genua procumbere. S.

21. ἐς τὴν Αἰγινάην) Videlicet ἦσαν. Alibi ἐκ' Αἰγίαν, ἐς Αἰγίαν III. 131. Venit inde Αἰγινάιος, Αἰγινάη, cui iustum formae habitum Gronovius saepe reddidit, VII. 179. VIII. 90. Eadem laus Sylburgio debetur ad Pausaniam lib.

III. 14. Παρεῖναι, quod expulsum est, [et cum ἤκειν permutatum,] ferri utique potuerat. WESS.

CAP. LXXXVII. 6. τοῦ δαιμονίου) Adsciscendum ex praegressis διαφθείραντος τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον: quo haud observato, semet in errorem Valla et Galeus induerunt. Suspectum autem in πυθομένας δι τὰς γυναῖκας [lin. 8.] participium, a bonae fidei Codicibus aut neglectum aut obelo notatum. Tollatur, pingaturque τὰς δι γυναῖκας, et cursus sermonis procedet sine impedimento. Facinus Atticarum mulierum memoravit Duris Samius, εἰς δὲ, scribens apud Scholiast. Eurip. Hecub. vs. 933. ὑπὸ στρεψαν ἄγγελος, ὃν περιστᾶσαι τῶν τεθνήσκων αἱ γυναῖκες καὶ τὰς περόνας τῶν ὤμων ἀφελόμεναι, ἐξενύφλωσαν, εἴτα ἀπέκτειναν οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, δεινὸν ἤγησάμενοι τὸ πρᾶχθην, περιῖλον τῶν γυναῖκων τὰς περόνας. Quae hinc derivata, ni de Spartanis accessissent quaedam, diceres cuncta. WESS.

12. κεντύσας τῇσι περόνῃσι) Hanc Historiam aliter narraverat Duris in opere de Finibus Samiorum: [immo, in Annalibus Samiorum: conf. Animadvers. nostras ad Athen. T. II. pag. 645 - 648.] illinc certe tradit Scholiast. in Eurip. Hecub. vs. 933., Athenienses, ὑπὸ Αἰγινήτων πειρατιζομένους, στρατιῶν adversus Aeginetas misisse; hos ἅμα Σπαρτιάταις (Argivos habet Herod.) uno excepto omnes occidisse; quem unum in Atticam redeuntem περιστᾶσαι τῶν τεθνήσκων αἱ γυναῖκες, καὶ τὰς περόνας τῶν ὤμων ἀφελόμεναι ἐξενύφλωσαν, εἴτα ἀπέκτειναν. Hoc irritatos facinore fibulas, quibus abusus fuerant, abstulisse mulieribus Athenienses. Postrema concinunt Herodoteis: τὴν ἐσθῆτα, inquit, μετίβαλον αὐτῶν εἰς τὴν Ἰαῖδα: et ἐσθῆτα Δωρίδα mutatam voluerunt εἰς τὸν λίνον κιδῶνα, ut ne fibulis uti necesse haberent. Quid diceretur Δωριάζειν, praeter alios ibidem tradit Schol. Eurip. Et Aelius Dionys. apud Eustath. in Iliad. ξ. p. 963, 17., αἱ κατὰ Πελοπόννησον, φησὶ, κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίστωναί, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θάτερα ἐπιπεπορημέναι. Pythae-netus apud Athen. XIII. p. 589. f. Periandrum scribit, cum videret Melissam Epidauriam Πελοποννησιακῶς ἡσθημένην, (ἀναμπεύχονος γὰρ καὶ μονοχίτων ἦν, καὶ ὥσπερ τοῖς ἐργαζομένοις) ἐρασθέντα γῆμαι. Doricum tale fibulis adstrictum muliebri vestimentum περονάτρίς et καταπτυχὴς ἐμπιρόναμα dicitur Theocrito Eid. XV. vs. 21. et 34. vid. Aeliani Var.

Hist. I. 18. et Spanhem. in Callim. hymn. in Apoll. vs. 32. Mulieres apud Theocritum loquuntur Syracusanae, Dorica superbientes origine vs. 91. Κορίθιαί εἰμὶς ἄνωθεν - Περλοποννησιαστὶ λαλεῦμεν. De civibus suis Hermocrates Thucydidis pag. 426, 51. [lib. VI. c. 77.] οὐκ ἴσως ταῦτα εἶπεν, --- ἀλλὰ Δωριεῖς ἐλεύθεροι, ἀπ' αὐτοῦ μου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν ἀκονήτες. VALCK. — Conf. mox Wess. ad. l. 19. notata. S.

16. ἄλλω μὲν δὴ etc.) Scribi potuerat ἄλλο μὲν δὴ, et fuit, cui arridebat, me non adstipulante. Congruit seriei ζημιώσους, nec non ἰσθῆτα μεταβαλὺν, ex Pavii et Reiskii iudicio. Sunt tamen, quod neutrum fugiebat, hoc in auctore variantes structurae consimiles. WESS. — Inter ζημιώσους et ζημιώσους, in codicum dissensu, libera cuique optio. Non item inter ἄλλω et ἄλλο. Percommode ἄλλω tenent veteres libri omnes; idque in nostro exemplo repositum velim. Praeter necessitatem ἄλλο correxerat Schaeff. eumque secutus Borheek; quorum editiones ob oculos habens, in Var. Lect. adnotavi, ἄλλω scribi in membr. F. neque animadverteram eodem modo scribi in ed. Wess. et superioribus, consentientibus mssis cunctis. S.

19. τῇ Κορίνθῳ) Quod htc, idem in Αἰγυπτῇ, Βαβυλωνίῃ, Ἀκκαδαιμονίῃ, aliisque designarunt librarii. Machon in Athen. lib. XIII. p. 582. v. de acortillo Glycerio, Κορίνθον παράπρηχον καὶ λήδιον ἔδωκεν εἰς γραφεῖον. Athenienses, sublato in muliebri mundo fibularum usu, reliquerunt sexui λίνον κλώνα, tunicam lineam, sed χειρῶν, manibus instructam, defectamque propterea fibulis. Doricae matronae olim erant ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες. Vestem amictui supra humerum fibulā, ne plane nudas se darent, necebant, teste Aeliano Var. I. 18. Hoc Δωριάζειν in Schol. Eurip., seu Δωρίζειν. Contra ea, Ionicae et Atticae tunica manicata amiciebantur, quod tali in negotio Ἰωνίξειν. Ista discimus e scholio, quod Clementi Alex. Paedag. II. 10. p. 238. adpositum a Sylburgio, per hic erit accommodatum: Ἐλέγοντο αἱ ταύτῃ χρώμεναι τῇ στολῇ ἀχειρῶν, δωρίζειν ἱπὶ καὶ Δωριεῖς οἱ Λάκωνες ὥσπερ ἀπ' ἐναντίου αἱ χειρῶν τοῖς χρώμεναι, ἰωνίζειν ἦσαν δὲ αὐταί, αἱ Ἀθηναίαι· διότι Ἰωνες οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τοῦ Ἰωνίου ἀποικίσαι, ἐκαλοῦντο. Adsunt ibidem conplura; aeque proficua, quae relinquo. WESS.

CAP. LXXXVIII. 6. Ἀττικὸν δὲ μήτι τι ἄλλο etc.)

Ubi recensentur apud *Athen.* pocula, legebantur olim in sua serie *Χυτρίδες*, lib. XI. pag. 502., quod ex Epitome docuit *Casaub.* Anim. XI. c. 14. Illuc praeter *Alexidis* locum haec etiam *Athenaeus* retulit *Herodoti*: Ἡρόδοτος, αἶτ, ἐν τῇ ἰ. τῶν ἱστοριῶν νόμον φησὶ δεσθαι Ἀργίλους καὶ Αἰγινήτας, Ἀττικὸν μὲν προσφέρειν πρὸς ταῖς θυρίας, μὲν κέραμον, ἀλλ' ἐκ χυτρίδων ἐπιχωρίων etc. Sequentia hinc supplevit *P. Leopard.* Em. VI. c. 20., emendato quoque *Polluce* VI. 100. [Ut nos cum *Casaubono* verba ab *Athenaeo* lib. XI. p. 502. c. relata T. IV. nostrae ed. pag. 367. edidimus, sic eadem in vetustissimis membranarum, quarum ad exemplum omnes alii qui supersunt *Athenaei* codices descripti sunt, leguntur, neque supplemento ullo fuit opus.] *Quintiliano* quae dicitur Inst. Or. II. c. 17. *E luto vasa ducendi ars*, Atticum illa quoque censebatur inventum. *Critias* apud *Athen.* I. pag. 28. c. Τὸν δὲ τροχὺ, γαίης τε, καμίνου τ' ἔκγονον εὔρε, Κλεινέτατον κέραμον. Laudat Ἀττικὸν κέραμον *Matro* parodus apud eundem IV. pag. 156. f. Et XI. p. 480. c. fuisse dicuntur ἐπίσημοι Κύλινες (κεράμια ποτήρια) αἵτε Ἀργεῖαι καὶ αἱ Ἀττικαί. Vel ex hoc quoque liquet *Herodoti* loco, Diis veteres pro simplicitate prisca vasis libasse fictilibus. *Macrobius* Saturnal. V. 21., *Eratosthenes*, αἶτ, in *Epistola ad Hagetorem Lacedaemonium*, Κρατῆρα γὰρ ἔστησαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργύρεον, εὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος. Apud *Athenaeum*, unde ista de poculis omnia desumpsisse videtur *Macrobius*, quod vulgatur XI. p. 482. b. τῆς Κωλιάδος γῆς est ex interpretamento: promontorium Atticum, ob templum Veneris terramque figulinam nobilitatum, simpliciter dicebatur Κωλιάς: vide *Harpocr.* in voc. et *Demosth. contr. Neaer.* pag. 751. adde *Meurs.* de Pop. Att. in Ἀνάφλυστος. VALCK. — At crater, quem apud *Athenaeum* *Eratosthenes* dicit, non ex *Coliade* promontorio, sed ex *Coliade* terra, ex *Coliade* argilla, τῆς (i. e. ἐκ τῆς) Κωλιάδος γῆς, erat confectus. De materia enim ibi agitur, e qua confectus crater; eaque Κωλιάς γῆ dicitur, quemadmodum alia γῆ κεραμικὴ vel κεραμῆτις, alia γῆ σμηκτρίς, alia σιδηρίτις, σμηκτρίς, etc. Similiter a regionibus apud *Medicos* nominantur terra *Eretria*, terra *Samia*, etc. Itaque tantum abest ut vocab. γῆς apud *Athen.* ex interpretamento adiectum putari debeat, ut e contrario aut

adiiciendum sit apud *Macrobium*, aut ibi ἀλλὰ γῆς Κωλιαδῶς legendum. S.

CAP. LXXXIX. 1. πρὸς Αἰγινίτας Ἀθηναίοισι) Olim ita, et vere. Ubi vero ἔξ Ἀθηναίων iussu *Med.* ac scriptorum aliorum codicum valuerit, inimicitiae auctores erunt Athenienses, contra ac liquido perscriptum c. 82. fuit. WESS.

5. ἰδῆεν τῆς Ἀττικῆς etc.) Cum in Musis ἰδικαλεῖν, διακαλεῖν, et huius moduli plura, sese offerant, placuit msstorum praeiudicio ἰδῆεν. Egregium porro [lin. 8.] ἀπὸ τοῦ Αἰγινητῶν ἀδικίου *Cel. Gronovius* iure revocavit optimo. Est autem iniuria ac noxa, quam Aeginetae fecerant Atheniensibus. Quare oraculi haec est sententia: ab eo tempore, quo Aeginetae iniusta arma in Atticum agrum inferre coeperant, totis xxx. annis a vindicta abstinendum esse. Non hoc *Cl. Reiskium* latuit. WESS.

15. τίμνος ἀπιδέξαν) Praecedens τίμνος ἀποδίξαντας [lin. 9.] instauratum constabit, et c. 67. τίμνος οἱ ἀπιδέξει ἐν αὐτῷ τῷ περὶ τανῶ. Simile commissum lib. VII. 178. Statim πρὸς Αἰγινητῶν [lin. 17.] scriptor amat, quippe lib. III. 74. ὅτι τε ἐπεκόνθη πρὸς Καμβύσιω ἀνδρῶσι. *Portus* plura. WESS.

CAP. XC. 14. τοὺς ἔκτειντο) Mutari non fuerat necesse. *Χρημοί* in Atticae arcis sacrario recte componuntur cum fatalibus Romanorum libris in cella Capitoli, gemella arte excogitatis. Neque dubito, quin inter ea oracula versus fuerint *Musaei*, ab *Onomacrito* *Hipparchi* *Pisistratidae* tempore manifesta fraude aucti, mutilati, corruptique, lib. VII. 6. WESS.

CAP. XCI. 3. νόῳ λαβόντες, ὡς ἐλευθερον μὲν ἰὸν etc.) Veram hic pandit *Historicus* causam, quae *Lacedaemonios* moveret: praecedenti capite narrata nihil erant aliud nisi species, quam suae praetexebant dominandi libidini velut causam honestiorem; hanc itaque solam in sociorum conventu commemorant. Non debuerat itaque *Plutarchus* T. II. p. 860. f. hinc etiam occasionem captasse *Herodotum* criminandi; qui scilicet dicentes fecisset, [lin. 13. seqq.] ὅτι κιβδηλοῖσι μαντήσοισιν ἐπαρθίντες ἄνδρας ξίνους ὄντας αὐτοῖσι, καὶ ὑποσχομένους ὑποχρησίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, ἐξήλασαν, (τοὺς τυράννους: has voces e scholio natas atque eiiciendas arbitror:) καὶ δῆμῳ ἀχαρίστῳ παρέδωκεν τὴν πόλιν. In

his Codices forte dabunt Herod. *δήμων ἀρχαίρων*: ut habent *ἀρχαίρωτάτων* VII. c. 156. Quales autem hic nobis expingit Herodotus *Lacedaemonios*, tales certe fuerunt rebus Graecorum florentibus. Graeciae principes, quam oderant domi tyrannidem, in liberis civitatibus ubique conabantur adfirmare; subditis erant superbi domini; vicinis, quos vexabant, ab antiquissimis temporibus graves, Messeniis, Arcasin, Argivis, ceterisque; in bellis et societatibus in-eundis utile plerumque honestis anteponebant. Thebanis auxilium ferebant, ut scribit *Diodor. Sic.* XI. 81., *νομίζοντες τὰς Θήβας, ἐὰν αὐξήσων, ἴσθαι τῇ τῶν Ἀθηναίων ὥσπερ ἀντίπολιν εἶναι.* Secundum *Herod.* cogitabant, [lin. 4 seqq.] *populum Atheniensem, quem sibi certe nolebant ἀντίρροπον, oppressum a tyranno, futurum ἀσθενὲς καὶ πιδαρχίεσθαι ἑορμῶν, imbecillum, ac talem quem sibi facile dicto haberent audientem.* VALCK.

5. *κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος*) Tum illi *ἰθελουάκιον*, ὡς *διεπότη* ἰργαζόμενοι, uti cultissime in c. 78. Hic *Arch.* ὑπὸ τοῦ τυραννίδος pergenti manum iniicit. Non sunt ignota ὑπὸ τοῦ δαιμόνων βιβλάσθαι *Appiani* Bel. Civil. IV. p. 1022., νῦν δ' ἐκ θίων τοῦ *Sophoclis* Oed. Colon. vs. 384., compluraque firmandae lectioni, cui tamen non fido. Mox *πιδαρχίην* ex frequentato usu [voluit *Reiskius*] vir doctus. *Portus* mediae verborum formae haud male acceptum tulit, *Abreschio* consentiente. At illa vide, [lin. 8.] *ἐς δὲ καταφύγουσι εἰ Πισιστρατίδαι, quorsum confugiunt Pisistratidae.* Atqui ad *Sigeum* dudum illi se contulerant exules. Voluit-ne, solitos eo fuga se recipere? Sic utcunque placebunt; quamquam, ut suspicionem ne premam, grammatici conmento ex cap. 65. et c. 94. assuto congruunt perfecte. WESS. — Vide *Var. Lect.* Adsuevit autem ipse *Herodotus* talia in mentem revocare Lectoribus. S.

19. *δόξαν δὲ φύσας αὐξάνειν*) Varie exponunt. *Laurentius*, *inflatusque superbe, famam auget.* *Stephanus*, *atque adeo superbe inflatus, suam potentiam auget.* Post eos *Portus*, *superbiam spirans, crescit, non inconcinne.* Quibus omnibus *φύσας* per syncopen vice *φυσάσας*. Quid si pietum olim *φυσας* fuerit, deletaque superne ducta linea, vulgatum manserit? *Μεγάλα Φυσῶντες*, maiores spiritus summentes in *Io. Chrysostomo* T. V. p. 344. A., *πολιτικὸν φύσημα*

Φυσῶντις Plato Alcib. II. pag. 145. E., Φυσῶν ἑαυτὸν Alciphr. lib. I. Ep. 37., ubi Berglerus plura. Et illa quidem suam sibi elegantiam praeferunt, neque Scriptori tamen, poetas saepe aemulanti, quidquam praescribunt. Considera Sophocleum ex Electra vs. 1490. [1463. ed. Brunck.] μηδὲ πρὸς βίαν ἔμοῦ καταστοῦ προσηχῶν, Φύσῃ Φρίνας, neque violentum me vindicem nactus, spiritus augeat: et Oed. Colon. vs. 838. [804. Br.] ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ Φύσας Φανῇ Φρίνας ποτὶ. Utrumque appositum et Herodoteo simile. Iunge D'Orvillium, cui Sophoclea ista usui esse potuerant, ad Chariton. lib. VIII. p. 761. WESS.

Ibid. δόξαν δὲ Φύσας) Hanc nobis dum aliunde syncopen adfirmant, qua Φύσας pro Φυσήσας poneretur secundum Porium in Δόξαν, suspicabor scriptum olim, δόξαν δὲ Φυσῶν (vel Φυσίων) αὐξάνεται, crescit (Virtutis expers) verbis iactans gloriam: ut hic δόξα vana dicatur gloria, opposita τῇ ἐνκλιῇ et ἀμῇ, in opinione tantum superborum sita, et nihil minus quam vera. Ut opponuntur δοκῆν, videri, et εἶναι, esse; τὸ δοκῆν et τὸ εἶναι: sic et apud Philosophos δόξα et ἀλήθεια. Unum ponam Euripidis ex Androm. vs. 319. locum, paulo quam vulgatur emendatius scriptum: ὦ δόξα, δόξα, μυρίοις δὲ βροτῶν οὐδὲν γινώσκω βίον ἀγκυρῶν μέγα. Εὐκλεία δ' οἷς μὲν ἔστ' ἀληθείας ἄπο, Εὐδαιμονίῳ. Inanem gloriam spirare, vel iactare, atque adeo inflatum vana opinione superbire, hic diceretur δόξαν Φυσῶν. Ἀνδρῶν πολιτικῶν Φύσῃμα Φυσῶντων meminit Plato II. Alcib. p. 145. E. Antiphanes apud Athen. XV. p. 681. c. Οὐκ ἐΦύσων οἱ Λακωνεῖς ὡς ἀπέφθοντο ποτὶ; Dictum, quo Demadem repressit inflatum Hyperides, Leopardus explicuit IX. Emend. pag. 248. VALCK.

[Nec Φύσας per syncopen ex Φυσήσας formatum statuere opus est, nec in Φυσῶν mutare. Recte vero cum hoc Herodoti loco conferuntur duo illi Sophoclei a Wesselingio citati; quamquam in his Φρίνας Φύειν non, ut idem Vir doctissimus reddidit, spiritus augere aut spiritus sibi sumere significat. Sed, ut apud Sophoclem Φρίνας Φύειν est mentem (i. e. prudentiam) nancisci, sapere; sic apud Nostrum δόξαν Φύσας αὐξάνεται est fama nactus augescit. Sive δόξαν hic malueris cum plerisque Interpretibus inanem gloriam, gloriationem, superbiam intelligere, prodibit eadem fere di-
Herod. T. VI. P. I. G

ctionis δόξαν φύειν sententia, quam illi voluere, scil. vanam iactans gloriam, magnos sibi spiritus sumens. Tum, quod adiicitur verbum αὐξάνεται, id aut in eam poterit sententiam accipi, quam nos in Latinis nostris expressimus, maiores quotidie sibi spiritus sumit; aut (id si minus placet) cum aliis, quibus lubens accedo, intelligitur, magnos sibi spiritus sumens augecit, incrementum capit, potentiam suam auget. S.]

23. ἅμα ὑμῖν ἀκτέμενοι) Cultius hoc pro captu scribarum, quibus suum ἀπικόμενοι, alioqui tolerabile, redonavi. Homerus Iliad. v. 115. Ἄλλ' ἀκτέμεθα θᾶσσον, sed medeamur ocyus huic malo. Ipse lib. III. 40. τρέψῃ τῷ ἱεὶ μὲν ὑποκείμενῳ ἀκτε: et plenius lib. I. 167. βουλόμενοι ἀκτίσασθαι τὴν ἀμαρτάν. [Similiter h. l. intelligitur ἀκτέμενοι τὰ ἡμάρτομεν.] Hemsterhusio idem in opinionem venerat, eleganter in Aeschinis Dial. III. 15. μόνοις δὲ ἀκτεῖται τοῖς δυναμένοις corrigenti, loco inepti ἀρκεῖται. Revertit insuper [lin. 28.] ἀπειλόμεθα, quod auctius ex Med. accesserat. Vide tamen lib. VIII. 3. WESS.

CAP. XCII. 3. Κορίνθιος δὲ Σωσικλῆς) Σωκλῆς in Codd. scribitur, et in edito Plutarcho II. p. 860. F. Σωκλῆος διὰλλόντος. [Nunc quidem et apud Plutarch. Σωσικλῆος editur, et mendose Σοσικλῆος olim in ed. Francf. 1620. Vide ed. Hutten. T. XII. p. 304.] Talia solebant etiam a librariis contrahi. Veluti diversa nomina usu distinguebantur Socrates et Sosicrates; Sophanes et Sosiphanes; neque contrahabantur a Graecis nomina Σωσίβιος, Σωσιβιος, Σωσιγῆνης, et similia. Σωσίπατρος vocatur in Ep. ad Rom. xvi, 21., qui Act. Ap. xx, 4. est Σώπατρος, ubi quidem in aliquot Codd. legitur Σωσίπατρος: in uno vellem alterove sic ibidem sequentia scriberentur: Θισσ. δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σικουῖδος καὶ Γαῖος, Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος: ut corrigendum viderunt H. V. et Adr. Heringa. VALCK.

Ibid. Ἡ δὲ ὁ, τὲ οὐρανός) Auscultavi Eustathio, H. Stephano, Porto. Quid enim turbatissima perseverarent, praesertim cum subsequens ὅτι ferre alterum nequeat? Recte H. Steph. adscripsit Ovidianum, Omnia naturae praepostera legibus ibunt, Parsque suum mundi nulla tenebit iter. Omnia iam fient etc. WESS. — Vide nostram Var. Lect. S.

3. et seqq. Prima Corinthii Sosiclis oratio: Ἡ δὲ ὁ, τὲ οὐ-

φανός ἔσται ἔνθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, etc. locutionibus illa constat proverbialibus apud utriusque linguae Scriptores frequentatis. Non Euripidea tantum e Med. vs. 410., sed Ovidius simul respexit eiusdem e Syleo Herculis dictum: πρόσθε γὰρ κάτω Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἄνω εἰς αἰθέρα: servatum a Philone Iud. cum vicinis pag. 537. 869. 880. Theseus in Eurip. Suppl. vs. 520. ἄνω γὰρ ἂν ἦι τοὶ τὰ πράγματα, οὕτως εἰ πταξόμεσθα δῆ. Mox Herodoti Sosicles [lin. 7.] unius vel paucorum imperio opponit imperium populare, designatum ἰσοκρατίας rariori voce. Τῇ αἰσῶν πολιτείᾳ Atticam opponit τὴν ἰσὴν καὶ ἔννομον, Aeschines contr. Tim. p. 1, 25. Demosth. contr. Mid. p. 336, 121. τῶν ἰσῶν καὶ τῶν δικαίων ἕκαστος ἡγείται ἑαυτῷ μετιῖναι ἐν δημοκρατίᾳ. Laudat Isocrates in Areopag. p. 152. Α. τὰς ἰσότητας, καὶ τὰς δημοκρατίας, οὐ πάσας, ἀλλὰ τὰς καλῶς καθιστηκυίας. Saepius ἰσονομίας specioso nomine viri Principes sunt abusi. VALCK.

19. καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι) Adi Diodorum T. II. p. 635. et quae adnotata isti sunt. Quotannis ex Bacchiadis legebatur πρύτανις, ὃς βασιλῆως εἶχε τάξιν. Quare mox in Apollinis responso ἄνδρες illi μούναρχοι, quippe civitatem stato tempore soli administrantes. WESS. — Articulo potius inserto legendum, οὗτοι οἱ Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνιμον τὴν πόλιν: post τοὺς Ἀλητιάδας, primum Regum titulo: postea, velut annui magistratus, πρυτάνων nomine, Pausan. II. p. 120. conf. Diodor. T. II. p. 635. VALCK. — Bene habet οὗτοι Βακχιάδαι non inserto articulo, quem inserturus fortasse Herodotus erat, si Bacchiadarum iam ante facta esset mentio. Nunc verba Βακχιάδαι καλεόμενοι velut in parenthesi posita intelligi debent; et commode sic incidi poterat oratio: καὶ οὗτοι, Βακχιάδαι καλεόμενοι, ἔνιμον τὴν πόλιν: οὗτοι vero, ex praecedentibus verbis ἦν ὀλιγαρχία, intelliguntur οἱ ὀλιγαρχοί. S.

20. ἰδίδοσαν δὲ καὶ ἦγοντο ἐξ ἀλλήλων) In formula conubii tritius est ἐκδιδόναι. Sic II. 47. οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἔθιλει, εὐδ' ἄγισθαι ἐξ αὐτῶν. Ita Thucydides, Plato, Aristides, quos antestatus est Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 314. Noster tamen lib. IX. 111. ἀλλά τοι --- δίδωμι θυγατέρα τὴν ἱμῆν: iterumque οὔτε γὰρ ἂν τοι δῶνεν θυγατέρα. WESS. — In istis ἰδίδοσαν δὲ καὶ ἦγοντο ἐξ ἀλλήλων, quae duplex obtinet ellipsis, non est illa pervulgata.

De plebe in Samo rerum domina Thucydides eleganter, suo tamen more, VIII. c. 21. τοῖς γειωμόροις μετιδίδουσαν οὔτε ἄλλαν οὐδανός, οὔτε ἐκδοῦναι οὔτε ἀγαγίσθαι παρ' ἐκείνων, οὐδ' ἐς ἐκείνους οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν. Plato de Legib. VI. p. 771. E. ignorare non oportet, παρ' ὧν τί τις ἀγεται, καὶ ἂ καὶ οἷς ἐκδοῖται. Dicebatur plena locutione, δίδοναι τε τίνα καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων: ut et ἐκδιδόναι καὶ λαμβάνειν γυναῖκας παρ' ἀλλήλων: quarum haec est Xenophontis p. 3, 2. illa Dionis Chrys. p. 163. v. VALCK. — Conf. Nostrum I. 107, 9. et 10. S.

22. γίνεται θυγάτηρ χολή) Ex Helladio Photius Biblioth. p. 1583. τοῦ βασιλέως Κορινθίου ἡ μήτηρ, γυνὴ δὲ Ἀμφίονος, --- Λάβδα ἐκαλεῖτο: ubi, nisi θυγάτηρ fuerit, error certissimus, a St. Berglero notatus. Ptolemaeus vero Hephaest. in catalogo propriorum nominum ex literarum elementis, Cypseli, inquit, mater, χολή οὔσα, Λάμβδα ἐκλήθη ὑπὸ Πυθίου: oraculum, quod sequetur, spectans, eiusdem Biblioth. p. 487., sed temere titulum augens. Λάβδα idem olim ac Λάμβδα ex dicterio Aristophanis, quo uti recuso. WESS.

24. Ἠερίων δ' Ἐχικράτης) Codicis Ask. Ἐχικράτης Dori-bus debetur. Ection inter maiores numeravit Antasi filium Melanem, qui una cum Alete Corinthum occupavit apud Pausan. II. 4. Lapithes et Caenides, ut hic affirmatur, si fuerit, consequens est, ut Antasus patrem aut avum agnoverit Caeneum, Perithoi in praelio adversus Centauros adiutorem, in Pausan. lib. V. 10. Aetas et tempus non obstant. WESS.

[26. ἐκ δὲ οἱ ταύτης τῆς γυναίκος, οὐδ' ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐγίνοντο) Commodius delebuntur commata post γυναῖκός et post ἄλλης interserta; ne contrarium eius, quod voluit Scrip-tor, dixisse videatur. Nam quod aliàs usu receptum in graeco sermone est, ut frequenter cumulentur negativae particulae ubi nil opus esse videri poterat, eius hic contrarium obtinet: pro eo quod apertius dici poterat, ἐκ δὲ οἱ οὐδ' ἐξ ταύτης τῆς γυναίκος, οὐδ' ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐγίνοντο, omis-sa est priori loco negans particula. Sic in Euripid. Troad. vs. 481. (quod exemplum in Matthiae Gramm. Graec. pag. 888. adfertur) habes οὗς Τρῳάς, οὐδ' Ἑλληνίς etc. pro οὗς οὐδ' Τρῳάς, οὐδ' Ἑλληνίς. Similiter in Aristoph. Avib. 695.

γῆ δ', οὐδ' αἴθρ, οὐδ' οὐρανός ἦν: pro οὐδὲ γῆ, οὐδ' αἴθρ etc. S.]

31. τίξει δὲ ὀλοίτροχον) Oenomai τίξει δ' ὀλοοίτροχον [conf. Var. Lect.] non absurdum. Infra, lib. VIII. 52. ὀλοιτρόχους plerique Codd. et Suidas; quas quidem vocabuli discrepans originatione apud *Etymologum* in Voc. turbelas peperit. WESS. — Litera scribendum transposita, [immo adiecta,] Λάβδα κύει, τίξει δ' ὀλοοίτροχον: sic vulgatur in excerptis Eusebii ex Oenomao, Praepar. Ev. lib. V. pag. 224. vel ὀλοοίτροχον. Utro modo pronunciandum esset non convenit inter Grammaticos: qui nonnullos memorat, etiam minus notos, Auctor Scholii nondum editi in Hom. Iliad. v. vs. 137. [deinde vero a Villosino in Scholiis Venetis publici iuris facti] totum illud hic forte legisse non poenitebit: 'Ολοίτροχος, ὁ ἐν τῷ τρέχειν ὀλοός, ἐπὶ καταφερόμενος πᾶν τὸ ἐμπέτον βλάπτει. Δημήτριος γοῦν ὁ Γονυεύς [ὁ Γονυπίτος ed. Vill.] δασύνει, ἢ ἡ ὀλοτροχοειδὴς καὶ κατὰ πᾶν μέρος ἀσπῆριπτος· εὐτὼ δὲ καὶ Ἑρμασίας, [Ἑρμαπτίας Vill.] καὶ Νικίας, καὶ Ἀριστίας, καὶ Ἀριστόνικος. Κομανός δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῦσι καὶ παροξύνοντες, τὸ ἐπὶ τὸ (ἐν τῷ) τρέχειν [τὸν ἐπὶ τὸ τρέχειν Vill.] ὀλόν καὶ δεινόν. ἐπινηθικόν δὲ τὸ ἐπιπτόν· καὶ γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σώζεται τὸ μέτρον· καὶ δι' αὐτοὺς ἀναλογίσαι τὸ (ἀναλογίσασθαι τὸ, Od. A. 52.) [καὶ ἴδει αὐτὸ ἀναλογῆσαι τῷ,] Ἀτλαντος θυγάτηρ ὀλοοίτρονος. Δημόκριτος δὲ τὸ κυλινδρικόν σχῆμα ὀλοοίτροχον καλεῖ. Est illud scholion ex msto Cod. Basil., quem a Clar. I. I. Wetstenio habui utendum, Scholia complectente in Iliada, atque Iliadis Homereae Paraphrasin utilissimam. Pauca quaedam ex isto Scholio dederunt *Etymologus* et *Eustath.* in Iliad. N. p. 893., excitans et Herodotea ex lib. VIII. c. 52., ὀλοιτρόχους ἀπίσαν, minus illic emendate scripta, quam vulgantur apud *Suidam*; ubi quae sequuntur velut *Herodoti* in *Herodoteis* non puto reperiri; quam exhibet in *Xenophonteis* (Cyr. Anab. IV. p. 189, 11.) lectionem confirmat Cod. Ms. Paris. VALCK.

32. δικαιώσει) Oraculi ultima, δικαιώσει δὲ Κόρινθον, in *Vallae* Latinis [emendabitque Corinthum] iusto leniora sunt. *Poenae*, quibus Corinthus a Cypselidis mulctanda, praesagiuntur, seu, quod sequens complectitur responsum, [lin. 38.] πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατ' αὐτί. Vidimus lib. I. 100. κατ' ἀξίην ἐκάστου ἀδικήματος ἰδικαίει: et geminum III. 29. Plurima ex aliis P. *Leopardus* Emend. V. 9. WESS.

40. ὁ Φρύεντα) Egregia ad hanc vocem porrigitur Fr. Nansii industria in Nonni Paraphr. Ioannis cap. xxi, 59. *Acrocorinthus*, ubi fons *Pirene*, signatur. *Strabo* tamen ad asperum clivosumque urbis situm refert, ἀφ' οὗ πάντες ὁ Φρύεντα Κόρινθον εἰρήκασσι, lib. VIII. p. 586. [p. 382. v. ed. Cas.] WESS.

42. τότε δὲ τῷ Ἡρίωνι γινόμενον) Ut paulo post legitur, ἰὸν συνεδρὸν τῷ Ἡρίωνος, nempe χρηστηρίῳ: ad eandem normam hic scribendum puto, τότε δὲ, τὸ Ἡρίωνι γινόμενον ὡς ἐπύθοντο, αὐτίκα καὶ τὸ πρότερον συνῆκαν. VALCK.

54 seq. τὸ παιδίον προσουδίσαι) Inmane consilium; crudelius facinus, quod Clytemnestra Agamemnoni exprobrat in Tragicis Iphig. Aulid. vs. 1151. Βρίσκει τι τοῦμὸν σφ' προσουδίσας πάλῳ. Sic eleganter, loco προσουδίσαι, ill. Scaliger. Tale apud Suid. ὁ δὲ ἄσας μετρίωρον, προσουδίζει τι καὶ ἀποκτείνει. Qua in crudelitate Hebraei עָלָה 2. Reg. VIII, 12. et עָלָה לֵא נָפַח Psalm. CXXXVII, 9. frequentare consueverunt. WESS. — Quod dicitur, τὸ παιδίον προσουδίσαι, dixerat et Eurip., si vera est Scaligeri coniectura, in Iphig. Aul. 1151. ζῶα προσουδίζεται Porphy. apud Euseb. Praep. Ev. lib. IV. p. 174. c. Doricum ἐποουδίζειν Hesychius interpretatur κατέβαλεν ἐπὶ γῆν. VALCK.

56. τὸν λαβόντα --- προσεγίλασε τὸ παιδίον) Respicit haec *Plutarchus* in Conviv. VII. Sapient. p. 163. f. Κύψιλον οἱ πιμφθέντες ἀνελὼν νιογνὸν ὄντα, προσομιλήσαντα αὐτοῖς, ἀπετράποντο: ubi forte scripserat προσμιδήσαντα vel προσμιδιάσαντα, quae viri docti est suspicio. VALCK. — *Eustathius*, τῷ λαβόντι, sententia pari. Dulce rideat ad patrem, in carmine *Catulli* ad *Manlium*; ubi *Scaliger*, *Virgilianum* Eclog. IV., *Lacerda* probante, Incipe parve puer, qui non risere parentes, idem ait ac ad parentes, οὐ προσγιάσαντες τοὺς τοκίας. At propius huc facit *Plutarchi* in Sap. Sympos. p. 163. f. ὅν οἱ πιμφθέντες ἀνελὼν νιογνὸν ὄντα, *Cypselum*, προσομιλήσαντα αὐτοῖς ἀπετράποντο: quod nuper vir doctus ad *Nostri* narrationem dextre προσγιάσαντα aut προσμιδιάσαντα reformavit. Ego vero haud scio, an προσομιλῶν blanditias tenelli infantis et semihiante labello arridentis excludat. Vide *Plutarchi* Consol. p. 117. WESS.

70. Φέροντα κατακρύπτει) Expuli insolentissimum κατακρύβει. Talia veterum scriptis sine fulcro, sine auctori-

tate inculcare, equidem inprobo. Idem evenit [lin. 72.] *Med.* ἀπινύοντο: namque addita stabiliendo caussa, sufficiens non est, et aequè in vulgatum quadrat. Verius mox [lin. 73.] ex parte *Aldi* et *Mssorum* τὰ δὲ καὶ ἔγιντο. *WESS.* — Vide *Var. Lect. S.*

70 seq. κατακρύβει --- ἐς κυψέλην) Verbi formam nobis ex *Med.* reduxit vir *Clar.*, illam olim quidem usitam; sed hic vitiosam, quia monumentis est literarum antiquior: κατακρύπτει procul dubio revocabitur. *Cista* Corinthiis dicta κυψέλη, in qua mater infantem occultaverat, postea fuisse traditur in Iunonis templo Olympiae dedicata: sed potius crediderim, ut rei memoriam custodirent, Cypselidas, non ad exemplar veteris istius factam, arcam artificiosissimam illam dedicasse, in cuius quinque lateribus enarrandis accurata *Pausaniae* versatur eruditio lib. V. [cap. 17-19.] a p. 420. ad p. 427. Τῆς μὲν δὲ σωτηρίας εἴκηκα τοῦ Κυψέλου τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος οἱ ὀνομαζόμενοι Κυψελῖδαι τὴν Λάρνακα ἐς Ὀλυμπίαν ἀνήθισαν, ut scribit *Pausan.* p. 419. *VALCK.*

79. ἀπὸ τῆς κυψέλης) *Pausanias* τὰς δὲ λάρνακας οἱ τότε ἐκάλουν Κορίνθιοι κυψέλας, tum consona prorsus de *Cypseli* cognomine, et multa de arca ista, in Olympia dedicata a *Cypselidis*, lib. V. c. 17. cuius insculptas figuras *Dio Chrysost.* Or. XI. p. 163. v. eleganter expingit. iam κρυπτομένη [pro μαντινομίῳ, lin. 80.] latitanti seu semet occultanti, quomodo tres *Codices*, adsentire possum. *Cypselo*, cui a teneris *Bacchiadae* insidias struxerant, prudentia, ut lateribus sectaretur, auctor erat. Habet praeterea vocabulum, quod ex glossa difficulter derivabitur: nulli tamen obtrudo. Quaeramus de oraculo, quod hīc [lin. 81.] ἀμφιδίξιον χρηστήριον, et in *Vallae* Latinis *anceps*, invito *Cl. de Pauw*; cui ἀμφιδίξιον, *auspicatum*, quoniam *Cypselus*, τῷ πόντῳ, eo fretus tyrannidem invasit, liquidumque videtur. Sequor *Laurentium*, tum quod responsum omni ambiguitate liberum non sit, tum *Luciani* consensu, oraculum *Croeso* datum lib. I. 53. ἀμφιδίξιον ἔπος adpellantis *Iov.* *Tragoed.* c. 43. p. 692. *WESS.* — Istud κρυπτομένη, quod pro μαντινομίῳ veteres nonnulli *codices* praeferunt, haud dubie glossae marginali, quae κύψιλον interpretabatur κρυπτόμενον, imperite in contextum invectae, originem debet. *S.*

84. Ὀλβιος οὗτος ἀνὴρ) Principio oraculi, Ὀλβιος οὗτος ἀνὴρ, Pythia advenientem Hesiodum salutavit, si non fallit auctor *Certaminis Hesiodi et Homeri*; etiam Theseum, in responso, a Gronovio ex schedis Mediceis publicato ad lib. I. c. 65. WESS. — Oraculi illud responsum, quod in ima ora codicis Medicei ad Herod. I. 65. adscriptum Gronovius reperit, huiusmodi est: Χρητμός ἐν τοῖς Θησείας βίαις ἀναφερόμενος

Ὀλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς νῦν κατὰ λαΐνον οὐδὸν

Φοῖβου Ἀπόλλωνος χρηττήριον εἰσαναβαίνει.

Ἦλυθεν εὐνομήην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγὼ σοι

δώσω, ἣν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίαν πόλις ἔξει.

In libello qui inscribitur Ἀγὼν Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου, his verbis Hesiodus a Pythia salutatus perhibetur:

Ὀλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει

Ἡσιόδος, Μούσῃσι τετίμινος ἀθανάτητι· etc.

Vide Barnesianam *Homeri* editionem T. I. p. xxvi. S.

84. ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει) Non spernerem si codices agnoscerent Dionis lectionem, Ὀλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαφικάνει: quod Delphico templo longe mihi videtur convenientius, quam. quod *Herodoti* nobis praebent exemplaria, ἐσκαταβαίνει. Trophonius, rarius ille tamen in antro loquutus, dixisse potuit, ὃς ἐμὸν μυχὸν (vel σπῆος) ἐσκαταβαίνει: erat enim in templo Iovis Trophonii *os specus*, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt, ut scribit *Livius* XLV. 27. et usitata dicebatur loquendi forma ἐς Τροφωνίου καταβῆναι. Deus vero Delphicus dicere debuisse videtur, ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαναβαίνει, [ut est in responso, paulo ante adposito, quod Theseus accepit.] vel εἰσαφικάνει: nisi tanquam adyti forte loquatur incola Pythius; (sic in *Horatio* legebat noster ille *Tib. Hemst.*) et Cypselus in intimum Pythiae descenderit penetrale, (εἰς) πικρυττιφῶ μυχόν, *Aeschilo* dictum *Eumen.* vs. 39. VALCK.

85. Κύψιλος Ἡετίδης) *Oenomai Aikaidēs* vitium olet. *Cypseli pater Etion*; cuius patronymicum Ἡετίδης, uti *Deucalionis Δευκαλίδης*, egregie ad *Plutum Aristoph.* p. 206. *Hemsterhusio* ostendente. WESS. — Κύψιλος Aikaidēs, quod praebet *Oenomaus Euseb.* p. 233. vitiosum illud, tenue tamen, exhibet antiquae lectionis vestigium: parum enim dubito, quin fuerit sincera scriptio Κύψιλος Aikaidēs

δης, *Aetides*. Patri nomen fuit ab αἰτός dictum Ἡρίων: sicut ab ἄμαθος fluxerunt Ἡμαθία et Ἡμαθίων, *Emathion*; ab ἄημος, ἠνεμόεις etc. Nusquam inveniuntur ἠνεμος, ἡμαθος, αἰτός. Ionice quoque, et passim poëtis, aquila dicitur Αἰτός. Non itaque patronymicum Ἡρίδης, sed ab Αἰτός formari debuit Αἰτιδης. Accedit ad haec, in oraculo primum edito [supra, l. 57.] legi, Αἰτός ἐν πίτερρι κύει, τίξει δὲ λέοντα: edito secundo oraculo, non difficulter intellexerunt *Bacchiadae*, Αἰτόν esse τὸν Ἡρίωνα. Ab Αἰτός autem Αἰτιδης ortum patronymicum, ut ab altera forma nominis Ἡρίων nasci potuit Ἡριωνίδης. Docte *Eustath.* atque ad *Alexandri* fortasse *Heraclidæ* ductum, in *Iliad.* β'. p. 218, 13. [p. 288. ed. Rom.] "Εοικε, inquit, διώνυμος εἶναι ὁ Ταλαός" --- Ταλαός, ἐξ οὗ Ταλαίδης καὶ Ταλαίων, ὅθεν Ταλαϊονίδης. Vidit et *Etymologus* p. 109, 8. acque ab Ἀνέμος formatum Ἀνθιμίδης, atque ab Ἀνθιμίων Ἀνθιμιωνίδης. In talibus absurdas plerumque συγκατάς Grammatici comminiscuntur, quas egregia iam satis refutabant observata τοῦ πάνυ ad *Schol.* in *Aristoph.* *Plut.* p. 207. VALCK.

Ibid. βασιλεὺς κλεινοῦ Κορίνθου) Ex *Wesselingii* Diss. Herod. [p. 110.] discimus, κλεινοῦ, quod altero multo minus tritum est, affirmari codicis auctoritate. VALCK. — Minimi referet, eligatur-ne κλεινοῦ Κορίνθου, an κλειροῦ, in quibus scribendis variarunt librarii itidem VII. 228. WESS. — Posteriori loco κλειροῦ offerunt codd. *Arch.* et *Vind.* Hoc loco ex eisdem nullus a vulgata scriptura annotatus dissensus, sed κλειροῦ adfertur ex ora *Steph. Pass. Ask.* et *Dione*; quibuscum non modo noster *Pb.* facit, quem in *Var. Lect.* nominavi, sed et membr. *F.* in quibus nunc demum eandem animadverti scripturam. S.

86. παῖδων γε μὴν οὐκ εἶμι παῖδες) Oraculi verba haec postrema, omitta *Dioni*, tentata *Bouhierio*, enodavit *Wesseling.* in Diss. Herod. p. 111 et seq. VALCK. — *Cypselidarum* tyrannis μέχρι τριγονίας, sive in tertium successorem, continuatur a *Strabone* VIII. p. 580. [p. 378. c. ed. Cas.] ea in re *Aristotelem*, quod *Casaubonum* non fugit, secuto *Polit.* lib. V. c. 12. *Cypselum* excepit *Periander*; hunc *Psammeticus*, *Gordii* seu *Gorgiae* filius, *Cypseli* nepos. Quae si ex vero tradidit *Philosophus*, uti verissima videntur, labat fides *Apollinis*. Ne tamen mendax haberetur,

machinam versui admovit Ampl. *Bouherius* Diss. Herodot. p. 169. fingendo *παῖδων γὰρ μὴν εἰσέτι παῖδες*. Quae mihi quidem violenta videtur: *εἰσέτι* certe ex praesente tempore trahit aliquid, oraculi haud respondens indoli. Apollinis veracitas stet cadat-ve, nihil ad rem. Quod cecinit, *ἀμφιδέξιον* est, et pro more *ambiguum*; huc, ut opinor, tendens: „Cypselum regnaturum, filios quoque Periandrum „et Gorgiam:“ (namque hunc in partem dominationis fraternae venisse, ex *Plut. Sap. Conviv.* p. 160. recte colligitur. Bene ergo verbis, *καὶ παῖδες* *Dio Chrysost.* explicandi causa, *ὧν εἰς οὗτος ὁ Περίανδρος*, adposuit:) „tum Cypselum „et Lycophronem, Periandri filios, quippe morte ante „patrem obita in tyrannidis successione haud futuros: „unum tantum modo Psammetichum, Gorgiae fil. Cypseli „I. Nep. nec ullos praeterea, regno sive tyrannide in Corinthiorum civitate usurum.“ Atque hoc erit *παῖδων γὰρ μὴν οὐκέτι παῖδες*. Quae callide si conieci, manet versui sua scriptura; sin, fallax Apollo est, nec inea refert. WESS.

91. *διαπλῆξαντος τὸν βίον*) Ionum sermo pro vetere *διαπλῦσαντος* postulabat *διαπλῶσαντος*, quod utrum hic scriptum primitus fuerit, prorsus in ambiguo fluctuat. *Platonis* in *Phaedro* p. 85. D. *ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον* iucundum quidem est et poetis rhetoribusque probatum. *Πλάτῳ* vitae cursum dixit *Pindarus Olymp. Od. VI.* extr. ubi Graecus enarrator *διανῆξασθαι τὸν βίον* alià figurâ. At, quod in tot schedis *διαπλῆξαντος τὸν βίον*, haud minus venustum. Citavit *Stobaeus* ex *Musa VII. 46. ὁ θεὸς, γλυκὺν πλῆξας τὸν αἰῶνα*: quod quoniam in verbis istis varius est *Ioannes*, nunc non premo. Iambum ex *Athenaeo* lib. XI. p. 458. N. hunc habet: *Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διαπλεῖς*: et de *Pheretima*, *οὐδὲ εὖ τὴν ζῶν κατέπλεξε*, in fine *Melpomenes*; aliaque, a *Cl. Abreschio* indicata ad *Ph. Cattieri Method.* p. 71. Et si autem utrumque sua non deficiatur venere, alterutrum haud dubie ex interpretamento, emerit. *H. Stephanus* [in *Prolegom.*] de *Herodoti* Vocib. *διαπλῆξαντος* audaci criticae mutationi acceptum fert, *Valckenarius* ad *Euripid. Phoeniss.* p. 448. *διαπλῦσαντος*, culus sententiae calculum cupide adpono. WESS.

Ibid. διαπλῆξαντος τὸν βίον εὖ) Impius in Deos atque in homines iniurius *Dionysius* in suo lectulo mortuus -- eam pote-

statem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi iustam et legitimam haereditatis loco filio tradidit, ut auctor est Cicero de N. D. III. c. 35. Istiusmodi dictis sapienter respondet Athenagoras in libello *περὶ Ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*. Quae de Cypselo tradit Noster, partim firmanantur illa narratia Polyaeo V. 31. et Suidae in *Κυψελιδῶν ἀνάθημα*: ubi ad Theophrasti verba praeceptor illius comparari poterit Aristoteles Polit. V. p. 159, 21. et Oeconom. II. p. 246, 3. Fraudum ille suarum fructu facile potitus, per annos imperium exercuit triginta, tandemque ἐν τυραννίδι τὸν βίον ἐτελεύτησε, placide vitam exspiravit: hoc Herodotea dicitur phrasi, διέπλεξε τὸν βίον αὐτῷ: neque enim mea sententia dubitari potest, quin genuinum sit atque ex Mssis Herodoto restituendum διαπλέξαντος. Non hic quaeritur, recte-ne quis dicatur διαπλῦσαι τὸν βίον, quod cadere nequit in dubitationem; sed quid scripserit Herodotus. Scripsisse διαπλέξαντος demonstrant quatuor minimum scripti Codices: quis enim illud imputaret librariis? firmat usus Herodoti, cuius crudelis Pheretim vermibus erosa lib. IV. cap. ult. οὐκ εὖ τὴν ζῆν κατέπλεξε, male vitam finivit: eodem hic sensu capiendum διαπλέκειν: apud alios διαπλέκειν τὸν βίον significat vitam agere. VALCK. — Διαπλέκειν τὸν βίον Herodotus dixit, ut latine dicimus pertexere vitam, quasi vitae telam. S.

98. κατασπασάμενος τῶν πραγμάτων) Inpeditior structura Pavio et Reiskio extorsit τὰ πρήγματα, uti sermonis genius efflagitabat. Prior tamen animadvertit, neci iungique posse ἐν τινι αὐτῷ τρόπῳ τῶν πραγμάτων ἀσφαλίστητον κατασπασάμενος: neque adeo ὅν τινι τρόπῳ collocatum quo modo plerumque, vice κατ' ὅν τινι τρόπῳ. Idem in Abreschii coniecturam venit. WESS. — At res ipsa loquebatur; neque adeo sagace opus fuerat coniectore. S.

102. ἀναποδίξων τὸν κήρυκα) Persimile Aeschinis in Ctesiph. p. 81. καὶ πολλάκις ἀνιπόδιξον τὸν γραμματικά, optimeque cum hoc conpositum a G. Budaeo Comment. p. 418. belle vertente, percunctans identidem et revocans caduceatorem. Illud autem [lin. 103.] ἐκόλουε - - τινὰ - τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα imitatur Philostratus Vit. Apoll. lib. V. 36. μὴ τίμνη τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψήλους τε καὶ ὑπεραίροντας, magis tamen ex Aristotele Polit. V. 10. aliam in his narrandis viam ingresso, sicuti Aldrobandin. et Casaubon. ad Diogen. I. 100.

docuerunt. Non adstruo facti Thrasybuli expressam imaginem in Eurip. Suppl. vs. 448. WESS.

104. τῶν ἀσταχῶν ὑπερέχοντα καλούων) Ad Epistolam velut a Thrasybulo scriptam ad Periandrum, quam vel ex hac liquet historia ab otioso fuisse confictam, apud Diogen. Laërt. I. 100. multa notarunt viri docti; Menagius etiam attigit Philostrati locum de Vit. Apoll. lib. V. c. 36. ubi Romano dat Imperatori libenter audienti multo prudentius utiliusque consilium impostor Apollonius, quam Regibus veteres isti dederant sophi. Recte Theseus Euripidis, Suppl. vs. 448. *Quomodo tandem, γίνοιτ' ἂν ἰσχυρά πόλις, ὅταν τις, ὡς λειμῶνος ἥρινος στάχυν, Τόλμας ἀΦαιρῇ, καὶ πολωτίζῃ νέος;* Prava poëtae displicebat philosopho suorum civium, Atticae certe multitudinis, consuetudo, qua virtutis eminentis aestimatores invidi viros Principes ad certum tempus expellebant civitate. In re nota verbum adhibet Aristoteles Herodoti, Politic III. c. 9. Ὁ γὰρ ἐστρακισμός, inquit, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρέπον τινα τῷ καλοῦν τοὺς ὑπερέχοντας: quod [ibi] sequitur καὶ Φυγαδεύειν, ab Aristotele non videtur adiectum: conf. Polit. V. 10. Aristides T. III. p. 398. ἢ οὗτος ὁ νόμος ἐκόλουον τοὺς ὑπερέχοντας, μεθιστάντες ἔτη δίκαι. In lege quidem de Ostracismo, cuius ignoramus verba, decennium fuit definitum; sed quam illinc nobis efformavit legem Sam. Petitus p. 456. Ἐξοστρακίζεσθαι τοὺς ὑπερέχοντας τὰ δίκαι ἔτη: istis si fuisset verbis concepta, lex meo quidem iudicio foret absurdissima; dignique Legis fuissent conditores poenā, qua suos cives mulctandos censuit Heraclitus, cum amicum Hermodorum expellentes civitate dixisse viderentur, ἡμῶν μὴδὲ εἰς ὀνήσιτος ἔστω, [Laërt. IX. 2.] de nobis nemo unus excellat. Athenis etiam Homericum illud pueris occentabant, Αἰὲν ἀριστεύειν. Non itaque talem legem promulgassent Athenienses, qualem ne tyranni quidem; apud quos nobilitas pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium; quique, ut scribit Isocrat. in Epist. VI. p. 422. A. nihil aliud σκοποῦσι, πλὴν ὅπως - - τῶν πολλῶν τοὺς βελτίστους καὶ φρονιμωτάτους λυμναῶνται καὶ δασμολογῶσιν: verbo, quod vulgatur, ἀμυνοῦνται, substitui λυμναῶνται, veram, ut arbitror, lectionem: in eam sententiam plura dederunt Ez. Spanhem. ad Iulian. p. 285, 286. et I. Wasse ad Sall. Bell. Cat. c. 7. VALCK.

120. ἰς Θισπρωτοὺς --- ἐπὶ τὸ νεκυομαντήριον) Secundum nonnullos Orpheus, Eurydice mortua, ἐπὶ τὸ Ἄοργον δι' αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θισπρωτίδι ἀφίστατο· εἶναι γὰρ παλαιοὶ νεκυομαντεῖον αὐτόθι, *Pausan.* IX. p. 769. Hic animas eliciebant sua sede, rite facto Diis inferis sacrificio, quos *Comicus* propterea quis Deos dixit Μολοττικοὺς. *Hesychius*: Θεοὶ Μολοττικοί· --- ὅτι ψυχοπομπῶν ἐστὶν ἐν Μολοσσοῖς. VALCK.

121. ἐπὶ τὸ νεκυομαντήριον) Ex prisca superstitione, ab Aegypto ad Hebraeos, etsi severissima sanctione *Deuteron.* c. XVIII, 11. prohibita, cum multis aliis propagata, I. *Samuel.* XXVIII. Eadem, quid enim prava religione fertilius? eadem variis utriusque Graeciae regionibus cupide recepta, et crebro usitata. *Eustathium* inspicere, his usum ad *Homer.* p. 1667, 61. [Od. p. 410, 37. ed. Bas.] et *Plutarch.* T. II. p. 1104. D. ubi querelae rigentis Melissae. WESS.

130. ὅς νεκρῷ ἰούσῃ Μελίσσῃ ἐμίχθη) Nefarium et foedum *Periandri* facinus ex *Nic. Damasceno* excerpit *Suid.* ἐν Περιάνδρῳ. Neque neglexit, ut opinor, *Seneca* II. de Ira c. 36. Omnes denique, inquiens, alios affectus ira sibi subiicit: amorem ardentissimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, et in eorum, quos occiderant, iacuerunt complexibus: quibus in verbis si et in earum quas occiderant fingatur, nihil apertius. *Periander* certe *Melissam* suam, inmani abreptus ira, occiderat, in *Thaliae* cap. 50. WESS.

Ibid. νεκρῷ ἰούσῃ Μελίσσῃ) Ut sensus nasceretur, quem lectioni *Med.* tribuit vir clar. [Gronov.] scribi debuerat νεκρῷ Μελίσσης ἐμίχθη: qua ratione scripsit II. 89. λαμβάνειν τινα (ταρχευτήν) Φασὶ μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός: deprehensum qui rem haberet cum recente mulieris cadavere. Fidem non inveniet quod legitur apud *Hermogenem* p. 95. ἐμίχθη τις τεταρχευμένῳ σώματι: apud *Herod.* ἐμίχθη τις νεκρῷ ταρχευθεσμένῳ. Hunc in locum prior erit lectio revocanda νεκρῷ ἰούσῃ Μελίσσῃ ἐμίχθη: quibus *Periandro* non obscurum explicat *Herodotus* imaginis *Melissae* dictum: ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰππὸν Περ. τοὺς ἄρτους ἐπίβαλε. Mirifica narrat *Athen.* XIII. p. 605. F. et 606. A. Quae his proxima traduntur, Is. *Casaub.* ad Epistolam contulit *Periandri* apud *Diog. Laërt.* I. 100. qua dicitur in honorem *Melissae* *Periander* κατακαύσας καὶ τὰ πασῶν Κορινθίων εἴματα. Paulo ante se dixerat mortua *Melissa* βίγουν τε καὶ εἶναι γυνή: tractavit

ista Des. Heraldus ad Martial. X. Epigr. 50. VALCK. — Gronovius, loco olim vulgati *νεκρῇ* suo e cod. Med. *νεκρῷ* adsciscens, hancque vocem pro substantivo nomine accipiens, *ἤνεν* istam sic convertit, cum *Melissa* iam *cadavere* coierat. Multo commodius *Valla*: cum *Melissa* quamvis defuncta coierat. Quam interpretationem merito probans *Valckenarius*, revocandam priorem lectionem *νεκρῇ* censuit. Non compertum erat Viro doctissimo, istud *νεκρῷ* non uni codici Med. deberi, sed esse constantem veterum codicum omnium scripturam, *νεκρῇ* vero aut operarum errore in *Aldinam* editionem irrepsisse aut temere ab editore obtrusum *Herodoto* esse. Ad haec vocab. *νεκρός*, adiective sumtum, eadem terminatione perinde et de muliere et de viro dici posse videtur. Foemininam certe formationem *νεκρά* neque umquam legere me memini, nec ab ullo vetere Grammatico adnotatam equidem reperi: nam quod in recentioribus nonnullis Lexicis legitur, *νεκρός*, ἄ, ὄν, mortuus; foemina illa terminatio aut gratuito ficta est, aut unius huius loci, qualis olim temere editus erat, nititur auctoritate. S.

139 seq. Τοιοῦτο μὲν ἐστὶ ὑμῶν ἡ τυραννὶς etc.) Quod additur, καὶ τοιοῦτον ἔργον, hic tamdiu haerere non debuerat intactum. *Vallae* lectio Codicisque Arch. καὶ τοιούτων ἔργων, neque illa valde placet. Forsan ad τοιοῦτο μὲν ἐστὶ ὑμῶν ἡ τυραννὶς diversam quis adscripserat Codicis lectionem (καὶ τοιούτων) ἔργων. Aliis sic ista exprimeretur sententia: τοιαῦτα μὲν ἐστὶν ὑμῶν τὰ τῆς τυραννίδος, ἃ Λακεδαιμόνιοι. In proximis *Herodoti* dixisse videtur *Sosicles*: ἡμῶς δὲ αὐτοὺς τότε αὐτίκα θάψαμεν μέγα εἴχε: atque aliquis adscripsisse ad ἡμῶς αὐτοὺς) τοὺς Κερνίδους. Istiusmodi primum in margine Codicum posita interpretamenta nonnunquam perperam in *Thucydidis* suspicor irrepsisse contextum, atque illius dixisse *Periclem* p. 96. 97. [lib. I. c. 144.] non μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις, verum μὴ σφίσιν ἐπιτηδείως αὐτονομεῖν: necum sentit scriptor Scholii in Cod. Basil. p. 52. οἶμαι τὸ, τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀμάρτημα τοῦ γραφέως, ἐνθίντος τῷ κειμένῳ ὅπερ ἦν ἑρμηνεία τοῦ Σφίσι. Et huius ipsius vocis tales saepe praebent interpretationes *Thucydidi* subiecta Scholia p. 355, 29. Σφίσι) τοῖς Λακεδαιμονίοις: similiter p. 344, 63. p. 236, 86. Ponam locum ex p. 532, 25. [lib. VIII. c. 46.] uncis includens quae suspicor adiecta: οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ

μὴν σφῶν (τῶν Ἑλλήνων) ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δὲ ἱκνίων (τῶν βαρβάρων) --- μὴ ἐλευθερῶσαι. VALCK.

140. καὶ τοσούτων ἔργων) Ita ni dederit, δις ταυτὸν. Sosicles, quid negotii tyrannis, et quae ex ea, tanquam fonte, facinora scaturiant, supra recensuit. Hic iusta sermonis clausula. Malui praeterea [lin. 142.] ὅτι, quippe ad narrationem multo quam ὅτι utilius. WESS.

CAP. XCIII. 9. ἵππαντος ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις) Nolo huic molestiam creare: verum tamen si amamus, ἐλευθέρως ἅπας τις αὐτίων, potuerat relinqui. Sosicles ubi graviter orantem audierant, libere sociorum quivis elocutus est. Sic lib. VII. 46. ὃς τοπρῶτον γνώμην ἀπιδέξατο ἐλευθέρως, qui primo libere sententiam protulerat. Ceterum pro ἐπιμαρτυροῦντο [l. 11.] ex superioribus ἐπιμαρτύροντο mavult Reiskius. Ἑλλάδα vero πόλιν [lin. 12.] Gronovius exemplis adfirmavit, [ex VII. 22, 15. et VII. 115, 3 et 6.] quibus Ἑλλάς στολῇ ex Sophoclis Philoct. vs. 223. pluraque accedere possunt. WESS. — Vide Var. Lect. ad lin. 9. Istud ἵππαντος ἐλευθερῶσαι Gron. interpretatus est, dicentis (statuentis, iubentis) liberare: ubi liberare intelligi debebit pati ut liberae maneant Athenae. Nisi planissime alii codices ἐλευθέρως, et πᾶς τις dedissent, suspicari poteris loco ἐλευθερῶσαι πᾶς τις oportuisse ἐλευθέρως, καὶ πᾶς τις etc. S.

CAP. XCIV. 8. ὃς οὐκ ἀμαχητὶ εἶχε) Hic etiam vir doctus [nescio quis] hallucinabatur, dum Hippiam a patre Sigeum accepisse putabat: illuc se quidem Athenis eiectus cum suis Hippias receperat c. 65.; illinc evocatus a Lacedaemoniis c. 91. ἀνεχώρει ὀπίσω εἰς Σίγειον, c. 94. Sed Sigeum, vi atque armis a se captum, velut peculium, Pisisstratus filio notho dederat Hegesistrato. Sigeum a patre traditum tenuit Hegesistratus οὐκ ἀμαχητὶ, quippe quod, ut suum, armis saepe repeterent Mitylenaei. VALCK. — Nempe, quae de contentionibus Atheniensium et Mitylenaeorum subiiciuntur, ea ante hoc tempus, de quo nunc agitur, gesta erant. S.

Ibid. τὰ περὶ Ἑλαβεῖ) Auctoritatem Arch. amplector. Achilleum non longe Sigeo aberat. Stephanus Byz. Ἔστι πόλις ἐν τῷ Σιγαίῳ Ἀρχύλλιον: quod Berkelio displicere non debuerat. Oppidi situm et nominis caussam, fuisseque olim in Mitylenaeorum ditione, Strabo XIII. p. 896. a. [p. 600. ed.

Cas.] indicavit. WESS. — Quod doctissimo Viro placuit, τὰ περ ἔλαβε, id minime equidem sperno: et non nisi in uno licet cod. Arch. repertum, in locum alterius scripturae, τὰ παρῆλαβε; quam ex reliquis codicibus revocavi, repositum malim: nec enim composito verbo παρῆλαβε opportunus admodum hic locus esse videtur S.

γ et seqq. ἐπολέμειν γάρ, ἔκ τε Ἀχιλλείου etc.) Quae deinceps narrat, non evenerunt illa, dum imperaret Hegesistratus Sigeo. More suo, facta Sigei mentione, bellum Herodotus in transcurso commemorat de Sigeo inter Athenienses olim et Mitylenaeos gestum; forsitan ut occasionem sibi pararet Alcaei carminibus decantatum facinus narrandi. [Simillimo certe consilio multa passim episodica suis illum Historiis inseruisse novimus.] Duces ille non nominat, neque fraudem, qua Phrynonem circumvenit Atheniensem Pittacus: hanc aliunde notissimam fraudem Mitylenaei ducis, μέγιστον τῶν πεπραγμένων τῷ ἀνδρὶ, καὶ κάλλιστον ἐν ταῖς πράξεσι γινόμενον scribes, dum maligne praetermissam Herodoto calumniatur, magis Pittaci memoriam dehonestare videtur Plutarchus T. II. p. 858. A. Post illud bellum lectus arbiter Periander Cypselides Atheniensibus Sigeum adiudicavit. Mortuo Periandro Sigeum recuperasse videntur Mitylenaei; quibus illud armis abstulit deditque regendum Hegesistrato Pisistratus. Haec ista si ratione digerantur, evanescunt pleraeque difficultates, quae viros eruditos exercuerunt et Ampl. Bouhierium Diss. sur Herod. p. 165. Herodoto tribuentem et Straboni, quae mihi neuter dixisse videtur: nihil de Hegesistrato Strabo; nec sane bellum, quo Hegesistratum agitarunt Mitylenaei, a Periandro compositum scribit Herodotus. Prius illud bellum. ducibus Pittaco et Phrynone gestum, fuisse dicitur plerisque περὶ Σιγίου, etiam Schol. in Aesch. Eumen. vs. 401. περὶ τῆς Ἀχιλλεΐτιδος χώρας Diogeni Laert. I. 74. In isto loco vicino castellum extruxerant Mitylenaei, Ἀχιλλεῖον dictum, Sigeum tenentibus Atheniensibus oppositum. Demetrius Scepsius τὸ Ἀχιλλεῖον scribit ἐπιτεχισθῆναι ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων τῷ Σιγίῳ, apud Strabon. XIII. p. 896. A. [p. 600. B. ed. Cas.] hoc illis erat ὀρμητήριον: vid. Casaub. in Polyb. p. 168. [conf. Lexicon nostrum Polybianum, voce ὀρμητήριον.] Hinc Herodotus nostro capite 94. ἐπολέμειν,

inquit, ἐκ τοῦ Ἀχιλλεῖου πόλιος ὀρμεύμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἐπὶ συχρὸν, Μιτυληναῖοι τε καὶ Ἀθηναῖοι. Hi Sigeum, Achilleum Mitylenaei, belli sedem habebant et receptaculum. Quae huc spectant veterum loca dederant *Casaub.* ad Strabonem, ad *Aesch.* Stanley, Menagius ad Diogen. Laërt. et Simson in Chron. ad A. M. 3398. VALCK. — In Latinis nostris p. 502. lin. 7. pro decertarunt, commodius decertaverant scribetur. S.

15. συνεπρήξαντο) Nemo hoc recusabit. In Musae VII. 169. ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεπρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν Καμίνῳ θάνατον γινόμενον, ὑμεῖς δὲ κίνοισι τὴν ἐν Σπάρτης ἀρπαχθίσαν - - γυναῖκα: quibus neglecta ultio necis Minois et sumta ob abductam Helenam vindicta tangitur. Apertum inde, συνεπρήξαντο nihil esse aliud atque *ulti una cum Menelao raptum Helenae fuerunt*. Latina Vallae ambiguitate laborant. WESS. — Cum codice Pass. συνεπρήξαντο dare nostrum F. monui in *Var. Lect.* De codd. Paris. vero tacere ibi debueram: quum enim illi cum ed. Wess. fuerint collati, hoc ipso, quod nihil ex eis h. l. notatum est, intelligitur tenere illos scripturam olim vulgatam. S.

CAP. XCV. 2. παντοῖα καὶ ἄλλα) πολλὰ codicum imperio, et quoniam ordo erat in editis turbatior, eliminavi. WESS.

6 et seqq. πρὸς τὸ Ἀθηναίων etc.) Psephisma Sigeorum Antiq. Asiat. Ed. Chishull p. 50. EN ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ EN ΤΗΙ ΣΙΓΕΙΩΝ ΠΟΛΕΙ. Alcaeus apud Strabonem XIII. p. 895. c. [p. 600. A. ed. Cas.] ἐς Γλαυκωπὸν seu Γλαυκωποῦ ἱερὸν. En ipsa poetæ mendosissima verba: Ἀλκαῖος σῶος ἄρ' οἶν' ἐνα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλκίτηρ' ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκέρμασαν Ἀττικοί. In quis ἀλκίτηρ', galeam intelligens, Vir magnus reponit, cetera vix tangens. Equidem illa ipsa puto, quae Herodotus innuebat, fortasse olim posita: Ἀλκαῖος σῶος, ἄρ' οἱ ἐντιν δ' οὐχ. (Salvus est Alcaeus, non item arma eius: haec enim abiecerat fugiens,) αὐτὸν τὸν ἀλκίτηρ' ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκέρμασαν Ἀττικοί. Clypeum ipsum in Caesiae Minervae templo Athenienses suspenderunt: sive, quae Nostri verba, [lin. 5.] τὰ δὲ οἱ ὅπλα ἴσχυοντο Ἀθηναῖοι καὶ σφρα ἀνεκέρμασαν πρὸς τὸ Ἀθηναίων. In Alcaei dicto ἀλκίτηρ' ex Pindarico usu, alia quidem ibi notione; quae ad clypeum, periculi propulsorem, transire potuit. Si qui ἀλκίτηρ' Casauboni Herodot. T. VI. P. I.

praetulerint, fruantur arbitrio. Suspensa ego manu et haesitans in lacero sum fragmento. Certius est, *ἐπιτεθεῖς ἰς Μιτυλήνην*, in Mitylenen reposuit, perperam a Laurentio verti. Strabo melius, *κειλεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ*. Misit Alcaeus carmen Mitylenen amico Melanippo. Damascius apud Suid. καὶ δὴ γραψάμενος ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς ἐν Καρίᾳ δύο φιλοσόφους ἐπιτίθην. Redi ad lib. III. c. 43. et Cl. Reiskium Misc. Lips. T. VIII. p. 307. cuius indicio addi Athen. XI. p. 465. v. et Anna Comnena Alex. p. 39. v. poterunt. WESS.

Ibid. ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μὲν αἰ ποίησας etc.) *Ista lamentatus ad lyram Alcaeus, carmen Mitylenen mittit (ἐπιτεθεῖς ἰς Μιτυλήνην, dicta in lib. III. c. 43.) ad sodalem Melanippum, quo suam ille fugam evulgabat.* Sic interpretor Herodotea. Quo respicit Noster, ex Alcaei carmine verba quaedam depravata prostant apud Strabon. XIII. p. 895. c. cui dicitur *κειλεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ*, Ἀλκαῖος σώος ἄρ' οἶνα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτορὶν ἰς Γλαυκωπὸν ἱερὸν etc. Sensus his inesset commodus, si sic scripta legerentur: Ἀλκαῖος σώος ἄρ' οἶνα ἡ θάλασσα οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἀλεξήτηριον (corporis munimentum, τὴν ἀσπίδα:) ἰς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Atque ad haec accurate respondent Herodotea de Alcaeo: αὐτὸς μὲν Φιύγων ἐκ Φιύγης, τὰ δὲ οἱ ὅπλα ἴσχυσι Ἀθηναῖοι, καὶ εφε ἀνικρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθηναιον τὸ ἐν Σηρίῳ. Quod cuivis accidat, sibi clypeum reliquisse dedecori non futurum credidit Poëta, vir aliàs strenuus et bellicosus, μᾶλλον τοῦ δόντος πολεμικὸς γινόμενος, teste Athen. XIV. p. 627. A. Idem bellicae laudis cupidissimo evenit Archilochō: οὐ δὲ ἤδαιμαν ἂν εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαδόντες, --- ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπίβαλαν, Aelian. Var. Hist. X. 13. Archilochi tetrastichon concinnavit G. Olear. in Philostr. Vit. Apoll. II. 7. VALCK.

9. κατήλλαξε Περίανδρος) Neque hoc Strabo silentio pressit. Mirum autem maxime accidit, nullam hic pugnae retiariae, qua Pittacus Phrynonem, Atheniensium eo bello ducem, irretivit et vicit, mentionem fieri, cum optima adceset narrandi caussa. Taciturnitatis rationem non exputo. Plutarchus ex malignitate arcessit, Malign. p. 858. ut Scriptorem macula adaspergeret. WESS.

CAP. XCVI. 7. οὐκ ἰῶντας) Frequentissimum de legatis. Nec aspernabilis propterea οὐκ ἰῶντες Codicum lectio. Respice ex hoc libro c. 108. κήρυκας διέπεμπι ἐς τὴν

Ἰωνίαν, ἱπποκαλούμενός σφικας: et Cel. Gronovium lib. IV. 145. WESS. — Ad IV. 145, 9. similia exempla Gronovius conguessit ex III. 13. V. 92. et VI. 97. S.

9. σόοι εἶναι) Cur σόοι, quam σῶοι, maluerim, dictum ad lib. II. 181. WESS.

CAP. XCVII. 15. διαβαλέειν) Aristagorae fallendi studium non aliud [nisi hoc, aut certe διαβάλλειν, non μεταβαλλέειν,] desiderabat: praecedentia ostendunt, et supra c. 50. WESS.

16. τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων) Civium Atticorum numerus, qui hic ad XXX. millia, magnā ab aliis concordia aut circiter XX. millium aut paullo amplior proditur. Saepe a Grammaticis ex Demosthenis Or. I. in Aristogit. advocatur, εἰσὶν ὁμοῦ διασμέρεισι πάντες Ἀθηναῖοι: ad quae Oratoris testimonia Aristophanis, Platonis et aliorum adscripsit Cl. Taylor p. 520., non neglectā differentiae illius caussā, quae mihi quidem praecipua in flore civitatis ante Persicum et Peloponnesiacum bellum statu videtur. WESS.

Ibid. τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθ.) In historicis antiquis saepe numerum vellemus imminutum, in quo augendo modum nobis, humane loquentibus, videntur excedere: sed, librorum si tantum errores corrigendi sunt, non scriptorum velanda peccata, in talibus ego quidem scalpellum criticum non adhibuerim; in nullius scriptis segnius quam Herodoti, in numeris saepius immoderati. In historia Romana peccantem hac parte Valerium Antiatem frequenter corrigit hominisque refutat intemperantiam Livius. Hic Herod. ad viginti millia decem forte millia supra adiecit; nam solos cives Atticos sibi persuadendos habebat Aristagoras quibus ius esset ἰσχυροτάτων. Cives Attici diversis temporum articulis, aetate Cecropis, Platonis, Demosthenis, Phalerei Demetrii, semper fuisse traduntur circiter XX. millia hominum, ὁμοῦ (id est ἑγγύς, prope, circiter) διασμέρειν. Eam in rem quae dici possent protulerunt I. Meurs. Att. Lect. I. c. 1. et de Fort. Att. c. 4. S. Petit. in Legg. Att. p. 188. et P. Wesseling. in Diodori T. II. p. 271. Qui Meursio dicitur incertus auctor apud Hesychium, est Demosthenes; cuius adhibent locum Grammatici ad istam vim vocis ὁμοῦ firmandam. De numero civium Atticorum agentes haec Herodoti suo loco reliquerunt intacta, quibus

ancilla forsan e comoedia advocabitur patrona: in *Aristoph.* Ἐκκλ. vs. 1124. ista leguntur: Τίς γὰρ γίνοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος, ὅστις, πολιτῶν πλείων ἢ τρισμυρίων ὄρων τὸ πλῆθος, οὐ διδαίπνηται μόνος. VALCK.

19. Μελάνθιον) Optime ita *Vindobonae*. [conf. Var. Lect.] Non obliviscor *μηλάνθης*, at virile *Μηλάνθιον* nomen quaero. Codri pater Μίλανθος, Bacchus Μελανθίδης in celebritate versantur, neque ignotus Μελάνθιος est, quem Eurypylus obtruncat *Iliad.* Ζ'. 63. WESS.

20. ἀρχὴ κακῶν) Robur numero isti singulari ex *Eustathio* accedit et acuto *Isocratis* verbo, τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν in *Aristotel.* *Rhetor.* III. p. 137. Si qui tamen liber ἀρχικάκοι ἐγένοντο praeferret, quod *Plutarchus* *Malign.* p. 861. A. invenit, praecipuum profecto in censum veniret ob *Homeri*, Ὅς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτῆνατο νῆας εἰσας Ἀρχικάκους, *Iliad.* Ε'. 63. Luculenta profecto est imitatio. WESS. — Singularis numerus ἀρχῇ quo pacto suspectus cuiuspiam h. l. esse potuerit, non video. Nec ex eo quod in hac re Homericō vocabulo ἀρχικάκοι usus est *Plutarchus*, continuo consequitur reperisse illum h. l. id vocab. apud *Herodotum*, cuius ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο minime quidem cum ἀρχικάκοι permutatum vellem. S.

Ibid. Αὐταὶ οἱ νῆες ἀρχὴ κακῶν etc.) Ut *Med.* sic et legerunt h. l. *Eustath.* et *Valla.* *Eustathius* in Ἰλ. 4. p. 395, 19. Φησὶν Ἡρόδοτος Ἀττικὰς τινὰς νῆας, αἱ, τοῖς Ἰωσὶ πιμφθεῖσαι εἰς βοήθειαν, ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροισι. Nemo facile malevolentiam in his deprehendisset praeter *Plutarchum*, quem hic etiam coecavit obtrectandi cupiditas: malevolus audit *Plutarcho* Noster p. 861. A. ὡς Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἰωσὶ τιμωροὺς ἀποστᾶσι βασιλῆος ἀρχικάκους τολμήσας προσιπτεῖν, ὅτι τοσαύτας πόλεις καὶ τηλικαύτας Ἑλληνίδας ἐλευθεροῦν ἐπιχείρησαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων. Est ista prorsus indigna philosopho criminatio: non dixit simpliciter ἀρχικάκους, sed ἀρχικάκοις (vel ἀρχὴν κακῶν) Ἕλλησι τε καὶ βαρβάροισι: id est, Graecis Persisque ἀρχὴν τῶν πολέμων παρασχούσας. Alexandri quidem naves dixit *Homerus* Ἀρχικάκους, αἱ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γίνοντο: sed et illae ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησι τε καὶ Τρώεσσι, his πᾶσι, illorum πολλοῖς. Dies, quo primum alicui obveniunt commoda, dicitur illi ἀρχὴ πολλῶν καγαθῶν: sic qui primus malorum causa fuit, ἀρχὴ κακῶν. *Thucydidea* ex

lib. II. c. 12. adhibet *Aristid.* T. II. p. 322. Hae naves viginti, nam Athenienses εἰκοσι τμήρεσσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσυντες τοῖς Ἴωσιν, ut scribit et *Charon Lampsacenus* apud *Plut.*, hae naves Ionibus auxilio missae Darium exacerbarunt, et speciosum inferendo Graecis bello praebuerunt praetextum causamque proximam: veram tradit *Aristides* T. I. p. 209. Velut remotae caussae considerari quoque possunt superbum Atossae desiderium et medicus Democedes. Quod uxori Darii etiam *Herod.* III. c. 134. id ipsum *Xerxis* coniugi tribuit *Maxim. Tyr.* XXIX. c. 6. ἐπιθυμίῃ ἢ ἔλπεσσι γυνὴ θύραπαινίδων Λακωνίδων καὶ Ἀτθίδων καὶ Ἀργεϊάδων καὶ δι' ἐπιθυμίαν γυναικὸς - - ἡ Ἀσία ἐξοικίζεται: mihi scripsisse videtur Λακωνικῶν et Ἀργολίδων. Ἀργολίδας rectius dixisset *Aelianus*, quam Ἰαθας, de *Nat. An.* XI. c. 27. VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ὠφελίῃ) Certa haec scriptura, aut, uti ego malui, ὠφελῆ ex nationis consuetudine ad lib. II. 18. WESS.

23. τοῖσι Παίσοι) Ultimum *Laurentii* et *Arch.* schedae neglexerunt, crebra vocabuli repetitione fortasse offensae: per me licebit, ut eius consilii laudatores inpetrent. [Nisi vero αὐτοῖσι pro τοῖσι legatur, non video quo pacto abesse vocab. Παίσοι possit.] Ferre tamen non possum toties ἀπικίατο a librariis ad communiores sermonis morem formari. Ipse *Med.* ab hac se temeritate [*lin.* 19.] non continuit. Tu *Portum*, talium exemplorum promum condum, consule. WESS.

CAP. XCIX. 2. Ἐρετριῶν πέντε τμήρας) Hoc etiam indignatur *Plutarchus* T. II. p. 861. v. *Herodotum* in transcursu tantum *Eretriensium* fecisse mentionem, illorum παραιοσηπτήσαντα μέγα κατόρθωμα καὶ αἰδίδμον. His proxima *Plutarchi* hunc in modum partim ex *Codd.* sananda sunt, ut legatur: ἥδη γὰρ, ὥσπερ ἐκ τῆς Ἰωνίας συγκυχυμένης, καὶ στόλου βασιλικῷ προσπλέοντος, ἀπαντήσαντες ἔξω Κυπρίους ἐν τῷ Παιμφυλῷ πειλάγῳ κατεναυμάχησαν. Hinc illi dicuntur, Sardium acropoli incluso *Artapherne*, τὴν Μιλήτου λῦσαι πολιορκίαν: atque ista praeter ceteros narrasse traditur *Lysanias* Malloles. Miletum hoc articulo temporis a Persis obsidione cinctam, ab *Eretriensibus* liberatam quod scribit, fides sit penes auctorem. Secundum *Herodotum* etiam *Eretrienes* in *Asiam* militatum veniebant in gratiam *Milesiorum*,

qui opem ipsis tulerant in bello contra Chalcidenses: hoc Eretrienses inter et Chalcidenses bellum intelligit *Thucyd.* I. 15. quo, quod ante vix evenerat, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη: horum sensum Latinus interpres perspexit, non Graecus. Super *Lelanto*, fertilissimo campo, aquis etiam saluberrimis nobili, saepius illi bella gesserant atque ab antiquissimis temporibus: vid. ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 289. Chalcidensis *Amphidamas*, teste *Plut.* in *Conviv.* VII. Sap. p. 153. ε. πολλά πρῶτα παρασχὼν Ἐριτριῦσιν ἐν ταῖς περὶ Ἀλάντου μάχαις ἔπεισιν: errat interpres: πεδίον Ἀλάντιον dicebatur, et ὁ Ἀλάντος. Nobilius forsitan illud bellum respicit *Theognis* vs. 888. Οἱμοὶ ἀναλκείης ἀπὸ μὲν Κήρινθος ὄλωλε, Ἀλάντου δ' ἀγαθὸν κείρεται εἰνὸς πεδόν: minus ista vulgantur emendate. VALCK. — *Theognidis* versiculos emendatos edidit *Brunck.* num. 871 seq. S.

6. πόλεμον συνδήνικαν) Nulli rei hoc quidem loco est συνήνικαν. *Herodotus* I. 18. Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδήνικαν, addita αὐξήσει, qua et hic vocabulum *Vindob.* instruxit. Dabit *Iosephus* Bell. Iud. I. XIV. 4. στρατίας, --- ὅς κατ' Αἴγυπτον αὐτοῦ τῷ πατρὶ συνδήνικε. *Philo* Iud. de Agricult. p. 209. c. συνδικαίρεσθαι τὰ τοῦ πολέμου. Adde supra c. 79. et *Procopium* Bell. Goth. I. 5. et *Suidam* in *Συνδικαίρειν.* WESS.

CAP. C. 2. ἐν Κορήσσῳ) Mons *Κόρησος* aut *Κορησσός* (variatur enim in tono) altissime erigebatur stadiis ab urbe *Epheso* XL. Illi oppidum naviumque statio accubabat eiusdem nominis, cuius in scriptura, uti ante hic, etiam alibi erratur. Verior ex mastis revertit. Dixi ad *Diodorum* lib. XIV. 99. WESS.

[5 seq. ἐπί τε --- ἀπίκοντο, αἰρέουσι Σάρδεις) Idem est ac si dixisset ἐπί τε --- Σάρδεις ἀπίκοντο, αἰρέουσι αὐτάς vel τὴν πόλιν. S.]

6 seq. αἰρέουσι δὲ χωρὶς τῆς ἀκροπόλεως) Hoc solis tribuit Atheniensibus *Charon Lampsacenus* apud *Plutarch.* T. II. p. 861. D. Ἀθηναῖοι --- εἶλον τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα, χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιλείου: sic arcem vocasse monuit *Ti. Hemsterh.* in *Iuculenta de Sardinum acropoli* nota ad *Luciani* *Contempl.* p. 502. *Tzetzes* *Chil.* I. vs. 853. Ὁ δὲ Ἡρόδοτος φησιν, ὡς ὑπ' Ἀρισταγόρου τὰς Σάρδεις ἐξαπὸρθησαν πισθίντες Ἀθηναῖοι. Ere-

triensibus urbis captae honorem contribuisse videtur Lysanias. Ad mentem ferme Herodoti Aristides de Atheniensibus T. I. p. 209. ἀναβάντες, ait, εἰς Σάρδεϊς στρατιᾷ κοινῇ (una cum Ionibus atque Eretriensibus:) πορθέσαντες ὄχοντα: verius tamen ἰδόντες scripsisset quam πορθέσαντες. VALCK.

8. ἰβήυτο αὐτὸς Ἀρταφέρνης) Tot codicum ἰβήυτο progressum moratur. Productio verbi Ionica est in multitudinis numero, qualem ἰδρύατο habet lib. II. 182. At hic de uno Artapherne. Mox quidem se dabit παραγορίατο Onesilus c. 104. contra tabulas, in quibus παραγορίεο. Gronovius expressit ex Med. VIII. 113. Themistocles ἐκρίατο, ubi ἐκρίετο aut ἡτίετο alii libri. In eiusdem Uraniae c. 35. Arch. et Vind. πάντα δ' ἐπιστάτο Xerxes, reluctantibus pluribus atque ἡπίστατο offerentibus. Sunt cuncta proinde illa fidei fallacis et auctoritatis. Tamen ὠμίατο singularem numerum adsereret VI. 215. nisi nexa isthic omnia ad hunc forent modum: ἔπιμπε Ὑδάρνια καὶ τῶν ἰσρατῆγυι Ὑδάρνης ὠμίατο δὲ εἰς. Hydarnes nempe et illi quibus praeerat, profecti sunt. Et haec propter ἰβήυατο, quod Ionica magis specie, quam veritate, splendet. WESS.

CAP. CI. 1 seq. Τὸ δὲ μὴ ληλατῆσαι ἰδόντάς σφίαις τὴν πόλιν ἔσχι τὸδε) In his probarem si qui Codices darent, τοῦ δὲ μὴ ληλατῆσαι ἰδ. σφίαις τ. π. ἔσχι τὸδε: qua structura utitur Aristoph. Avs. vs. 380. Sic apud Xenoph. Ἑλλ. IV. p. 313, 40. Dercyllidas τοῦτους, τοιαῦτα λέγων, ἔσχι τοῦ μὴ ἐκπιπλῆχθαι. Scribi tamen etiam potuit: εἶδε δὲ μὴ ληλατῆσαι ἰδόντάς σφίαις τὴν πόλιν ἔσχι τὸτε ἔσαν ἐν τῇσι Σαρδ. Sic loquitur in re simillima Thucyd. I. c. 73. ὅπερ ἔσχι μὴ κατὰ πόλιν αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν: quin ipse Herod. I. c. 158. Aristodiceus, inquit, ἔσχι μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους. Dissimilia, ni fallor, erunt, quae multa poterunt obmoveri: nam non nescio Sophocleum Philoct. vs. 1235. ἔστιν ὃς σε κωλύσει τὸ δρᾶν: quaeque huius sunt classis plura. VALCK. — In vulgatam huius loci scripturam consentiunt libri, quam nec opus erat sollicitare. S.

9. τὰ περιέσχατα νιμομένου τοῦ πυρός) Scriptura τὰ ἔσχατα περινιμομένου habet quo commendetur. Sed περιέσχατα lib. I. 87. sicuti τὰ περὶ τὰ ἔσχατα eiusdem Musae c. 191. Quod subsequitur autem, οὐκ ἔχοντος ἐξήλυσιν, Laurentius accepit, ac si παρέχοντος esset; neque inprovidē, si quidem ἔχων

ea apud *Thucydidem* potestate veteres Enarratores semel iterumque explicarunt. Si tamen ex codicibus ἔχοντες erueretur, spernendum cum *Pavio* et aliis haud cense-rem. WESS.

12. διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς) Pactolum διὰ μέσων ἀφαινούμενον Σάρδων ἱεῖμα χρήματα κομίζειν hinc *Dio Chrysost.* Orat. LXXXIII. p. 659. A. et scriptorum complures. De amne *Hermo* [lin. 13.] iuxta *Phocaeam* in mare se mergente lib. I. 80. WESS.

CAP. CII. 2. Κυβήβης) Favet Galeo, Κυβίλης emendanti, verum iniuriā, *Valla*. Vulgato patroni veniunt *Hesychius*, *Eustathius*, *Suidas*, et quos plures advocavit doctissimus *Gudius* ad *Phaedri* lib. III. Fab. 20. Haec est inclamantis *Chori*, Ὁρεστέρα παμβῶτι γὰ, Μᾶτις αὐτοῦ Διὸς, Ἄ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὐχρυστον νέμεις, *Sophoclis Philoct.* vs. 390. Eadem in *Maecenatis* Epigr. Ades huc, ades *Cybebe*, fera montium dea, h. e. ὁρεστέρα *Sophoclis*; cuius ego suffragio eam Latini versus apud *Diomedem* et *Fortunatianum* scriptionem praeoptarem. Multa nuper et docta de *Cybebe* et *Maecenatis* Epigr. Cl. *Pet. Burmannus* *Secund.* Anthol. Latin. lib. I. p. 30. Porro incendii templorum in Graecia obtentus, quem [lin. 3.] Persis scriptor tribuit, arcessitus erat: verior caussa, quod deos parietibus includi negarent, templa inprobantes. Conf. *Brisson.* Reg. Pers. II. 31. etc. WESS. — Pro eo quod in *Vallae* Latinis erat, templum *Cybeles*, graecam nominis deae formam *Cybebes* cum *Gron.* tenuit Wess. S.

3. ἀντιειπίμπρασεν τὰ ἐν Ἑλλήσι ἱερά.) Hic insano tantum furori fuit praetextus: neque Persarum res sacras, nedum Asiatica templa violaverant Aegyptii, quum teste *Diodoro* I. 46. *Cambyses* ἐνέπρησε τὰ κατ' Αἰγύπτου ἱερά. De Graeciae templis a Persis vel incensis vel violatis veterum loca collegerat *B. Brisson.* de R. Pers. II. pag. 218. et seqq. Haud protrita dedit vir *Magnus* ad *Diodori* Sic. XI. 29. ubi in eam propendere videtur suspicionem, quam *Theopompus* certe verisimillimam movit, formulam illam iuris iurandi, quam Graecos ad Plataeos iurasse perhibent, ab Atheniensibus esse confictam. *Theopompi* praeceptor *Isocrati* pag. 73. B. soli dicuntur Iones illis diras imprecati, qui templa Deorum instaurarent igne Persarum violata, tanquam mo-

numenta posteris relinquenda barbarorum impietatis: τῶν ἐμπροσθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο ἢ τινες (legerim, ἢ τι τινες) οἰκοδομήσαν. Qui Persis apud Plataeas se obiecerunt Graeciae populi, plerique fuerunt Peloponnesii, in universum secundum Herod. ferme viginti: praeter Atheniensium, ceterorum utique templa non incenderant Persae, neque videri poterant facturi. Phocensium si qui forte transfugae pugnae interfuerunt nobilissimae, in Phocide unum memorat Herod. VIII. 38. Abis Apollini sacratum templum quod σολήταντες ἐνέπησαν. Huc adde templa quaedam Attica et τοὺς ἐν τῇ Ἀλκιμῆτι ναοὺς ex Pausan. Phocicis pag. 887., praeterea nullum equidem commemoratum legere me memini templum, quod in veteri Graecia Persae incenderint. Sed Ionum templa recensens Pausanias, ad quae cetera Graecorum magnificentia non poterant aequiparari, duo scribit de nobilissimis ὑπὸ Περσῶν κατακαυθῆναι: τὸν τε ἐν Σάμῳ τῆς Ἡρας (ναὸν,) καὶ ἐν Φωκαίᾳ τῆς Ἀθηνᾶς θάυμα δὲ ζῆμος ἦσαν καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς λελυμασμένοι, VII. p. 533. Pro ingenio suo Persarum hanc etiam impietatem amplificaverunt Athenienses. VALCK.

11. Εὐαλκίδει) Quidquid in hominis nomine Codices variant, de recepto nihil demuto. Εὐαλκίς, quo titulo victorem Olympiae Pausanias lib. VI. 16. memorat, Εὐαλκίδης et Εὐαλκίδια recte format. WESS.

CAP. CIII. 2. ἐπικαλειόμενον σφίσις πολλά δι' ἀγγέλων Ἀρισταγόρῳ) Sic recte Passion. et Ask. sicuti cap. 108. Onesilus κήρυκας διέπεμπε - ἐπικαλειόμενός σφίσις, activa verbi notione; quam recte etiam Gronov. h. l. in latinis expressit, in graecis quidem scripturam tenens olim vulgatam ἐπικαλειόμενος. WESS.

6 seq. πολλῶν ἐσκιυάζοντο) Prudenter Reiskius priorem abdicavit conjecturam. Simplex verbum compositi vicem obit, ut VI. 100. προδοσίην ἐσκιυάζοντο. Mox [lin. 9.] ἐκπλώσαντες τι ἔξω τὸν Ἑλλήσποντον in structura geminum habebit c. 104. φυλάξας ἐξιόντα τὸ ἄστυ. Alii maluissent, ἐκπλώσαντες ἔξω τοῦ Ἑλλ. aut ἐκπλώσαντες τοῦ Ἑλλήσποντου, qualia in Demosthene, Philostrato, atque aliis obvia. Hoc amplius, καὶ γὰρ τὴν Καῦνον etc. expeditum dedimus ad lib. II. 106. WESS. — Vide ad II. 106, 1. notata, et quem ibi citavi locum I. 86, 38 seq. S.

CAP. CIV. 5. *Εὐέλδοτος*;) Notissimus ex Pheretimaie historia lib. IV. 162., et, temporis ratio si subducatur, competet aetas. Cur autem [lin. 6.] *παρηγορίης* ex scriptis Codd. praetulerim, non repeto dicta. [Vide Adn. ad c. 100, 8.] *Portus*, vulgato praesidium paraturus, novum exorsus est commentum. WESS.

11. *στρασιώται*;) Erunt fortasse, qui de militibus (*στρατιώται*) cogitabunt; quibus, tametsi prospiciam quid pro illis dici queat, non accedo. Notissima utriusque vocabuli in Codd. commutatio diversitati occasionem, (uti lib. I. 13. III. 144. IX. 2.) dedit, in *Strabone* etiam lib. XIV. p. 992. B. [p. 674. D. ed. Cas.] ubi *Athenodorus* *ἱππὶς* λέγει μετόχῳ κακίῳ, *Boëthum*, καὶ τοὺς συστρατιώτας: atqui illi poëtae nulli milites, nulli conmilitiones veri, sed *ευστασιώται*, [quod ibi etiam codd. nonnulli nupero Editori *Strabonis* offerebant; quos ille laudavit quidem, nec tamen secutus est.] unde mox τῆς στρατίας ibidem mentio. *Συστασιώται* non ignoti *Herodoto*. WESS. — Pro scriptura *στρατ.* in *Wesselingii* Var. Lect. testis advocatus est cod. *Ask.* errore operarum, qui *Arch.* debuerant. S.

15. *ἱπολιόρκει προσκατήμενος*;) *Assidebat oppugnabatque oppidum*, *Gellius Noct. Att.* VII. c. 1. De obsidione, ut adidere *Livio*, Graecis adhibetur πόλει vel πόλιν προσκατῆσθαι. Attigit clar. *Wess.* ad *Diod.* I. p. 502. *Herodoteum* illud bis terve dedit *Pausan.* I. pag. 30. Συρακούσαις πολιορκούντις προσκατῆντο: scribi debet libro VII. p. 558. Ἡράκλειαν δὲ προσκατῆντο πολιορκούντις: et VIII. p. 681, 2. ἱπολιόρκειν προσκατίζόμενοι, ubi vulgatur προκατίζόμενοι. πολιορκία προκατίζόμενοι *Thucydidis* est, lib. I. c. 11. VALCK.

CAP. CV. 7. ὡς οὗτοι γὰρ οὐ καταπροιζονται;) In *Vallae* Latinis erat, non fuisse illos prae contemptu sui rebellaturos, non bene. Rex non inipune rebellionem ablaturus innuebat, quam eius mentem *H. Steph.* et *Portus* non praeterviderunt. Glossator mstus adscripsit ea, quae *Aristophanis* offerunt enarratores ad *Equit.* vs. 433., reddenda loco commodiore. Redi ad Cl. *Valcken.* observationem lib. III. 37. [Adnot. ad III. 36, 33.] WESS. — Non teneri hic a *Gronovio* debuisse *Vallae* interpretationem, *Valckenarius* etiam h. l. monuit. S.

9. ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν;) Cur improbatum hoc fuerit, nul-

lam, nisi in Mediceo, caussam animadverti. [Accedunt illi tamen et alii codices, πρὸς pro eis scribentes.] In Eustathio εὐξάτο ἀνθρώπων εἰς οὐρανὸν ἀφίς τὸν οἰστὸν, ridicule: ἄνω si suprapositam habeat lineam, imo etiam ubi absit, in scriptis Codd. saepe loco ἀνθρώπων ponitur: id exscriptorem fefellit, H. Stephanum minime, Dialect. pag. 49. de formula Ὡ Ζεῦ γένεσθαι, quomodo Eustath., disputantem. Dubium autem quo doctissimi viri animus distrahebatur, nunc cessat: testes infinitae formae msti conplures; tantum in verbi indole, simplici an composita, discordes. Mihi nulla hic novandi libido. Adi ad Gronovium. WESS. — Ad ἐκγενέσθαι lin. 11. monuerat Gronov. verbum εἶχεμαι intelligi. S.

. 11. Ὡ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι) Digna lectio Codicis erat Med. ἐκγινέσθαι, pro ἐκγινέσθω iure recepta, quam uno alterove exemplo communiret Gronovius, ut alibi fecerat vir clar. in alterius usus infinitivo commendando. Legitur incerti Tragicī senarius apud Etymol. pag. 346, 43. Ὡ Ζεῦ, γένεσθαι τῆςδε μ' ἐξάτην νέου: quem alibi lectum non recordor. Aeschyl. Sept. contr. Theb. vs. 259. Θεοὶ πολλοὶ, μὴ με δουλείς τυχεῖν. Adde Eurip. Suppl. 3. Aristoph. Ran. 914. Quid in istiusmodi sit votis subaudiendum, docere poterit Xenophontis Abradates Κυρ. Παιδ. VI. p. 100, 42, qui ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπιύξατο, ἀλλ' ὧ Ζεῦ μέγιστε, δὲς μοι Φανῆναι ἄξιόν μιν Πανθείας ἀνδρῶν: vel eiusdem Cyrus p. 97, 42. Ἀλλ', ὧ Ζεῦ μέγιστε, λαβεῖν μοι αὐτὸν γένοιτο ὡς βοῦλομαι. Horum prius probavit H. Steph. in App. de Dial. Att. pag. 49., sequutus Eustathium. Hic nostra quoque proferens Herodotea, Florentinam adfirmat lectionem in Iliad. β'. p. 188., 29., ἔστι καὶ παρὰ Ἡροδότῃ σχῆμά τι ὁμοιον εὐχῆς, καὶ ἱστορία τοιαύτη· Δαρίος εὐξάτο, ἄνω εἰς οὐρανὸν ἀφίς οἰστὸν, καὶ τὸν αἶμα βαλὼν, Ὡ Ζεῦ γένεσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Ut apud Herod. IV. 18., si me non fallit suspicio, ἄνω mutatum erat in ἄνοι, vel ἄνθρωποι: sic in his, pro ἄνω εἰς οὐρανὸν, ed. Rom. dabat ἀθρώπων εἰς οὐρανὸν. Absurdam lectionem correxerat et H. Steph. l. c. quam ex ἄνω πρὸς ortam perperam putat Al. Politus, in cuius Ed. p. 474. vulgari non debuerat: ἄνω πρὸς εἰς οὐρανὸν ἀφίς οἰστὸν. Scripsisse mihi videtur Herod. οἰστὸν ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν ἀπείναι. In his ἤλῃ le-
gissee videri possent de quibus Diogen. Laërt. in Prooem.

§. 9., καταγινώσκουσιν Ἡρόδοτον οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες, μὴ γάρ ἂν (ἀνω perperam Ed. Meibom.) εἰς τὸν Ἥλιον βλέπειν Εἰσέξην ἀκοντῖσαι, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν πίδαας καθεῖναι, θεοὺς ὑπὸ τῶν Μάγων παραδιδόμενους: aut certe Solem intellexerunt. Philo Bybl. apud Euseb. Praep. Ev. p. 34. c. τὰς χεῖρας ὀρέγειν εἰς τοὺς οὐρανοὺς πρὸς τὸν ἥλιον. Non ignem tantum et aquam, Solem et Mare colebant Persae; sed et coelum adorabant, ut Graeci Iovem. Persae Herodoto dicuntur lib. I. c. 131. τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες: hoc sublimis candens, quem vocant omnes Iovem. VALCK.

CAP. CVI. 11. τοιοῦτόν τι ἐπρήχθη) Quorum quidnam, olim a Valla positum, eandem monstrat lectionem, quam a Steph. repertam ex duobus Codd. Angl. enotavit Galeus, quamque restituendam censerem: κῶς δ' ἂν τῶν σῶν βουλευμάτων τούτων τί ἂν ἐπρήχθη: horum quidnam tandem esset sine tuis consiliis factum? Histiaei responso, [lin. 15 seq.] τί δ' ἂν ἐπιδημιῶν ποιῶμι ταῦτα; τιὺ δὲ ἰνδὴς ἰών; τῷ πάρα μὲν πάντα ὅσα περ σοί: congruit Magorum ad Astyagen Herodot. I. 120., sed Creontis inprimis ad Oedipum oratio in Soph. Oed. Tyr. vs. 600 et seqq. Νῦν μὲν γὰρ ἐκ σοῦ πάντ' ἄνιυ φόβου φέρω. Πῶς δὴτ' ἐμοὶ τυραννὶς ἡδίων ἔχειν Ἀρχῆς ἀλύπου; Πῶς δὴτ' ἐγὼ κτεῖν' ἂν λάβοιμ', ἀφ' οὗ ταῦτα; et ad iratum Thesea Hippolyti Eurip. vs. 1012. Μάταιος ἄρ' ἦν κοῦδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν. Ἀλλ', ὡς τυραννῆϊν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν Ἡκιστά γ'. ut locum eleganter emaculavit nuper Ier. Marklandus. VALCK.

16. πάντα ὅσα περ σοί) Multo hoc amplius, quam ὅσα Πέρσης ex Arch. Repetit et gratus agnoscit regis promissa, ἔχει τὰ περ ἂν ἐγὼ ἔχω, ἐμός τε σύσσιτος ἰὼν καὶ σύμβουλος, supra c. 24. WESS.

29. πάντα καταρτίσω ἐς τῶντ') Vulgatum καταρτίσω Portus ex καταρτίω deducit, unde χρῆμα κατηρημένον lib. III. 80. de apta re. Mihi dux et auctor est Arch., atque usus verbi in sarciendo instaurandoque frequentissimus, etiam in N. Test. tabulis. Redi ad c. 28. Sophoclis Oed. Col. vs. 71. καταρτίσων, h. e. εὐτρεπίσων, eodem vergit. WESS.

34. Σαρδῶν νῆσον τὴν μεγίστην) Malunt νήσων τὴν μεγ., non absurde, modo schedae iuberent. Noster principio lib. VI. δὲ Σαρδῶν νήσον τὴν μεγίστην ὑποδείξάμενος κατεργάσασθαι, de eodem Histiaeo. Plures olim Sardiniam inter insulas

maris mediterranei maximam perhibebant. *Scylax* Periplus sine, *μεγίστη Σαρδῶν, δεύτερα Σικελία, τρίτη Κρήτη*, errans profecto. Sed vide *Ph. Cluverium Sardiniae* c. 1. pag. 479. WESS.

Ibid. Σαρδῶν νήσον etc.) Similiter scripsit VI. 2. Hic Dario nonnihil aptius fuisset movendo, si Sardiniam *insularum maximam* vocasset Histiaeus, *νήσῳ τὴν μεγίστην*: ut supra lib. I. c. 170. Ionibus auctor fuisse dicitur Bias *πλεῖν ἐς Σαρδῶν, νήσῳ ἀπασίων μεγίστην*: quod utilissimum suum consilium, ut ab omnibus intelligeretur, carmine Philosophus explicuisse videtur: vid. *Diog. Laërt.* I. 85. Ante Biantis aetatem idem illud consilium suis Messeniis, tyrannide Lacedaemoniorum oppressis, dederat Manticlus: *Pausan.* IV. [cap. 23.] p. 336., *Μάντικλος ἐκέλευε --- πλεῖν ἔκτας ἐς Σαρδῶν κτήσασθαι μεγίστην τὴν νήσον καὶ εὐδαιμονίαν πρώτην*. Idem X. p. 836., *ἡ Σαρδῶν*, inquit, *μέγιστος καὶ εὐδαιμονία ἴσθιν ὅμοια* (sic T. Hemsterh.) *ταῖς μάλιστα ἱπαινουμέναις*: conf. *Diodor. Sic.* I. p. 341. et 343. *Wess. et Cluver. Sard. Ant.* p. 479. VALCK.

CAP. CVIII. 6. *στρατὴν πολλὴν ἄγοντα Περσικὴν*) Talis confusio sive σύγχυσις nec inconcinna neque insolens. Exemplorum affatim *D'Orvillius* conduxit ad *Chariton.* lib. III. 7. pag. 320. Mox *ἄνδρα Πέρσιν δόκιμον* [pro *προσδόκιμον*] scribentes et nectentes *Arch.* et *Valla* aberrant, turbantque orationis seriem. Satis ad redarguendos ex lib. VI. 6. *ἐπὶ δὲ Μίλτον* -- *ἦν στρατὸς προσδόκιμος*. WESS.

11. *ἐς τὴν Κύπρον*) *Ista verba, more historicorum in medio posita, aequae pertinent ad sequentia, καὶ οἱ Πέρσαι, atque ad ea quae praecedunt. Tantilla res non animadversa deceperat interpretes. Cum e Cilicia Persae navibus in oram Cypri Ciliciae traiecissent oppositam, ἦσαν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα πηξί, illinc, relictis navibus, itinere terrestri ibant versus Salamina, in altera insulae parte sitam, Syriae obiectam. Seleuciā nave profecti Paulus et Barnabas in Cyprum primum venerunt Salamina, Act. Ap. XIII, 5. mox dicuntur διελθόντες τὴν νήσον ἄχρι Πάφου. Quando Paphus in ipso fuit Orientali latere Cypri, atque hinc in Pamphyliam traiecerunt Apostoli, quod spectatissimi Codices offerunt, διελθόντες δὲ ὅλην τὴν νήσον, causae nihil est cur sperneremus.* VALCK.

14. αἱ καλεῖνται Κληίδες) Bene Masti; in Κληίδες tamēn Atticorum recentiorum, de quibus Cl. *Valckenarius* ad *Phoeniss. Euripid.* vs. 268., morem temere sectati. Isto de promontorio et insulis adiacentibus, Κληίδες πόντου καὶ ἰσχατιαὶ Σαλαμῖνος in *vetere Epigr. Anthol. lib. III. pag. 366.*, ubi *Brodaeus* docte, et *Io. Meursius* *Cypri lib. I. 27.* WESS.

CAP. CIX. 8. ἀνταγωνισμένους) Sermonis genius restituto favet: ἀποσιεύμενος, ἐπισιτεύμενος, pluraque hoc de genere in *Musis. Conf. lib. IV. c. 154. et 203.* Parvi autem referet, ἰμβαίνειν an ἐμβαίνειν eligatur: manet eadem sententia, et verborum frequens conmutatio est, sicuti *lib. VII. 128. etc.* WESS.

11. τὸ κατ' ὁμίας) Ordo rei hoc praefendum suadet. *Eligite*, inquit *Cyprii* Ionibus, *ut, quantum in vobis est, Ionia et Cyprus liberae perseverent*: quam quidem optionem τὸ κατ' ὁμίας infringit et iugulat manifesto. Τὰ κοινὰ, [*lin. 13.*] a *Galeo* probata, flocci ego facio. Οἱ ἀποσιμφοθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, a *communi Atticae civitatis legati* c. 85. τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων *lib. VI. 14.*, KOINON IONON, COMMUNE ASIAE in numis, et alia, obvia passim, vulgatum constabiliunt. Φυλάξαντας qui volent, utantur arbitrio. WESS.

CAP. CX. 5. καὶ Σολίων ἀπολίσσαντες τὸ ἄριστον) Nulla hic *Arch.* neque aliorum *Codd.* haberi ratio debuit. Σόλοι in *Cypro*, Σολίς *Ciliciae*. Auctor *Vitae Arati*, a *Petavio* publicatus: εἰς δὲ καὶ ἴτιροι Σόλοι τῆς Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι Σόλοι καλοῦνται· οἱ δὲ Κιλίκιοι, Σολίς. Quibus concinit *Diogenis Laërt. lib. I. 32.* observatio. Pravum etiam ἀποδίσσαντες, hoc certe loco, ex *levi scriptionis vitio* ortum. Dedit *lib. III. 14.* καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολίσσας, aliasque *virgines seligens*: et *τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος στρατοῦ Μαρδονίου*, sibi xxx. illa millia secernens, *lib. VIII. 101.* Talia in *Thucydide*, *Xenophonte*, et *Procopio* in primis, conplura. WESS.

CAP. CXI. 4. ὑπασπιστὴς γίνος μὲν Κάρ) Una litera perperam posita (Κάρ in καὶ transierat) latens his vulnus inflixerat: ex nullius forsā expectandam ingenio *Gronovius* opem attulit, a *Med. Cod.* subministratam. Confusae librariis literae P. et I. centena *Graecis scriptoribus* inflixerunt vitia: ex *Hezychio* nonnulla tollere coepit,

quem nobis ademptum lugemus, claro iuvenis ingenio, Io. Pierson. in Praef. ad Moer. p. 21. Fuit armiger Onesili τὸ μὲν γένος Κάρ, τὰ δὲ πολίμια κάρτα δόκιμος, καὶ ἄλλως λήματος πλός. Ubique vocem λήματος apud Herod. onerat μ male duplicatum; tollendum iam monuerat Graevius. Apte quadrant Herodotea in famulum e Caria; in cap. seq. [c. 112, 11.] forsitan et in aliis Codd. pro Κάρ, vera lectione, reperietur ὀπάων, ut legit Valla et Arch. et erat ille Car Onesili pedisequus; ὀπάων vel ὀπίων, id est ὀνηδός et ὀπίμων: hoc ipso cap. mox legitur, εἴτε πρὸς ταῦτα ὁ ὀπάων αὐτοῦ. Cares, mercede conducti, militantes κατ' ἔλκην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα, teste Strabone XIV. p. 978. A. [pag. 662. D. ed. Cas.] Singuli quoque passim apud Graecos servitutem serviebant; illinc vulgo Cariones dicti. Aristoph. Av. vs. 765., Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥσπερ Ἑξμιστῆδες. VALCK.

Ibid. γένος μὲν Κάρ, τὰ δὲ πολίμια etc.) Egrege ex Mediceo Cl. Gronovius. Πολίμια, sive πολυμήϊα ἔργα, quomodo Arch. et Vind. lib. VII. 9. iterum, Homericum redolent αἷς οὔτε μέλει πολυμήϊα ἔργα Iliad. B'. 338. et N'. 727. Iam λήματος πλός, cur integraverim, non iterum monita ad cap. 72. WESS.

17. μέγα τοι γίνεαι) Malebat D'Orvillius, si codices adicerent, μέγα τι, ad Chariton. lib. VII. 2. p. 595. At illi reluctantur; sententia Caris bona est, qui quidem cum mox ait ἡμίση συμφορῇ, priscorum opinionem probat, vinci et sterni a viro egregio et forti laudantem. Nobile Virgilianum, Aeneae magni dextra cadis, Aen. X. 830. Adi ad Ciofanium in Ovidii Metamorph. V. 191. WESS

CAP. CXII. [2. ἄκροι γινόμενοι ταύτην τὴν ἡμέραν) Benedictus in Notis criticis ad Herodoti Historias, vulgatam olim lib. I. c. 73, 18. scripturam defendens, et ὀργὴν οὐκ ἄκρος haud dubie irae non temperans significare contendens, hac nititur ratione: „quia ἄκρος saepe, ut Herod. V. 112. „indicat superior, victor.“ Non viderat vir doctus, verbis supra scriptis nullam aliam nisi eam subiectam esse sententiam, quam his Latinis commodissime Valla reddiderat, eo die strenue (potuerat perinde acriter dicere) pugnantēs. S.]

CAP. CXIII. 6. πολυμυστήρια ἄγματα) Explicant

Critici ad *Aristoph. Nub.* vs. 28. Πολιμιστήρια καλοῦνται καὶ τὰ πολυμικά ἄρματα, ἐφ' ὧν ἐπλήτης ἐπιβίβηκεν ἅμα τῷ παραβάτῃ. Melius et aptiore nomine ἡνίοχος καὶ παραβάτης sive παρυμβατής alii. Mansit itaque Salaminiis priscus ex curribus pugnandi mos, sicuti diutissime Thebanis in Boeotia, de quibus, et gemina sectatis, ad *Diodori XII.* 70. pag. 527. WESS.

11 seqq. Φιλοκύπρου δὲ τούτου etc.) *Plutarchus* consentit in *Solon.* pag. 93. A., hoc amplius, *Solonem* tradens regi auctorem fuisse, ut novam urbem, ob asperum et incommodum prioris *Lepeae* situm, conderet, quae a *Solone* deinceps Σόλοι. Non illis dissimilia Auctor *Vit. Arati*, nisi quod regem Κυπράνορα adpellet. *Io. Meursium* haec non fugerunt, *Cypri lib. I.* 7. WESS.

12. ἀπικόμενος εἰς Κύπρον) Et aliunde noveramus in *Cypro* saepius et satis diu *Solonem* fuisse commoratum: primo tamen adspectu nihil admodum ista hic ad rem facere videntur; et facile quis in eam veniret suspicionem, post ista voces aliquot intercidisse. Sed tradere voluit, ut opinor, *Herodotus*, dum moraretur apud *Philocyprum*, *Solonem* in ipsa insula *Cypro* carmina condidisse, quibus amicū istum suum collaudarit: atque id manifestum est ex parte *Elegiae*, qua Regem istum alloquebatur *Solon*, *Plutarcho* conservata in *Solone* p. 93., Νῦν δὲ σὺ μὲν Σολίοισι πολλὸν χρόνον ἐθαδ' ἀνάσσειν Τήν τε πόλιν ναλοῖς καὶ γένος ἡμίτερον. Αὐτὰρ ἐμὶ κῦν νῆϊ δοῦν κλεινῆς ἀπὸ νῆσου Ἀσκητῇ (*Hesych. ἀβλαβῇ*) πέμπτοι Κύπρις ἰστίφανος: detque illa mihi νόστον πατριδ' εἰς ἡμίτερον. In *Solone* suo, nec mirum, solito negligentior *Io. Meursius* carminum *Solonis* omisit reliquias; senarios etiam, quibus suam ipse πολιτίαν, quam constituit Athenis, descripserat elegantissimos, ex *Aristide*, *Plutarcho*, aliisque inter se collatis partim certe concinnandos. VALCK. — *Solonis* quotquot *Fragmenta* supersunt, diligenter collecta, *Brunckius* edidit in *Gnomicis Poëtis Graecis* p. 73-84. ubi versus isti in *Philocyprum*, pag. 81 seq. S.

CAP. CXIV. 7. ἱμαντεύθῃ σφι) Ad eum modum superius cap. 45. τὰ μεμαντευμένα, et *Heliodori* τὰ ἐκ νεκρίας μεμαντευμένα *Aethiop.* VII. princ., quibus nunc non adiungo λουτρά τοῖς τετραμένους μαστιγὰς, et *Philocteten* μαστιν-

τὸν τοῖς Ἀχαιοῖς ex Philostrati Heroic. II. 18. et V. 1.; hoc tamen, S. Bochartum mellificantes in Onesili calva apes recte admovisse ad Iudic. c. xiv, 9. illuminandum Hieroz. P. II. lib. iv. 10. p. 505. WESS.

CAP. CXVI. 3. Ὑμῆς) Dedi hanc scripturam Codicum consensui, reducturam c. 122. Ὑμῆς si cui placebit, caussa ex prisco Persarum sermone, quem ignoro, pendebit. Τοὺς ἐν Σάρδισι στρατιωσαμένους [lin. 5.] nec hic, neque c. 122. ob Arch. et Vindob. repudiavi. Bene Gronovius. WESS. — Veterem scripturam ἐς Σάρδεις in contextu tenuit Gronov., in Notis alteram praeferendam censuit. S.

CAP. CXVII. 3. Περκώτην) Puro fonte si manerunt in Ethnicographo Περκώτη, πάλαι Περκώπη, haud spreverim ex schedis Περκώπη. In Strabone [lib. XIII. pag. 590. v. ed. Cas.] nunc quidem, καὶ ἔτι πάλαι Περκώτη μετανομασμένη ὁ τόπος: unde si Stephanus sua depromserit, uti credibile, Περκώπη ibidem fuit. Poëtae modo Περκώτη, alibi Περκώπη Iliad. A'. 229., ubi Eustath., ἡ δὲ Περκώπη αὕτη, ἑτέρα ἰσὶ παρὰ τὴν διὰ τοῦ τ, nescio quo iure. Eadem enim urbs ad Hellespontum, cuius in nomine Homeri Codices olim aequae variarunt ac Herodotei. WESS. — Apud Strab. I. c. Tzschuckius T. V. pag. 293. praeceuntibus Mssis una voce ἡ Περκώπη edens, Politum laudavit ad Eustath. in Homer. T. II. pag. 771. De eadem urbe conferri possunt quae a Casaub. et a nobis ad Athenaeum notata sunt, Animadvers. T. I. p. 225. et praesertim p. 499. S.

CAP. CXVIII. 5. ἐκ τῆς Ἰδριᾶδος) Regionis nomen instauravi, expugnatus Stephani verbis, Ἰδριᾶς πόλις τῆς Καρίας: quae quidem antea Chrysaoris et Hecatesia cum diceretur. ab ipso, ubi posita erat, tractu cognomen duxit. In Περσέων titulo [lin. 7.] nihil novatur, numis et Diodoro XVI. 74. ΠΙΣΩΔΑΡΟΣ: nihil quoque in Κινδυῖος, [lin. 8.] cui suo periculo Κινδύος: a Cnido Cariae, Nob. Palmerius substituit, oblitus Cnidum gentile Κνιδίων formare: Berglerus malebat Ἀλινδῖος, ex Alindis Cariae ap. Arrianum Ἀναβ. I. 24. Equidem nihil demuto, siquidem Κινδύς, Κινδύη, et Diana Κινδυᾶς in Cariae finibus apud Polybium [XVI. 12, 3.] et Strabonem lib. XIV. p. 972. [pag. 658. v. ed. Cas.] cum Casauboni observatione. Caricum autem hoc bellum Herodot. T. VI. P. I.

Demon in Schol. ad Plut. *Aristoph.* vs. 1003., egregia *Hemsterhusii* opera adiutus, indicaverat. WESS.

[8. τοῦ Κιλίκων βασιλέως Συννέσιος) Conf. VII. 98, 4. et *Wesseling.* ad I. 74, 16. S.]

CAP. CXIX. 7. ἐς Λάβρανδα) Superstitiosa membranae *Medic.* veneratio (vere *Hemsterhusius*) Λάβρανδα *Herodoto* inculcavit. Urbis nomen amanuensium alii Λάβρανδα, nonnulli pingebant Λάβρινδα, quam utramque scriptionem Florentiae atque alibi combinarunt. Λαβρὸν olim *Lydi* et *Cares* securim adpellabant, teste *Plut.* Quaest. Gr. p. 302. A., hinc Λάβρινδα. *Straboni* et numis Λάβρανδα, *Iupiterque* Λαβρανδηνός, qui frequentius Λαβρανδεύς, lib. XIV. pag. 973. Quid de *Aeliano* dicam, cui ex λάβρων καὶ πολλῶν υἱαὶ *Iupiter* iste? Errat insuper, Κάριον et Στράτιον confundens *Iovem* lib. XII. de *Anim.* c. 30. Cautior *Strabo*, de quo antea ad *Herod.* I. 171. WESS.

Ibid. κατελήθησαν ἐς Λάβρανδα) Enarrat *Herodotea*, et cum *Demonis* fragmento comparat *Ti. Hemsterh.* ad *Schol.* in *Aristoph.* *Plut.* pag. 355. ex cuius eruditissima coniectura scripserit *Demon*: τῶν Καρῶν περὶ τοῦ πολέμου πρὸς τῷ τοῦ Λαβρανδῆος ἄλλου βουλευσαμένων. *Herodotus* ἱρὸν μέγα τι fuisse scribit καὶ ἅγιον ἄλλος πλατανίστων: cui et alibi permutantur voces ἱρὸν et ἄλλος, ut VI. c. 78. et 79. τὸ ἄλλος τοῦ Ἄργου: τὸ ἱρὸν, et τὸ τίμενος: ubi mox ἄτε γὰρ πυκνοῦ ἰόντος τοῦ ἄλλος. In hoc *Labrandensis Iovis* luco sacellum probabiliter fuit, in quo staret *Iupiter* Στράτιος manu gestans securim. Exquirat in Quaest. Gr. *Plutarch.* p. 301. r. cur manu teneret τοῦ Λαβρανδῆος Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πίλεον ἡμέρον? *Iupiter* Στράτιος aeo recentiori colebatur et alibi terrarum, *Herodoti* forsitan aetate nusquam nisi in *Caria*, vel saltem a *Caribus* solis. Istis interiectis de *Iove* *Stratio*, vacula sibi usitata redorditur orationem *Herodotus*: [lin. 10.] Κατελήθητες ὧν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλευέοντο περὶ σωτηρίας: his ex libro *Med.* vocolam δὲ inseruit *Gronov.* quam omissam mallet: in eundem sensum scribi quoque potuerat, κατελήθητες δὲ οὗτοι, hi, inquam, huc in unum coacti de rei summa deliberabant: ut aliis δὲ, sic etiam *Nostro* frequentatur: vid. *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* pag. 322. et in *Obs. Miscell.* III. p. 419. VALCK.

CAP. CXX. 7. πισόντων δὲ πολλῶν) Si confirmare-

tur aliunde, non esset absurda lectio, quam margo prae-
bet Ed. Steph. πεισόντων δὲ τῶν πάντων πολλῶν, Μιλήσιοι
μάστιγα ἐπλήγησαν: quum in universum multi cecidissent in
praelio, Milesii tamen maximam prae ceteris cladem accepe-
runt. Demon in Schol. ad Arist. Plut. p. 357., οἱ Μιλήσιοι - -
παύδαμὶ τοῖς Καρσὶ βοηθήσαντες, καὶ τοῖς Πέρσαις μετ' ἐκείνων συμ-
βαλόντες, σχεδὸν πάντες ἀπέθανον. Quod in Herodoteis est πλη-
γῆς, ubi eodem modo ponitur a Thucydide III. 18., recte
explicatur a Schol. μεγάλως νικηθέντες. Πληγὴ γάρ, inquit,
κατὰ πόλιν, καὶ τραῦμα, ἢ ἰσχυρὰ ἥττα. Herodotus aori-
stos primos pass. adhibet prae secundis; non hic tamen
scripsisset πληγθέντες, [aut ἐπλήγησαν,] quod et inusita-
tum recentioribus: in Schol. ad Aristoph. Av. vs. 1402.,
πληγῆς mutandum videtur in παταχθεῖς: ne hoc quidem
apud veteres Atticos invenietur, neque etiam παταχῆς,
quod viri docti putabant restituendum Lysiae p. 15., ubi
pro ποδῆς legendum sine controversia πληγῆς. Actor at-
tice dicitur παταῖαι: qui patitur, πληγῆναι. Ad minuta ta-
lia homines eruditi saepe non satis attenderunt. VALCK.

CAP. CXXI. 1. Μετὰ δὲ, τοῦτο τὸ τραῦμα etc.) Ve-
rior talis distinctio. [Vide Var. Lect.] Debent, quae se-
quuntur verba, [ἀνίλαβόν τε καὶ ἀνυμαχέσαντο,] suum sibi
ex more habere. [Scilicet pro ἀνιμάχ. male ἱμαχέσαντο est
in Arch. et Vind. quod in Var. Lect. adnotare neglexi.]
Praeit scriptor lib. VII. 231. ὁ μὲν (Aristides) ἀνίλαβε πᾶ-
σαν ἐπινοχθεῖσαν οἱ αἰτίνην: tum VIII. 109. νενικημένους ἀναμά-
χισθαι τε καὶ ἀναλαβεῖν τὴν προτέρην κκρότητα. Neque Diodorus
aliter XVI. 19. ἀνυμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν
ἥτταν, saepeque alias ἀνιμάχεσθαι τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα. Nam
τραῦμα Herodoteo sermone tantundem ac ἥτταν sive ἐλάττω-
μα valere, in dubio non est. WESS.

4. ἐλόχησαν) Debetur scriptis libris. Ἐλόχησαν - -
τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας lib. VI. 138. et saepiuscule. Foe-
dior in connexis macula atque ad tollendum difficilis.
Aldinum ἐπὶ Δάσῳ nullo commendatur merito: si ΕΠΙ-
ΔΑΣΩΙ scribatur, una aberit littera ab ἐν Πηδᾶσῳ, cui
Gronovius primas dedit. At ea Cariae urbs Πῆδασα Polybio,
Straboni, Stephano, et Eustathio, Homericam Pedasum du-
dum eviluisse docenti ad Poëtam p. 623, 23. [ad Iliad. Z'.
p. 476, 21. ed. Bas.] Ubi vero ἐπὶ Πηδᾶσοισι pingetur,

res procedet, sed Codicum patrocinio defecta. *Vallae* Latina, in via quae in *Mylasa* fert, ex Graecis τὴν ἐπὶ Μυλάσοισι ὁδὸν, magis sunt, sive *Mylasorum* in *Caria* situs consideretur, seu insidiarum architectus *Heraclides*, domo *Mylassensis*, acconmodata. Accedit ἐπὶ Λαυτοῖσι, mutilate scriptum in *Arch.* et *Vind.*, neque sibilans neglecta obest, qualis in multis ΜΤΑΑΣΕΩΝ numis. Equidem *Vallae* praeiudicio paene abripior, et vix mihi tempero. Maneat tamen ἐν Πηδάσῳ, donec aliunde *Mylasis* tutela; succurratque Πηδάσος [sive Πηδάσον] in *Caricae Stratoniciae* vicinia apud *Strabon.* lib. XII. p. 909. D. [p. 611. c. ed. Cas.] WESS.

Ibid. τὴν ἐν Πηδάσῳ ὁδὸν) ἐν Πηδάσῳ posuit in marg. *Stephanus*: illinc fluxit quod ante *Gronov.* vulgabatur ἐπὶ Δάσῳ. Eodem errore vulgatur in *Allegor. Homer. Heracliti* p. 420., ἢ ἐπὶ θυάδι μάχη: ubi corrigi debet ἢ ἐν πιδιάδι μάχη, aut, si quis illud malit ut usitatius, ἢ ἐπὶ πιδιάδι μάχη. Pro diversis lectionibus, ἐπὶ Δάσῳ, ἐν Πηδάσῳ, ἐν Πηδάσῳ, duo Codices offerunt in *Diss. Herod.* τὴν ἐπὶ Λαυτοῖσι ὁδόν. Suspicio ad vocem Πηδάσῳ olim correctionem adscriptam δασεῦσι, quae facile degenerarit in Δάσοισι. Quid *Valla* legerit incertum est; nam *Mylassensis* *Heraclides* in vicinis memoratus menti scribentis offerre potuit *Cariae Mylassa*. Mihi maxime fit verisimile scriptum ab *Herod.* τὴν ἐν Πηδάσεῦσιν ὁδόν. Urbem ille Πηδάσα, quantum recorder, non nominat; sed incolae istius tractus ipsi dicuntur aliquoties Πηδάσεις, I. 175. VIII. 104. et 105. VI. 20., τὰ ὑπεράκρια ἔδωσαν Καρσί Πηδάσεῦσι ἐκτῆσθαι. Diceretur autem ἢ ἐν Πηδάσεῦσιν ὁδός, ut via dicebatur in *Phocide* ἢ ἐν *Φωκιῇσιν* ὁδός. Saepe memorant τὰς ἐν *Φωκιῇσι* πόλεις: τῶν πόλεων τῶν ἐν *Φωκιῇσι*, *Demosth.* p. 210. *Philostratus* p. 842. dixit τὴν εὐθὺς *Φωκίων* τε καὶ *Δελφῶν* ὁδόν. *Xenoph.* Ἑλλ. VII. 362, 17. ἐν ταῖς συμβολαῖς τῆς τε ἐπ' *Εὐτρησίῳ* καὶ τῆς ἐπὶ *Μιδίᾳς* ὁδοῦ: ad hoc exemplum hic quoque scribi potuit τὴν ἐπὶ Πηδάσῳ vel Πηδάσεῖων ὁδόν, viam quae duceret in regionem *Pedasensium*, vel *Pedasa*. VALCK.

CAP. CXXII. 7. Αἰολίης πάντας ὅσοι τὴν Ἰλῖάδα νέμονται) *Galei* miror iudicium, veram lectionem esse scribentis Αἰολῖδα. Virum doctissimum deceperat, ut puto, locus lib. VI. c. 8. ubi mentio fit Αἰολίων ὅσοι τὴν Αἰολίδα.

γῆν ἤμονται: ista hinc illuc male translata suspicor, ubi Λέσβον exhibent Codices et *Valla*. Hic autem scripserat, opinor, *Herodotus* Αἰολίας π. ὅσοι γῆν Ἰλιάδα, vel τὴν Ἰλιάδα γῆν ἤμονται: quam hic lectionem vicina satis adfirmant et dux Persarum mortuus ἐν τῇ Τρωάδι. Supra c. 94. cum ab Atheniensibus occupatam ut suam urbem, Mitylenaei Sigeum repeterent, contendebant Athenienses, οὐδὲν μᾶλλον Αἰολῦσι μετιὸν τῆς Ἰλιάδος χώρας, καὶ τοῖσι ἄλλοις. Oram maritimam ab Abydo Cumam usque quia tenebant olim omnem propemodum *Aeoles*, totum istum tractum Αἰολίδα dixerat *Ephorus*, teste *Strabone* XIII. p. 896. v. [p. 600. c. ed. Cas.] Quos cepit *Gergithios* sive Γέργιθας, [lin. 8.] *Teucrorum* veterum reliquias, quo Troadis loco sitam urbem incoluerint discere licet ex *Herod.* VII. c. 43. VALCK.

7. τὴν Ἰλιάδα) Ἐλιάδα *Arch.* pravum est, neque cum Galeo Αἰολίδα scribendum. Persarum in *Aeolidem* post pauca sequetur expeditio, ante quam *Aeolenses*, Iliadem oram incolentes, eorumdem vincentium iugum subierunt. Dabit tales *Aeolenses* cap. 94. huius Musae, et lib. I. 151. Vidit et *Cl. Pavius*. WESS.

CAP. CXXIV. 2. ψυχὴν οὐκ ἄκρος) *Laurentius* mentis non compos, male de *Aristagora*; quippe, quod rerum series declarat, mentis nequaquam alienatae. Animi constantiam metus illi excusserat. Ἄκροι τὰ πελίσμια, acres in bello VII. 111., νησὶ ἄκροι γινόμενοι Iones in praelio navali strenui cap. 112. superius; [Nollem ibi νησὶ cum ἄκροι a viro doctissimo iunctum: νησὶ ibi ad ὑπεριβάλλοντο referatur, classe superarunt.] alibi ἄκρη ἀρετὴν, et ἄκρος ὀργὴν, de quo lib. I. 73. *Pindari* ἀκρόσοφος *Od. Olymp.* XI. extrema et ψυχὴν ἄκρος non longe distant, etsi animi audacem constantiam posterius magis exprimat. Consequens δὲ [ead. lin.] *Reiskius* inductum, *Pavius* οἱ παραξας, sibi et in rem suam turbans, mutatum mavult: ego eius possessionem non turbo. WESS.

9. ἄγροι ἐς ἀποικίην) Hoc praetuli. Verba sunt consulenti et interroganti *Aristagorae*. Qui vero ἄγροι ex pristino ἄγροι finxerunt docti homines, illud insuper habuerunt ἐπίχρσι [lin. 10.] ex iisdem schedis non laudo. Conatus *Histiaei* significatur, ut c. 23. WESS.

CAP. CXXVI. 8. πόλιν περικατήμενος) Ἐννία ὁδοῦς,

Novem vias, in quarum vicinia deinde *Amphipolis* ab Atheniensibus condita, et xxxiii. quidem annis post Aristagorae cladem, egregio auctore *Thucydide* lib. IV. 102. Atticae coloniae tempus in Olymp. lxxviii. aut sequentis initium incurrit, hinc Aristagorae et comitum strages in Olymp. lxx. Confer *Diodor.* XII. 68. et *Ed. Corsinum* Fast. pag. 184. Tomi III. Quod accedet, *Laurentii Vallae* meritis locabitur. Accusatur [*Valla* ab *H. Stephano*] ob *Miletum* in virile nomen conversam: mihi criminatio anceps. Ecce tibi eius Latina ex principe editione: cuius sententia praecipue erat abeundi in *Myrcinum*, demandata *Mileto Pythagorae* viro inter populares probato procuratore *Mileti*. Aufer inde duo postrema, quae *Vallae* non videntur, quis color accusationi? Immo vero ut isthic leguntur, liquido ne declarant insimulantium actionem? WESS.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SEXTUM.

CAP. I. 2. μιμημένος ὑπὸ Δαρίου) Nihil haberet, cur in contemptum μιμημένος veniret ex Fragm. *Regio*, Ionum consuetudine idem ac vulgare μεθεμένος: immo vero lites praecideret, quibus receptum μιμημένος vexatur. Obstat posterioris in his libris iteratio V. 108. VII. 229., mirae quidem αὐξήσεως, sed Herodoteae apud *Portum*. WESS. — Nempe quasi simplex verbum esset μετώ, idem valens ac μεθήμι, dimitto. S.

10. τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔβραψας μὲν σὺ) Dictum proverbiale, quo scitissime usus *Gregorius* est *Naz.*, ut culpam tot regionum, in Mesopotamia Persis cessarum, a *Ioviano Imp.* in *Julianum* verteret, *Stelit.* II. p. 118. c. καὶ τὸ τοῦ Ἡρόδοτου περὶ τῆς Σαμίων τυραννίδος καιρὸς εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔβραψε μὲν Ἰστιαῖος, ὑπιδύσατο (ὑπιδήσατο) δὲ Ἀρισταγόρας. Hinc hausit *Nicephorus*, [*Hist. Eccl. lib. X. c. 38.*] quem antestatus *Gronovius* est. Quod autem haec proxime antevertit εὐτω τοῖς Ἰστιαῖς, mutari οὐ καὶ τοῖς Ἰστιαῖς [quod *Reiskio* visum erat,] non debuerat. *Artaphernes* voluit, *Ita*, *Histiace*, quod ad haec negotia attinet, sese habet. WESS.

Ibid. τοῦτο τὸ ὑπόδημα etc.) Explicat *Tzetzes* *Chil.* III. vs. 524. et IX. vs. 240. τὴν ὑπόθεσιν δίδωκεν Ἰστιαῖος, Ἐς τέλος δ' ἐξεπύρανε αὐτὴν Ἀρισταγόρας: sed ipsi fraudis architecto *Histiaceo* dixit ista satrapa, non *Dario*. Proverbii vim obtinuisse *Herodotea* liquet ex *Diogeniani* *Cent.* VIII. *Prov.* 49. *Cleonem* τὸν *Βυρσοδέψην*, decebant ista in *Aristoph.* *Eq.* vs. 314., *Οἷδ'* ἐγὼ τὸ πρῶγμα τοῦδ' εἶναι πάλαι καττύεσθαι. VALCK.

CAP. II. [6. ὑπιδύει τῶν Ἴωνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρίον πολέμου) *Herodotea* verborum traiection, quorum na-

turalis series haec erat: ὑπέδυνε τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου τῶν Ἰώνων πρὸς Δαρειὸν. S.]

CAP. III. 4. τὴν μὲν γενομένην etc.) Videri potest ab absurditate longe abesse priscorum Codicum τὴν μὲν νυν ἐν αὐτοῖσι etc. veram apud ipsos caussam non aperuit. Vicinum admodum lib. III. 65. τοῦτο ἐς ὑμῶν ἐκφῆναι. Nec recipio tamen. Ordo, ut saepiuscule, turbatior consulto; iuncta valuit οὐ μάλα ἐξέφαινε αὐτοῖσι. Histiaei autem de Ionum μετακίσιμῳ commentum, ad perterrefaciendos satis erat adpositum, siquidem et Assyriorum et Persarum institutis respondens. Quid enim illi Hierosolymitanis testati fuerint olim, tanquam re minime dubia, docemur II. Regum c. XVIII, 32. Persarum mos superiore tangitur libro c. 14. et post pauca cap. 9. De Philippo Macedone Iustinus culte, VIII. 5. Reversus in regnum, ut pecora pastores nunc in hibernos, nunc in aestivos saltus traiciunt, sic ille populos et urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaedam loca videbantur, ad libidinem suam transfert. Mitto Romanos. WESS.

8. οὐδὲν τι πάντως) In coniecturam Abreschii, longe certissimam, hoc inciderat. Redi modo ad lib. V. 65. WESS.

CAP. IV. 1. δι' ἀγγέλου ποιούμενος (Ἐρμῖππου) Docto viro [Reiskio] placere δι' ἀγγέλου ποιούμενος non potuit, proptereaque δι' ἀγγέλου ποιούμενος, nexis vocibus, instauranti. Erant utique priscorum in castris δι' ἀγγέλου ad mandata ultro citroque transferenda; quales optiones et tesserarii Latinorum, δι' ἀγγέλου καὶ διοπτῆρες, ex Plutarchi versione in Galb. p. 1063. F., qui Sympos. p. 678. D. quoque. δι' γὰρ οὐχ, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ, δι' ἀγγέλοις -- χρῆσθαι. Noster autem, quantum recorder, vocabulo usus nunquam fuit: immo vero sicubi usurpasset, non obtrudere huic loco. Satis videbitur ex lib. VIII. 134. ὁ Ἀμφιδάμωος διὰ χρηστηρίων ποιούμενος, quippe dictionem dubitatione et correctione liberans. Gentile Ἀταρνεύτης Cl. Valckenarius lib. I. 160. illustravit. WESS.

CAP. V. 8. ἀπωστὸς τῆς ἰωνοῦ γίνται) Acquiesco in Gronovii iudicio: certe necessaria non est praepositio. Sophocles Aisc. 1044. Τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀπορριφθήσομαι: et Oedip. Tyr. vs. 649. ἡ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἡ κτεῖναι λαβών. Pluribus nihil opus erit. WESS.

CAP. VII. 3. ἔπιμπον προβούλους) Docuit ex Philosopho (Polit. IV. 14.) *Budaeus*, προβούλους in Graeciae civitatibus fuisse, qui ante sedulo consultarent, quam ad populum deliberanda referrentur; atque inde Athenis προβουλεύειν, προβουλεύματα, apud Oratores, *Demosthenem*, *Aeschinem*, *Lysiam*, quibus atque *Harpocrati* molestus non sum. Πρόβουλοι hic sunt legati, ad commune Ionum de gentis salute consultum missi, uti lib. I. 170. Tales πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, simili caussa ad Isthmum missi lib. VII. 172. indice *Porto*. *WESS.*

Ibid. ἔπιμπον προβούλους - - ἰς Πανιώνιον) De XII. Ioniae civitatibus foederatis octo tantum ad illud commune gentis concilium suos hoc tempore misisse videntur legatos, de re summa consultaturos; totidem enim tantum memorantur cap. seq. quae pro suis quaeque viribus naves adversus Persas instruxerint. Praeter istas in Πανιώνιον convenire sueverant Ephesii, Colophonii, Lebedii, et Clazomenii. Recenset istas duodecim civitates *Herod.* lib. I. cap. 142., quae de gentis nomine templum Πανιώνιον dictum condiderint, cuius sui generis alios nullos voluerint esse participes: vide *Clar. Vesseling.* ad *Diodori* lib. XV. cap. 49. Praeter ceteros τοῦ Πανωνίου meminerunt *Diogen. Laërt.* I. 40. *Pausan.* VII. [cap. 3. et 4.] p. 529. 532. *Max. Tyr.* XXVII. 2. vid. *Append. Vatic.* Prov. II. 43. et IV. 11. *VALCK.*

9. ἰς Λάδην) Insulam *Ladam*, e regione Mileti iacentem, *Gronov.* ad *Arrian.* Ἀναβ. lib. I. 19. docte declaravit. *WESS.*

CAP. VIII. 3. Αἰολίων οἱ Λίσβον νίμονται) Possessionem tandem recipiavit, quod vi deiectum fuerat. Ferri non possunt Αἰολίς, ὅσοι τὴν Αἰολίδα γῆν νίμονται. Cui enim bono talis Aeolensium designatio? et cur nulli nominatim Aeolenses in sociorum catalogo? Contra ea Φωκαίων δὲ εἵχοντο Λίσβιοι νησι ἰβδομήκοντα: quibus inconmoda utique statio, ni reductum valeat. *Aeolicae civitates* aliae in continente, insulares aliae, et inter has *Lesbus*, lib. I. 151. *Steph. Byz.* in Αἰολία verissime, λέγονται καὶ οἱ τὴν Λίσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς. *Cl. de Pauw*, cuius par opinio, fuisse olim quibusdam in schedis, ὅσοι vel οἱ τὴν Αἰολίδα γῆν νίμονται, atque inde corruptae scripturae natales arbitratur. *WESS.*

6. καὶ Μυούσιοι) Etsi ex *Arch.* lectione numerus navium rotundetur, prava est; peior *Vallae*. Recurritur ad διττογραφίαν, quam admittentes vulgatae merito primas tribuunt. Facinus ego librarii censeo, corruptis *Μησίων* vocabulis offensi. WESS.

CAP. IX. 8. ἐπιλεγόμενοι συλλέξαντες) Lene hoc; asperimum atque aures stridule radens ἐπιλεγόμενοι ἔλξαν συλλέξαντες. Cur retinebimus illud insititium, quod suam in secuturis [lin. 13.] sedem occupat? Exterminetur proinde Codicum imperio, qui continuo [lin. 10.] ad doctorum suspicionem iustissime ἀρχίων. Simile mendum in *Aldo* lib. I. 192. Rem supra exposuit lib. V. 37. WESS.

10. καταλθόντες τῶν ἀρχαίων) Τῶν ἀρχίων vel absque Codicibus, sed certe recipi debuisset ab *Arch.* oblatum et a *Valla*. Infra c. 13. Aeaces ab Aristagora ἀπιστήρη τὴν ἀρχὴν, κατὰπερ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι: frequenter τυραννίδος et ἀρχῆς κατάλυσις memorantur. Perperam posita distinctio locum obscuravit *Xenophontis* Ἑλλ. V. p. 331, 7. sic ista vulgari debuerant: τοὺς - - βουληθέντας Λακεδαιμονίοις τὴν πόλιν δουλιεῖν, ὥστε αὐτοὶ τυραννῖν, τὴν τούτων ἀρχὴν ἐπὶ τὰ μόνον τῶν φυγόντων ἤρκεσαν καταλῦσαι. Similis accusativus non intellectus lib. VI. pag. 347, 17., peperit nobis additamentum, ni fallor, *Xenophonteis* interiectum ibid. vs. 26-29. quo sine iactura careremus. VALCK.

14. τοὺς γὰρ ἐγὼ τοῦ ἑκάστος) Pulcre ita pro scriptoris consuetudine: iterum cap. 10. ἑκάστος ἐς τοὺς ἐαυτοῦ ἐξαγγελόμενος, saepeque aliàs. [Vide vero Var. Lect.] Quamquam autem ἐμπρήσεται, quod deinceps, [lin. 18.] de minantium sententia nihil deminuit; moveor praestantium *Mastorum* praeiudicio, ut ἐμπρήσεται contemptui ne sit: sive enim secuturam brevi templorum conflagrationem velis, seu ea *Atticorum* sumas forma, qua πεπράσεται, monitoribus *Grammaticis*, *Thoma M.*, *Moeride*, aliisque, vicem praestabitur obit, minis accommodatum manebit. Vide lib. V. 105. WESS.

18. οὔτε τὰ ἱερὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπρήσεται) Hoc an ἐμπρήσεται ex *Med.* praeferendum sit, vix poterit constitui, quum utrumque sit ad normam veterum; quos imitatus *Pausan.* IV. p. 297., scripsit συλήσεται δὲ σφισι καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς πατρίδας ἐμπρήσεται. Alterius generis apud *Ari-*

stophanem inveniuntur *πεπράξεται, ἀποκεκρίονται, κεκλαύσεται, πεπλήξεται, ἐγγεγράφεται, κεκλήσομαι, κληθήσεται*: postremum restituendum est in Nubib. vs. 1310. et forsitan in Eurip. Herc. Fur. vs. 729. pro *γνήσεται*, nisi praeferendum sit *διδήσεται*. Hoc ubi Moeris adnotavit, plura dedit Cl. Pearson. p. 123 seq. Herodotus τὰ ἱερά et τὰ ἴδια similiter opponit c. 13. et lib. VIII. 109. ait, Persa τὰ ἱερά καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἱκοίετο, ἐμπιπράς etc. *Deorum templa designans per τὰ ἱερά, per τὰ ἴδια non privatorum tantum aedes, sed quaevis, templis aliisque locis sacris exceptis, aedificia civitatum praesertim publica, qualia veteribus τοῖς ἱεροῖς opposita ὅσια dicuntur. Plerumque quidem per ἱερά et ὅσια, sacra et profana, intelliguntur apud veteres χρήματα: nonnquam vero designantur et οἰκοδομήματα. Haeret in Isocratis Areopag. turpis menda p. 153. v. τὴν δημοκρατίαν οὕτω κοσμήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις: urbem vertit Wolf. exornatam templis et sacrificiis: emendandum esse καὶ τοῖς ὀσίοις, demonstrant haec Harpocratonis in Ὅσιον: Ἰσοκράτης Ἀριστοκρατικῶ, Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὀσίοις: istum locum H. Steph. ceterique dimiserant intactum. Eosdem quos Isocrates, saepe laudat Demosthenes, qui Athenarum urbem templis exornaverant aliisque publicis aedificiis, velut in Olynth. III. p. 15., δημόσια μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα πεπεσκυῖαν ἡμῖν ἱερῶν et pag. 101, 46. contr. Androtion. p. 386, 24. quae loca Ciceroni obversabantur I. in Verr. c. 21. et Sallustio Bel. Cat. c. XII. ubi notat Ios. Wasse. VALCK.*

21. *Μεγιστὴ ἐπιηράζοντες*) Laurentii, haec eis damna dicite eventura, iure Pavius explodit. Persae, minis uti defungerentur, volebant. Idem Raphelius ad Matth. c. v, 44. perspexit, scholiaste Thucydidis advocato, ad quem lib. I. 27. praeclara Cl. Wasse, tum quoque Des. Heraldus erudita disputatione contra Salmasium, Animadvers. ad Ius Attic. et Rom. lib. II. 15. WESS.

CAP. XI. 4. *ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς*) Ad Homeri exemplum, quod Stephanus ostendit, Iliad. K'. 173. πάντισσιν ἐπὶ ξυροῦ ἴσταται ἀκμῆς: pro quo Synes. de Regn. p. 21. v. νῦν γὰρ πάντες ἐπὶ ξυροῦ ἴστανται ἀκμῆς. Itaque τῆς articulum, Poëtae, Longino, codicibusque invisum, delevi. Iunge P. Burmann. in Phaedri lib. V. 8, 1. WESS.

Ibid. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς) Phocaeensis ista Dionysii Longinus in exemplum advocat hyperbati, sect. xxi, 4. monetque, ὡς μὴ δοκῶν ἰσκειμμένα λίγιν, ἀλλ' ἠναγκασμένα, Herodotum invertisse dicendorum ordinem, quae naturali suo situ sic secundum Longinum fuissent collocanda: Ὡς ἄνδρες Ἴωνες, νῦν καιρὸς ἐστὶν ὑμῖν πόνους ἐπιδύχεσθαι ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ὑμῖν τὰ πράγματα. Homericum illud expresserunt Theognis vs. 557. κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς: et auctor Epigramm. Ἀκμᾶς ἵστακυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα παῖσαν, apud Plutarch. et Aristid. T. III. p. 648. [Vide Analect. Brunkii T. I. p. 133.] Sed haec Herodoti, quaeque sequuntur, ἢ εἶναι ἐλευθέροις ἢ δούλοις, Aristides imitatur in Themistocle T. III. p. 303. ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἱστηκότος, (ἢ) εἶναι τὴν Ἑλλάδα ἢ μὴ: id est σωθῆναι ἢ ἀπολλέσθαι, ut recte Schol. explanat. Herodotei quoque Dionysii forte meminerat Livius dum ista Locrensem legatum Romae dicentem faciebat, lib. XXIX. 17. In discrimine est nunc humanum genus, utrum vos, an Carthaginienses, principes orbis terrarum videat. Frequentatur in talibus ἀκμή. Demosth. p. 37, 56. ταῦτα - - - πρότερον μὲν ἐνὶ ποιεῖν, νῦν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἦκει τὴν ἀκμὴν. Eurip. Phoen. vs. 1088. Ἀκμὴν γ' ἐπ' αὐτὴν (ἦλθον.) Ionas suos docere voluit Dionysius, in novacula stantem occasionem esseprehendendam, cuius opportunitatem frustra quaererent amissam; atque adeo, ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, Ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, Aristoph. Plut. vs. 255. VALCK.

7. τάλαιπωρίας ἐνδύχεσθαι) Amplius hoc, quam receptum ex Medic. τάλαιπωρίην δύναισθαι. Post pauca τετρυμένοι τάλαιπωρίῃσι, explicatque Longinus πόνους ἐπιδύχεσθαι, nullq propterea merito vapulans. Quod eius autem in schedis τάλαιπωρίας ἐνδύχεσθαι, id leviter aberrat, nec mutari in prima editione τάλαιπωρίας ἐνέχεσθαι debuerat, super quo Zach. Pearce ad elegantissimum scriptorem. WESS.

Ibid. ἢν μὲν βούλησθε τάλαιπωρίην δύναισθαι) Mediceae vulgatae olim lectionem praeferrem, τάλαιπωρίας ἐνδύναισθαι: hoc Herodoteum est: paulo post Iones τετρυμένοι dicuntur τάλαιπωρίῃσι. ἐνδύναισθαι Codices etiam adfirmant Longini, cuius quod prima praefert Ed. τάλαιπωρίας ἐνέχεσθαι, probari non debebat ut genuinum Za. Pearcio. Sententia dicti satis est perspicua: molestias si velitis subire, labore vobis libertatem

parabitis; ut optima quaevis et iucundissima non nisi primum impensa opera comparari solent: labor enim voluptasque, dissimillima naturâ, societate quadam inter se naturali sunt iuncta, ut vere scribit Livi^{us} V. 2. Cyrus Xenoph. Κυρ. Παιδ. I. p. 15. πόνον τοῦ ζῆν ἡδέως ἠγεμόνα νομίζετι: sic ista legit Longin. xxviii, 4. Dionys. Halic. T. II. p. 317, 23. οὐδὲν τῶν μεγάλων μικρῶν ἐστὶ πόνον ὄντων. Forte non alibi lectum Musonii dictum nobis egregium servavit Gellius Noct. Att. XVI. 1. Ἄν τι πράξης καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόρος αἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένω: apte quadrant ista Herodoteis. VALCK.

13. θῶν τὰ ἴσα νημόντων) Recurret simili in negotio c. 109. Diversius abit de officiorum iustis vicibus hoc Alcibiadis τὰ ἴσα νημων, τὰ ὅμοια ἀνταξιούτω, Thucyd. VI. 16. Porro πολλὸν ἱλασσώσεσθαι [lin. 15.] nihil pravi habere, indicatum ad lib. V. 35. WESS.

15. ἱλασσωθήσεσθαι) Nisi Codices etiam alii concinerent Med. revocarem ἱλασσώσεσθαι. Mos veterum, quibus praeivit Herodotus, pro passivis interdum adhibentium futura media, et ab aliis fuit affirmatus, et luculentis exemplis a Io. Piersono ad Moer. [p. 13. et 367.] VALCK.

CAP. XII. 3. Quod hic legitur, ἀνάγων ἰκίστοτε ἐπὶ κίρας (ut et cap. 14.) τὰς νείας, id est, ἀλλήλαις ἀκολουθούσας: id Thucydidi semper, ut puto, dicitur et Xenophonti ἐπὶ κίρας. Apud illum πλιῦσαι naves dicuntur ἐπὶ κίρας, lib. VI. c. 52. et 50. VIII. 104. Ἀναχθίνας ἐπὶ κίρας habet Xenoph. Ἑλλ. I. p. 264, 44. et huius Herodoti simillimo loco VI. p. 343, 34. ubi Dionysii providentiam aemulatus Iphicrates exercendi gratia ἐπὶ κίρας ἦγε. [et opponuntur ibi ἐπὶ κίρας ἄγειν (τὰς νῆας,) et ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν.] Vid. Grammius ad Schol. in Thucyd. p. 653. et Davis. ad Mar. Tyr. [Dissert. XII. sect. 3.] p. 540. VALCK. — De formulâ ἐπὶ κίρας, quae Herodoto ἐπὶ κίρας est, conferri possunt quae ad Athen. XIII. 568. e. notavimus. Quae autem continua longa serie, alia post aliam, incedunt naves; eadem levi facta conversione eodem longo ordine stant alia iuxta aliam; ut apud Thucyd. VIII. 104. Atque ita apud Athen. XIII. 568. e. et f. et p. 569. b. puellae ἐφεξῆς ἐπὶ κίρας τεταγμέναι sunt longa serie alia iuxta aliam stantes. Qui apud Nostrum (mox c. 14, 2.) ἀντανῆγον τὰς νείας ἐπὶ κίρας, eos

mox navibus leviter conversis ex adverso navium hostilium stetisse intelligitur. Hoc loco, in quo versamur, Dionysius, ἀνάγων ἐπὶ κέρως τὰς νῆας, binis longis ordinibus eduxisse naves videtur; quae, postquam in altum sunt evectae, levi facta utrimque conversione frontem fronti oppositam habebant: quo facto remiges in illo decursionis nauticae genere, qui διέκπλους vocatur, exercebantur; de quo consuli possunt Schol. ad *Thucyd.* I. 49. et quae ex *Ernesti* Indice graecitatis Polybianae in nostrum *Lexicon Polyb.* p. 158. transtulimus. Apud *Xenophontem* Ἑλλαν. I. 6, 22. Athenienses ad Arginusas aciem ita instruxerunt ut plures navium ordines alius post alium starent, (nempe non ἐπὶ κέρως, sed quod idem *Xenoph.* lib. VI. c. 2, 18. ἐπὶ Φάλαγγος dicit,) ne τῷ διέκπλῳ hostium daretur locus. S.

7. δι' ἡμέρας) Reddi hoc non debebat quotidie; sed per totum diem, pro δι' ἡμέρας ἕλης. *Herodoto* quoque scribitur δι' ἡμέρας, I. 97. II. 173. et VII. 210. Semel tantum recte cepit *Valla*. Apud *Athen.* IV. p. 168. c. ait *Amphis*, Πίνονα' ἐκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας. Apud eundem lib. X. p. 417. c. *Eubulus*, ἀνδρῶν ἀρίστων ἰσθίειν δι' ἡμέρας; et lib. XI. p. 463. v. *Ion Chius*, ἴτω διὰ νυκτὸς αἰοιδῆ. Similiter adhibentur διὰ βίου, δι' ἐνιαυτοῦ, δι' ἔτους. *Hesych.* Δι' ἔτους, δι' ὅλου τοῦ ἔτους. Attigit hunc usum *Casaubon.* in *Athen.* VII. c. 1. [Animadvers. T. IV. nuperae edit. p. 12.] *VALCK.* — Quod [lin. 5.] ait καὶ τοὺς ἐπιβάτας ὀπλίταις, commodè *Schneiderus* in *Lexic. crit.* ὀπλίταιν h. l. intelligit exercere in armis. S.

9. τετρυμμένοι) Multum ab huius efficacia τετρυμμένοι *Arch. abest.* Vide I. 22. II. 129. *Appianus* Bell. Civ. II. [c. 30.] p. 735. καὶ ἰσχυρίζοντο - τὴν στρατιάν τοῦ Καίσαρος τετρυμένην τε πόνοι καὶ χρόνῳ: in quo tamen et *Polybio* saepiuscule τετρυμμένος et τετρυμμένος, ubi non oportuerat. [Loca vide in *Lexico* nostro *Polybiano* et in *Indice Graecitatis Appianae* indicata.] Iam τίνα δαιμόνων παραβάντες [lin. 11.] ex ποῖτα, Quo numine laeso, recte *Portus*; convenitque *Heliodori* extr. lib. VII. Aeth. ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ ὄρεοις καὶ θεοῖς, τοῖς παραβαθεῖσι. *WESS.*

11. τὰδε ἀναπίμπλαμεν) Imitatus *Pausan.* ἐν ᾄδῳ, inquit, καὶ ἀναπίμπλησιν, lib. X. [c. 28.] p. 867. Mox, ἐκπλάσαντες ἐκ τοῦ νόου, [lin. 12.] supra fuit illustratum ad

III. c. 155. In seqq. ἐπιτρέψαντες ἡμῶς ἰωῦτοὺς ἔχομεν, [lin. 14.] *Vallae* non intellectum, ponitur pro ἐπιτρέψαμεν ἡμῶς: ut I. 28. τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις: I. 37. ἀποκηρίσας ἔχεις: et aliquoties alibi. Similem usum attigi ad III. 87. VALCK.

CAP. XIII. 2 seqq. παρ' Αἰάντος τοῦ Συλοσῶντος etc.) Nullum hic desideramus supplementum, ubi aptissime singula ad se invicem respondent: παρ' Αἰάντος -- κίλινους --- ἰδίκοντο τοὺς λόγους: his ad evitandam obscuritatem more suo quaedam interiecit. [Ante κίλινους l. 3. rectius delebitur comma, quod e superioribus editt. adhaesit.] Quod sequitur κατιφαίνετο, [lin. 7.] alibi neminem offenderet; sed, si variant Codices, scribi commode poterit: ἅμα δὲ καὶ ἰφαίνετό (vel καὶ κατιφαίνετό) σφι εἶναι ἀδύνατα, τὰ βασιλῆος πρηγματὰ ὑπερβαλίσθαι: sicuti scripsit de Aristagora V. 124. πρὸς δὲ οἱ καὶ ἀδύνατα ἰφαίνετο βασιλῆα Δαρεῖον ὑπερβαλίσθαι. Pro ἀδύνατον, ἀδύνατα ponere solent *Herod.* et *Thucyd.* atque hoc nostro quoque cap. praebet margo *Steph.* [et codd. nonnulli.] Tum Samii praeterea dicuntur [lin. 9 seq.] εὖ ἰπιστάμενοι, ὥς εἰ καὶ τὸ παρεὶν ναυτικὸν ὑπερβαλοῖτο τὸν Δαρεῖον, ἄλλο σφι παρέσται πινταπλήσιον: in his leniter corrigendum censeo τοῦ Δαρείου: opponuntur τὸ παρεὶν τοῦ Δαρείου ναυτικόν, et τὸ παρεσόμενον: infelix prostat viri docti tentamen. Intelligebant facile perspicaciores, si forte nunc de Persis victoriam reportarent, illam non finem, sed causam maioris belli fore, quod suos postea docuit Themistocles apud *Iustin.* II. 12. [τοῦ Δαρείου tenui, a *Schaefero* et *Borh.* ex *Reiskii* et *Valck.* coniect. adscitum. Poterat et τὸ Δαρείου scribi. In *Var. Lect.* monere debueram, τὸν Δαρεῖον legi in superioribus edd. omnibus et msstis, quoad quidem novimus, *Vallae* tamen latina praesentem *Darii classem* habent.] Samii tandem, videntes *Ionas* [lin. 12 seq.] ἀρνευμένους εἶναι χρηστούς, ἐν κέρδει ἰποιεῖντο περιποιῆσαι τὰ τι ἰρὰ τὰ σφίτερά καὶ τὰ ἴδια. Miror cur τὰ ἰρὰ τὰ σφίτερά potius scripserit, quam τὰ σφίτερά ἴδια: his alibi dixit τὰ ἰρὰ καὶ τὰ ἴδια. [At percommode τὰ σφιγ. tam ad τὰ ἰρὰ quam ad τὰ ἴδια refertur.] Ex codd. restituetur ἀρνευμένους: vid. *Wess.* Diss. *Herod.* p. 187. Ne illud quidem spreverim, quod, *Vallae* lectum, margo praebet *Steph.* ὁ δὲ Αἰάνης, παρ' οὗ τοὺς λόγους ἰδίκοντο [lin. 15.] οἱ Σάμιοι, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶν-

τος τοῦ Αἰάκειος. De illo vid. ad lib. III. c. 139. VALCK.

5. οἱ Σάμιοι) Haec duo si nusquam essent, uti post pauca [lin. 15.] in quibusdam Codicibus nimia liberalitate [immo vero satis opportune] sunt addita, scribereturque ὀρίοντες ὧν ἅμα μὲν εἰς. tum ἰδόντες, ἅμα δὲ κατιφ., scabrum omne orationi deficeret. Ego tamen contra tabulas nihil innovo: inserta οἱ Σάμιοι ὧν cursum sermonis turbarunt nonnihil, desideraruntque deinceps τοὺς λόγους. Hinc ἀνακούλυνον quoddam. [ab Herodoti quidem stylo non abhorrens.] Mox quoque [lin. 7. et 9.] κατιφαινέτο σφι, et εὖ τι ἐπιστάμενοι, structuram dant haud omnibus communem, Nostro non insolitam. Vide supra, I. 19. WESS.

9 seq. εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοῖατο τὸν Δαρεῖον) Arbitror τὸν Δαρεῖον hinc amoliendum, adscitum fortasse ex lib. V. 124. ἀδύνατα εἶφαινετο βασιλῆα Δαρεῖον ὑπερβαλίσθαι: aliorum certe si ierit, nihil amplius inpediti: idem ut Pavius consequeretur, ὑπερβάλοιτο τὸν Δαρεῖον scripsit, praesentem Gracorum classem, Darium superaturam, intelligens: at πενταπλήσιον, continuo succedens, Persicam sibi classem postulat, quintuplo maiorem, si qua Graeci victores abiissent, adfuturam. Lenior Reiskii ναυτικὸν ὑπερβαλοῖατο τοῦ Δαρεῖου medicina. WESS. — Confer superiorem Valckenarii adnotationem. S.

12. ἀρνευμένους εἶναι χρηστούς) Frequens οὐ βουλομένους vim legitimo fecit, cui vindicias non negavi. Ἀρνεῖσθαι et οὐ βούλεισθαι saepe tantundem valere, nemo ignorat: inde glossae origo. Ἀπαρνεύμενον ποιεῖν offerent schedae lib. VI. 69. Euripidesque, καὶ νῦν γε Φημί, κοῦκ ἀπαρνοῦμαι τέκνον Electr. vs. 1057. Alia, olim producta, nunc non moror, consensione Cl. Wassei Indic. Thucydid. voce Κέρδος contentus. De Aeace et Sylosonte [lin. 15.] vide lib. III. 139. WESS.

CAP. XIV. [2. ἀνῆγον -- ταῖς νέας ἐπὶ κέραις) Vide ad cap. 12, 3. notata. S.]

9. πλὴν ἑνδεκά νῶν) Fallunt libri δέκα exhibentes, arguunturque Pausaniae verbis lib. VII. 10. ἐπὶ μὲν γε Δαρεῖου -- Σαμίων, πλὴν ἐνός τε καὶ δέκα ἀνδρῶν, τῶν ἄλλων τριηράρχων τὸ ναυτικὸν τῶν Ἰωῶν περδόντων. Undecim enim viri, [quos dicit Pausan.] totidem sunt navium praefecti. Quod deinceps in codicibus ἰδοῖκε, [pro ἔδωκε, lin. 11.] si καὶ σφιας.

τῷ καὶ τῶν Σαμ. ἰδοὺς legeretur et alia novam induerent formam, arripi posset: quam equidem novandi audaciam aversor. WESS.

CAP. XV. 8. μετ' ὀλίγων συμμαχῶν μεμουνωμένοι) Tale Thucydidis μοναχὸς μετ' ὀλίγων τῶν ξυμβαλόντων lib. VI. 101. nec Iosephi diversum in Histor. Vitae c. 18., nequaquam ab Abreschio neglectum, quem ad Aeschylī Pers. vs. 736. inspicie. WESS.

CAP. XVI. 7. ἰόντων τῇσι γυναῖξι αὐτ. Θεομοφορίων) Varias enumerans gentes Io. Meursius, quibus hoc festum fuerit muliebri, Ephesios omisit et Agrigentinos. Vide Polyae. V. 1, 1. In proximis, [lin. 9.] quam elisit vicina, vox οὐδὲν ex Arch. et Valla potuerat revocari: οὐτε προσηκουότες ὅπως εἶχε περὶ τῶν Χίων οὐδὲν, ἰδόντες τε etc. VALCK. — Qui ex Arch. περὶ τῶν Χίων οὐδὲν malunt, fidem Th. Galei sequuntur, sed fallacem: nam οὐδὲν schedae istae ignorant. Bene vero [lin. 8.] ὡς εἶχε Cl. Gronov. ad Arriani Exp. Alex. lib. I. 14. dudum tuitus est. WESS.

CAP. XVII. 5. γαύλους δὲ ἰδῶντα καταδύσας) Non displiceret καταλύσας, si naves exsolutas et dimissas indicare posset: comoda tum acceptae pecuniae mentio. Verum καταλύσας scribarum lapsui debetur, qualis illis in verbis saepe obviis, atque ad Diodorum XIV. 49. notatus. Dionysius Phocaeensis sive navigia illa merserit, seu fregit et exarmarit, (utrumque enim καταδύειν ambitu suo complectitur, indice Suida ex Scholiis ad Thucyd. I. 54.) neutrum absolvisse videtur, nisi egesta prius pecunia et interversa. Aliud qui hic venantur, nimium suspicaces sunt. WESS. — Nempe καταρτύσας corrigendum Reiskius censuerat. S.

Ibid. γαύλους -- καταδύσας) Vitiosa codicis est Arch. lectio καταλύσας: qualis obtinet et apud Diodor. Sic. T. I. p. 426, 53. emendata a Clar. Wesseling. Recte apud eundem legitur p. 480, 80. πολλὰς μὲν τῶν νῶν κατέδυσε: conf. p. 511, 30. 549, 60. et 550, 80. ubi distinguuntur ista duo, τριήρεις κατέδυσε, et ἀχρήστους ἐποίησαν: prius eidem dicitur καταβυβίσαι T. II. p. 29, 50. Καταδύσαι νῆας praeter ceteros frequentat Herodotus, γαύλους Φοινικίους etiam alibi commemorans; vid. Clar. Alberti ad Hesych. in voc. Γαῦλοι. VALCK.

Herodot. T. VI. P. I.

K.

CAP. XVIII [4. κατ' ἄκρης] Nota formula, Homero etiam et Thucydidi frequentata. Proprie, inde a summo vertice, a capite, ab arce; de urbe penitus omni ex parte capta et expugnata: „cum enim caput et summitas „oppidi occupata est, (sic perspecte *Syburg.* ad Etymolog. p. 494, 36.) de ceteris parum laboratur.“ Ista formulae origo manifeste respicitur apud Nostrum VI. 82, 14. Imperitorum Grammaticorum inventum est, κατ' ἄκρας vel κατ' ἄκρας idem ac κατὰ κράτος sonare. Conf. *Heynii* Observ. ad Iliad. N. 772. Mox lin. 6. ὅστι συμπεσειν τὸ πάθος εἶτο. proprie, ut, quod accidit urbi, coïnciderit, congruerit cum oraculi responso, in illam edito. S.]

CAP. XIX. 4. τὴν δὲ παρενθήκην) Male in *Arch.* divellitur. *Phrynichus*, Ἐνθήκη τὸ μὲν παρενθήκη, ὅπως ὑπὸ Ἡροδότου εἴρηται, ὑπερὶ οὐ φέρεται: cuius promissi in Eclogis nulla nunc, nisi aberravi, vestigia. Est in *Musa* I. 186. VII. 5. et 171. et *Plutarcho* ex imitatione, ὁ δὲ παρενθήκην λόγου τὸ βλασφημεῖν --- ποιούμενος. Prave παρενθήκη editur *Malign.* p. 855. v. Rectius *Aristides* T. II. p. 124. eiusque *Scholias* *Oraculum Argivis editum* infra refertur c. 77. **WESS.**

11. τοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις) *Pinxi* Διδύμοις, [maiusculà literà initio vocis] uti par erat: nomen enim proprium, et loco ἰν Διδύμοις, sicuti brevi post. *Sophocles* τὸν Ἀβαισι ναόν, *Oed. Tyr.* vs. 919. ad eundem posuit modum. Interpretis, erit aliis delubri cura gemellis, mutata sunt. De Persis crinitis [κομήταις, lin. 10. et 14.] post *Brisson.* docte *Sam. Bochartus*, *Hieroz.* Part. I. lib. III. 9. p. 816. **WESS.**

15. ἰστέον δὲ τὸ ἰν Διδύμοις ὁ νηός τε) Sic aliquoties apud *Herod.* ἰστέον et νηός distinguuntur. *Thucyd.* V. c. 18. τὸ δ' ἰστέον καὶ τὸν νηόν τὸν ἰν Δελφοῖς. In talibus veluti pars totius templi, τοῦ ἱεροῦ, consideratur ὁ ναός, et cella sive Dei sedes per τὸν ναόν est intelligenda, atque id ipsum, quod vocant σηκόν. Huc pertinet minus intellecta, quam tradit *Ammonius*, [p. 96.] vocum ναός et σηκός differentia, *Poëtis* certe non observata. *Pollux* excitat e tragoedia deperdita, ἀγνόν εἰς σηκόν θιοῦ: ubi locus ἔνθα καθιδρύομεν (τοὺς θιοὺς) Σηκός dicitur: *Eurip.* *Rhes.* vs. 501. εἰς Ἀθάνας σηκόν ἔννευχος μολῶν Κλέφας ἄγκλημα. *Lucian.* in *Amor.* T. II. p. 412. Δόξαν εὖν ἔλην τὴν θιόν ἰδεῖν, εἰς τὸ κατόπιν τοῦ σηκοῦ περιήλθομεν: ante

dixerat, ἔσω τοῦ νεῶ παρήμεν. In Excerptis ex Diodoro T. II. p. 568. τὸ περὶ Δαδώνην μαντείην συλήσας, ἐνέπερσε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ: dici quoque potuisset πλὴν τοῦ ναοῦ. Idem dixit T. I. p. 18. ἰδρύσασθαι ἱερὸν -- καὶ ναοὺς χρυσοῦς δύο: aureas istas aediculas templum, ni fallor, complectebatur. *Lesbonax* in *Protrept.* p. 170, 37. ἱερά -- κοσμήσαντες ναοὺς καὶ βωμοὺς καὶ ἀγάλμασι. Similiter apud *Herod.* IV. c. 108. ἱερά memorantur κατισκευασμένα ἀγάλμασι τε καὶ βωμοῖσι καὶ νηοῖσι: et legitur lib. II. c. 170. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηναίης, ὅπισθε τοῦ νηοῦ. Nonnulla dedit *Clar. Duker.* ad *Thucyd.* p. 291, *Mirror* adeo quod legitur apud *Philostr.* Vit. *Apoll.* II. 20. νεῶν πρὸ τοῦ τείχους ἰδεῖν Φασιν, -- καὶ κατισκευάσθαι τι ἱερὸν ἐν αὐτῷ. VALCK. — Ἱερὸν, latiore sensu, (sicut *τίμενος*) tota intelligitur area deo consecrata simul cum aedibus sacris in illa exstructis. Νεὸς est aedes deo sacrata: a qua quum h. l. distinguatur oraculum, (exserte enim dicit ὁ νεὸς τε καὶ τὸ χρηστήριον,) intelligendum χρηστήριον fuerit interior aedis pars, cella et dei sedes, ubi responsa deus edebat. S.

16. συληθέντα ἐν ἐπιμυρατῷ) Variis locis *Strabo* a Xerxe incensum spoliatumque, *Branchidis* adiutoribus, oraculum perhibet; *Callisthenem*, opinor, in *Gestis Alexandri* rebus secutus, *Geogr.* lib. XVII. p. 1168. et XIV. p. 941. [p. 814. et 634. ed. *Cas.*] *Curtii* eodem tendit narratio lib. VII. 5. et *Aeliani* apud *Suid.* in Βραγχίδαι. Quid illis fiet, verax si auctor *Herodotus*? WESS.

17. πολλὰκις μνήμην -- ἐποίησάμην) Lib. I. c. 92. II. 159. Ceterum causam excidii Milesiorum *Histiæo* soli *Pausanias* imputat lib. X. p. 882. ἐς τελέαν ἀπώλειαν ὤλισθεν -- Μιλήσιοι, διὰ τὸ ἐς τὰς ἐπιθυμίας Ἑστιάου πρόχειρον, καὶ ἔρωτα ἄλλοτε μὲν τῆς ἐν Ἠδωνεὺς πόλεως, τότε δὲ εἶναι Δαρείου σύμβουλον, ἄλλοτε δὲ ἐπανήκειν ἐς Ἰωνίαν: quae, sic distinguenda, non bene cepit interpres. Rectius dixisset *Pausanias* διὰ τὴν Ἑστιάου ἀπόστασιν, sive, ut *Tzetzes Chil.* VII. vs. 992. Δι' Ἑστιάου Μίλητον ἐπόρθησαν οἱ Πέρσαι. VALCK.

CAP. XX. 4. ἐν Ἀμπε πόλει) De urbe Ἀμπε, quam ad sinum Persicum sitam Milesiis *Darius* dedit incolendam, sit-ne eadem quae dicitur Ὠπεις lib. I. c. 189. nec-ne, docebit ὁ πάνυ. VALCK. — Conspirant prorsus egregie *Codd.* in urbis nomine: *Apostolius* tamen *Cent.* XV. 59. περὶ τινὰ πόλιν Ἀμβην. Quam autem comparandam *Gronovius* ex

lib. I. 189. monet Ὠπιν, ea in maculae suspitione nulla: sedem illa habuit ad Tigrim, in Persicum sinum semet mersurum, apud Strabon. XVI. p. 1074. [p. 739. ed. Cas.] Arrian. Exp. Alex. VII. 8. Audiatur Noster, ὁ δὲ Tigris παρά Ὠπιν πόλιν μέν ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδοῖ: quibus eadem ferme, quae hic de Ampe, nec omnino tamen. Ampe locatur ad sinum eiusque primordia, Opis nusquam. Tigris, si haec in dextra eius ripa, illa in sinistra fuerit, aut contra, potuit utramque praeterlabi atque ita in mare se Rubrum infundere. Ampen memini ab aliis silentio premi, quod tantae Mastorum consensionis non officit. Berkelio vero lapsum ad Stephani Ἀμπη condono. WESS.

[Ibid. Τίγρης. Alibi Τίγρις scripsi cum Schaeff.: vide Adnot. ad V. 52, 22. Hic ex eiusdem Schaeferi ed. 1. et 2. altera adhaesit scriptura, quam et alii omnes et editi et scripti (quod quidem sciam) libri h. l. tenent. S.]

7. τὰ δὲ Ὑπεράκρια) Attigit Eustath. in Od. l. p. 365, 50. Ἡρόδοτος τὰς ἀκρίας Ἀκρια οὐδέντερος φησὶν ἐν τῷ, οἱ μὲν εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πιδίον, τὰ δ' ὑπεράκρια ἴδοντες Καροί. Attici Herodoto quoque Ὑπεράκριοι lib. I. c. 59. qui plerisque dicuntur Διάρριοι, oppositi τοῖς Πεδιαίοις et τοῖς Παραλίοις. Errorem Diog. Laërt. I. 58. (ubi scribi quoque debebat Πιδαίων) Marhamus iam correxit. Vid. Meursii Pisistr. c. 3. VALCK.

CAP. XXI. 2. οἱ Ἀάον τε καὶ Σκίδρον οἰκον) Lausa Lucaniae, Sybaritarum coloniam, signavit Strabo lib. VI. p. 388.; cui Scidrus vicina fortasse fuit, Stephano Byz. nota, ignota aliis: utramque Alex. Symm. Mazochius Collectaneo I. ad Tab. Heracleenses p. 503. examinavit. Ἀπιστερμηῖνυ Sybaritas, urbis possessione privatos, spectat, ut quisque animadvertit: ἀπιστερμηῖνυ non indigemus. Ἡβρόν quod deinceps, optime Tan. Faber, Hemsterhusius, Lamb. Bos, Viri praeclari, declaraverunt ad Luciani Timon. c. 37. WESS.

7. ἀλλήλοις ἐξινώθησαν) Amicitiae et mutui hospitii originem Athenaeus lib. XII. p. 519. c. hanc ex Timaeo descripsit: Ἐφάρουν δ' οἱ Συβαρίται καὶ ἱμάτια Μιλησίων ἱρίων πεποιμημένα ἀφ' ὧν δὴ καὶ Φιλίας ταῖς πόλεσιν ἐγένοντο, ὡς ὁ Τιμαίος ἱστορεῖ. Ex lanae itaque Milesiae usu et eius commercio illa hospitalis familiaritas Sybaritis Milesiisque; quae quidem Timaei significatio memoriam refricat legis Zaleuci, ἱματίων ἱσομυλήσιον maribus honestis prohibentis, et

animadversionis Benteianae, vocabulum istud proscribentis, inque sophistas fraudatores ablegantis, Diss. de Epist. Phalar. p. 350., me paene in partes abducto ad *Diodori* lib. XII. 21. ubi ea lex. Verum *Herodoto* et *Timaeo* si sua fides, pars eius observationis corrueat. Potuit profecto *Zaleucus*, sive aetate *Pythagoram* brevi anteverterit, quo superstite *Sybaris* a *Crotoniatis* pessum data fuit, luxu dum perditum, seu eius fuerit discipulus, potuit, inquam, de *Sybaritarum* mollitie vestibusque ex lana *Milesia* inaudire, et *Locrensis*bus, non longe remotis, ἱμάτια ἱσομύλησια, quippe hominum effeminatorum, prohibere. Alia in *Bentleium* nuper *W. Warburton* Legat. Mosaicae lib. II. sect. 3. WESS.

11. ἡ δόξα τῆς ἑστῆς τὸ δέντρον) Gloria instauratae lectionis debetur *Gronovio* ex schedis *Medic.*, quibus plures adstipulantur. Eadem olim in *Longino* sect. 24., nec latuit *Tollium*, quamquam menda in eo pertinax, monente *Zach. Pearce*. Mulctam *Phrynicho* Athenis irrogatam, eiusdemque *Μιλῆτου ἄλωση* viri doctissimi ad *Aelian*. Var. XIII. 17. illustrarunt, praeterque ceteros *R. Benteius* de Epist. Phalar. p. 256. etc. WESS. — *Longini* codices tametsi diversissimam hinc lectionem exhibeant, mihi quoque *Herodotea* scripsisse videtur *Longinus* prout vulgavit ex *Med. Gronovius*. Satis istam adfirmat lectionem exemplum vicinum ex *Demosthene* (p. 136, 29.) petatum, ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διεισθήκει. Quid Athenis evenerit *Phrynicho*, qui praeter *Herod.* tradiderint, advocantur ad *Aeliani* Var. XIII. 17. VALCK.

CAP. XXII. 1. Σαμίων δὲ τοῖσι τῆς ἑχούσι) Hoc saltem opinor liquere, quales plebi passim opponuntur, *Sami*orum ditiores designari. *Divites* saepe quidem, *Tragicis* praesertim dicuntur ἑχοντες: aliis plene τὰ χρήματα, vel τὰς οὐσίας ἑχοντες, vel τὰ κτήματα. *Diodorus Synop.* apud *Athen.* VI. p. 239. E. τοὺς ἐκ δυναστῶν γεγονότας ἑχοντας οὐσίας: quibus mendose [olim] scriptis abusi sunt *S. Petit.* et ill. *Ez. Spanhem.* *Mantinensium* οἱ ἑχοντες τὰς οὐσίας memorentur *Xenophonti* Ἑλλ. V. p. 323, 27. Apud *Pausan.* III. p. 223. *Xenias Eleus* ἐκάνισται τῷ δήμῳ σὺν τοῖς τὰ χρήματα ἑχούσι. Tales ἑχκρίαναι sunt *Rhiano Stobaei* p. 54, 11. κτηματοὶ *Polybio*, *Diodoro*, aliisque. Sed hoc senau nusquam

alibi legere me memini τὶ ἔχοντας: nusquam etiam, quantum recordeor, *Herodoto divites* vocantur ἔχοντες. Suspicio itaque vocem hic latere *Herodoteam*, et, pro τοῖσι τι ἔχουσι, scribendum τοῖσι παχέισι. Samiorum adeoque dicerentur οἱ παχέες, ut lib. V. c. 30. ἐξ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες τῶν παχέων ὑπὸ τοῦ δήμου: V. 77. οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων: VI. 91. Αἰγινήτων οἱ παχέες: et VII. 56. Attigerunt usum *Herodoti Pollux* III. 109. *Portus, Des. Herald.* ad *Martial.* IX. ep. 33. *Küster.* ad *Aristoph.* Eq. 1136. et *G. Raphel.* in *Psalm.* xxii, 30. Per *Atticos* si plebem Atticam significari voluit *Suidas* [voc. Παχεῖς], hos equidem crediderim τοὺς πλουσίους dixisse παχεῖς, non elegantiores Atticos; nam praeterquam in comedia vix invenietur apud Atticos hoc sensu παχύς. *Aristoph.* et alibi et in *Pace* vs. 638. τῶν δὲ συμμαχῶν ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους. Samiorum autem οἱ παχέες propria velut adpellatione dicebantur *Γαμέροι*, sive *Γεωμόροι*, divites et agrorum possessores. *Plutarch.* in *Quaest. Gr.* p. 303. E. de Samiis agens, τῶν γεωμόρων, inquit, ἐχόντων τὴν πολιτείαν: ap. *Thucyd.* VIII. c. 21. Samiorum ὁ δῆμος *remp. gerebat*, καὶ τοῖς γεωμόροις μετεδίδωσαν --- οὐδένες. *conf.* c. 73. et *Xenoph.* *Ἑλλ.* II. p. 269, 10. Notiores Syracusanorum sunt *Γαμέροι* ex ipso quoque *Herod.* VII. 155. *Hesychio* interprete, οἱ ἀπὸ τῶν ἐγγείων τιμημάτων τὰ κοινὰ διέποντες, ab agrorum *censu rempublicam administrantes.* De his Syracusanorum optimatibus erudite notavit *H. Vales.* in *Excerpta ex Diod. Sic.* p. 549. *VALCK.* — Quod si τοῖσι τι ἔχουσι minus placebat, coniectare licuerat nude τοῖσι ἔχουσι scripsisse auctorem, (collatis quae ad *Matth.* XIII. 12. quum ab aliis, tum a *Wetstenio* congesta sunt;) voculam τι autem e scholio accessisse. S.

11. πρὸς δὲ Τυρσηνὴν τετραμμένη τῆς Σικελίης) *Cl. de Pauw* τῆς Ἰταλίας, in qua utique Tyrrhenia. Ut nunc Latina habent, considerata verba, τῆς δὲ Σικελίης πρὸς Τυρ-
τετραμμένη. Calactam Siciliae *Diodorus* XII. 8. descripsit. *WESS.* — τετραμμένης corrigebat *Reiskius.* Nam „e vulgata, inquit, exiret, Tyrrheniam esse partem Siciliae.“ Ambigua quodammodo videri utique poterat vulgata scriptura: verumtamen Tyrrheniam nemo in Sicilia erat quaesiturus. Quod paulo ante dixerat, ἔστι μὲν Σικελῶν, id ambiguum erat: potuit enim *Siculorum* esse ea ora,

nec tamen in ipsa Sicilia esse: itaque, postquam dixit, πρὸς δὲ Τυρσηνὴν τετραμμένην (ἀκτὴ), adiecit τῆς Σικελίης, quo declararetur esse ipsius Siciliae oram. S.

CAP. XXIII. 2. ἐγένοντο ἐν Λοκροῖσι) Non erat, cur a Codd. dissentirem. [vide Var. Lect.] *Scythae*, *Zanclaeorum monarchi*, [lin. 4.] memorabile nomen in *Aeliano* Var. VIII. 17. ubi cel. *Perizonius* non alium arbitratur ac *Scythen*, *Coorum* tyrannum; cuius filius *Cadmus*, posita hereditaria tyrannide, socium se *Samiis* addidit, *Zanclam* occupantibus; quae mihi quidem observatio videtur speciosior, quam verior. Obstat enim rei et temporis ordo. Conf. lib. VII. 165. etc. WESS.

6. τότε τῶν διαφορῶν) Pristinum ὅστε clar. *Reiskius* ἄρτε esse voluit; bene, ni *Msstorum* potior esset scriptura. *Iram Anaxilai* in *Zanclaeos* etiam *Pausanius* memoravit lib. IV. 23. in tyranni *Regini* aetate insignite aberrans, sicuti post *Ph. Cluverium* *Sicil. Ant.* lib. I. p. 85. copiosius *Ez. Spanhemius* Diss. VIII. de Num. Praest. p. 554. demonstravit. WESS.

CAP. XXIV. 2. ἐκ τῆς Ἰνυκος) Omissae sunt in *Med. Cod.* voces ἐκ τῆς. Aut in suo codice mendose legit *Aelianus* Ἰνυκῖνος, aut erravit, quod suspicatur *Perizonius*, praecedentium immemor, Var. Hist. VIII. cap. 17. quo de *Scythe* hic tradita denarravit verbis etiam *Herodoti* plerisque servatis. In *Herod.* legisse videtur *Steph. Byz.* [c. 23, 18.] εἰς Ἰνυκα πόλιν et [h. l.] ἐκ τῆς Ἰνυκος: ἀπὸ τοῦ Ἰνυξ. Ἰνυκον dixerunt alii: *Cluverio* *Sic. Antiq.* I. p. 230. ommissa miror *Platonis* ex *Hippia* *Mai.* loca: p. 282. E. gloriatur *Hippias*, quantum brevi tempore confecerit pecuniae ἐξ ἐνός γε χωρίου πάντῳ σμικροῦ Ἰνυκοῦ. ἐν Ἰνυκῶ legitur ibid. p. 284. B. Ridens *Sophistae* stultitiam *Socrates* p. 283. c. τοὺς μὲν Ἰνυκινῶν, inquit, οἷός τε ἦσθα ἀμείνους ποιεῖται. *Philostrat.* in *Hippia* p. 495. παρῆλθε καὶ εἰς τὴν Ἰνυκον ὑπὲρ χρημάτων, τὸ δὲ πολυχνιον τοῦτο Σικελικόν: proxime ibi sequentibus vitium inest, quod ex *Hippia* forte tolli poterit *Platonis*. VALCK. — In *Var. Lect.* monere oblitus sum, in ed. *Wess.* quidem et superioribus, ut et plerisque in *msstis*, Ἰνυκος; hic legi; codicem *Arch.* vero et *Vallam* Ἰνύκον praeferre, quos nos cum *Schaeff.* et *Borh.* sumus secuti S.

Ibid. ἐκ τῆς Ἰνυκος) Mihi certum videtur codicis *Arch.*

et *Vallae* ἐκ τῆς Ἰνύκου: ita supra: [c. 23, 18. ubi in ἡ Ἰνυκον consentiunt omnes:] ita *Plato* Hipp. Maior. p. 282. et *Philostratus* Vit. Sophist. I. p. 495. in quo, τὸ δὲ πολίχωνιον τοῦτο Σικελοὶ εἰσι, οὗς ὁ Πλάτων etc. scripserim: quemadmodum Epist. 33. p. 627. ἡ δὲ Ράβεννα Ἰταλοί. Neque hic obliviscor Steph. Byz., Ἡρόδοτος δὲ, scribentis in Ἰνυκον, Ἰνυκτος αὐτὴν φησι, ἀπὸ τοῦ Ἰνυξ. Voluit Ἰνυκτος, quod additum Ἰνυξ postulat. Iungitur porro, ἔκκει δὲ ἐσφαλθαι, error autem videtur, scripturae videlicet in Codice, quo utebatur, *Herodoti*. Trahuntur aliorum ea, nulla (quae et Cl. de Pauw opinio) necessitate. Bonum proin ἀπὸ τῆς Ἰνύκου, si τῆς Ἰνυκτος erroneum. Illud autem *Arch.* ἐκ ταύτης πῆρ ἦν, etsi illaudabile, silentio non est praetermittendum, siquidem suo id in libro *Aelianus* invenisse videtur: neque enim aliunde, cum reliqua hinc sumpserit, Σκύθης eius ὁ Ἰνυκῆνος venit Var. VIII. 17. Alia cel. Iac. Perizonius. WESS.

10. ἀποντὶ --- περιβεβλήατο) Servo hoc, non spreturus περιβεβλήατο, modo sic schedae scriptitassent. [Vide Var. Lect.] Atque ita quidem Samii *Zanclem* Siciliae, sive Mesenem, sine gravi labore sibi occuparunt, in breve tamen tempus. Anaxilaus enim eosdem οὐ πολλῶ ὕστερον urbis possessione evertit, *Thucydide* lib. VI. 5. teste. WESS.

CAP. XXV. [6. τῶν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ. Nil mutant libri: malim vero cum Reiskio τῇ ἐν τῇ ναυμ. sc. ἔκλειπιν. S.]

8. τὰς μὲν ἐθειλοντὴν) Requiri vocula videtur, quae connectat ista cum praecedentibus, a syllaba forte praecedenti absorpta: καὶ τὰς μὲν ἐθειλοντὴν τῶν πολλῶν ὑπακυνφάσας, τὰς δὲ ἀνάγκη προσηγάγοντο. In his optime vir Clar. vocem restituit Herodoteam ἐθειλοντὴν, quam, si per librarios licuisset, saepius forsitan legeremus, et V. 104. ubi variant Codd. Errat *Galeus* ad lib. I. c. 3. neque enim Graecis ἐθειλοντός magis fuit in usu quam ἀκοντός. Apud *Suidam* in Ἐθειλοντὴν, tertio *Polybii* loco, ἐπέλιξε τοῦ στρατεύματος ἐθειλοντὴν τοὺς ἀρίστους, accuratissimo *Thucydidis* more scribi quoque potuisset ἐθειλοντηδόν. VALCK.

CAP. XXVI. 10. ἐκ πολίχνης τῆς Χίου) Arbitror Πολίχνης oppidi proprium esse titulum in Chiorum insula. Tales Πολίχνηαι Troadis et Cretae apud *Ethnographum*, et Πολίχνη Siciliae in *Diodori* XIII. 7. WESS.

CAP. XXVII. [1. Φίλοι δὲ προσμαίνειν) Potest impersonaliter positum intelligi verbum προσμαίνειν: possis vero etiam ὁ θεός coll. l. 9. subintelligere. In bello σημαίνει, scil. ἡ σάλπιγξ, signum datur tubā. S.]

2. ἡ πόλις ἡ ἔθνη multorum praesidio protegitur, iniuriā eiecta prior particula. Mox ὑπελαβὼν [lin. 6.] belle Gronov. non dissentiente D'Orvillio ad Charit. lib. III. 3. p. 269. [cf. Nostrum, mox l. 11. tum IV. 179, 6. VII. 170, 10. VIII. 118, 7.] Infra tamen lib. VIII. c. 115. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τὴν στρατὸν --- ἔφθειρε, modo bene illud habeat. WESS. — Sic vero etiam frequenter sedulus Herodotei styli aemulator Appianus, cuius loca huc spectantia in Indice Graecitatis Appianae olim indicavimus. S.

12. ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε) Non discrepat Appiani de Masiniassa, τὴν Καρχηδονίων δύναμιν ἐς γόνυ βαλὼν, Punic. p. 94. [c. 94. T. I. p. 434. nostrae ed.] deque Caesare ἄγρια ἔθνη -- ἐς γόνυ βαλὼν, Bell. Civ. II. p. 846. [c. 146. T. II. p. 378.] pro quo ἐς γόνυ ἔθηκε III. p. 876. [c. 20 extr.] et κλέως ἐς γόνυ p. 885. [c. 30. p. 435, 2.] Neque sine cultu Basilus Seleuc. Miracul. S. Theclae lib. II. 12. p. 168. καὶ εἰς γόνυ κακλῖναι μὴ αἱ ἐκκλησίαι, κακλῖναι δὲ πόλιν καὶ ἀγροὶ καὶ κῶμαι καὶ αἶνοι. Possem adstruere Basilium M. Epist. 301. p. 437. c. et praeter ceteros Aeschylum Pers. vs. 933. sed exitus non foret. Praestat verbo monere, ἐποίησας in securis [lin. 14.] unius Med. ductu imprudenter mutari. WESS.

12. ἐς γόνυ etc.) Auctor Etymol. M. in voc. Περνῆς p. 687, 30. Ἡρόδοτος, αἰτ, μεταφορικῶς χρησάμενος, εἶπε τὴν πόλιν εἰς γόνυ πσιῖν, τοῦτο δηλῶν, ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἐπήγαγεν. Monstrat interpretatio, hic quoque primum scriptum ἔβαλε: alterum πσιῖν fluxit ex vicinis; in eundem enim sensum urbs dicitur ἐς γόνυ πσιῖν. Nihil erat cur a Grammatico reprehenderetur Euphorion, qui de Baccho dixerit, ἐπρήνξε τὴν Εὐρυμίδουτος πόλιν: id est κατίβαλε, vel ἐπὶ στόμα ἔβαλε. Utrumque fuit in usu, et ἐπὶ στόμα πσιῖν, et ἐς γόνυ. Venuste Aelian. Var. III. 17. Aristoteles, inquit, urbem patriam, οὐ, τὸ λεγόμενον δὲ τοῦτο, εἰς γόνυ πσιῖσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀπέστην αὐτῆς: ubi notat Kühnius, memor etiam loci Herodoti. S. Iohann. Chrys. in Epist. ad Innocentium T. III. p. 522. A. ὁ παρὼν ὑμῶν ἀγὼν πρόκειται ὑπὲρ ἐκκλησιῶν εἰς γόνυ κατινχιθισῶν. VALCK.

CAP. XXVIII. 7. λιμαινούσης οἱ τῆς στρατῆς) Licet conspirent in vitiosa lectione Codices, pro δειμαινούσης restituere λιμαινούσης, feliciter detectum a Reiskio et Heringa: hoc vicina postulant, alterum ferri nequit. VALCK. — Novandi de coniectura Herodoti orationem metus saepe in superioribus conantem conpescuit, iusto fortasse gravior: at eo sum ingenio. Hic confidentior contra omnes libros verissimam doctissimorum virorum, Reiskii et Heringae, correctionem recepi. In Lesbo nulla sane formido copias percellerat Histiaei: fames urgebat, quam pulsuri milites in continentem transeunt, messuri frumentum. Pariliter lib. VII. 25. ἵνα μὴ λιμήνῃσι ἡ στρατιή. Confer *Adr. Heringae* *Observ. Critic.* c. 31. p. 277. WESS. — Simillimam mendam in *Appiani* *Bell. Civil.* lib. II. c. 61. olim correximus. S.

CAP. XXIX. 2. ἐν τῇ Μαλῇνῃ) Sit-ne Μαλῇνη, an Μιγαλῇνη vero congruentius, an in vulgata acquiescendum, neutiquam perspicio. Malo doctiorum hoc curis integrum relinquere; a Ματινῇ tamen, uti repositum memini, alienior: ea Mediae regio lib. V. 52. Propius, autum si spectes, abest Καρίνη, [VII. 42.] sive, ut apud *Plinium* [V. xxx. 32.] et *Stephan. Byz.*, Καρήνη. WESS. — Mox, pro Ἀταρνείτιδος, rectius Ἀταρνείτιδος diducta diphthongo scribetur, ut *Borh.* edidit. Sic sane gentile Ἀταρνείτης c. 4, 2. huius libri. S.

CAP. XXX. 2. ἄχθη ἀγόμενος) *Melotus*, Vir Cl. coniecerat in marginem sui libri ἀπίχθη ἀγόμενος, credo ob sequentia ἀπίκτο ἀγόμενος: quae boni quidem commatos, sed edito et constanter probato non praeiudicant. *Notri* sunt ἰόντες ἦσαν c. 34. Φεύγων ἐκφύγει lib. V. 95. εἰχισθαι εἰχόμενος VII. 220. etc. WESS.

3. οὐτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν) Ista nititur Historici suspicio ingenio clementi Darii Regis, beneficiorum semper memoris, et lege Persarum humanissima, cuius ille fuisse videtur observantissimus. Grave censi poterat Histiaei delictum, sed hoc facile redemisset ingenti benefacto, quo Regem olim et Persas e Scythia profugos mactaverat: more suo gratus Darius lib. V. c. 11. beneficii meminerat in se collati: tandemque mortui honorificam quoque fecit mentionem, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἐωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτω. Egre-

giam Persarum legem merito collaudat *Herod.* I. 137. τὸ μὴ μῆς αἰτίας ἵνα καὶ αὐτὸν τὸν βασιλεὺς μὴδ' αὖτε φοβούμεν etc. *sed tum demum*, λογισάμενος ἢν εὐρίσκη πλὴν τι καὶ μίζω τὰ ἀδικήματα ἰόντα τῶν ὑπουργμάτων. Secundum hanc, ut puto, legem Teribazum absoluerunt Persae iudices apud *Diod. Sic.* XV. 11. atque ob eandem rationem, eiusdem *Diodori*, sive *Ctesiae* potius, Arbaces τῶν κινδύνων ἀπέλυσε τὸν Βίλεσιν, --- Φήσας μίζοντας εἶναι τὰς ἐξ αὐτοῦ προγεννημένας εὐεργισίας τῶν ὑστέρων ἀδικημάτων, lib. II. c. 28. Patriae plus malorum attulisse, quam commodi, *Lysandrum* statuit *Pausanias* IX. p. 776. Πέρσαι τε ἰσόμενος, καὶ δικάζων νόμῳ γι τῷ ἐκείνων: id est, utrorumque instituta iusta comparatione. Copiose Persicam legem explanat *Aristides* in *Apolog.* pro IV. viris, T. III. p. 419. Solitum autem *Darium* animo grato Graecorum etiam in se collata beneficia recordari documento sunt *Democedes*, *Syloson*, *Coës*, *Histiaeus*, aliique. In Asiam traductos, quibus valde fuerat iratus, Eretrientes clementissime tractavit et Milesios: *Herod.* VI. 119. et 20. Sed magni animi documentum praebet egregium, undecunque tandem petatum, *Aelianus* Var. *Hist.* VI. 14. VALCK.

13. λούσαντάς τε καὶ περιστέλλαντας εὔ) Hoc si plures exhibebunt Codices, mihi quoque placeret prae altero, forsan interpretamento: neque εὔ nec εὐ περιπῶς legisse videtur *Valla*: εὐ περιστέλλαι et καλῶς in talibus adhibentur. *Hippias* iudicabat *Platonis*, T. III. pag. 291. D. καλλίστον εἶναι ἀνδρὶ πλουτοῦντι, parentes suos vita functos καλῶς περιστέλλαντι, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ἐγγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι. Erit forsan qui hic utrumque putet *Herodoteum*, περιστέλλαντας εὔ, εὐπρεπῶς ἐντετίλατο θάψαι, atque a *Io. Tzetze* hoc quoque lectum; qui hic narrata sequutus, ad illa sua quaedam adiecit additamenta, *Chil.* III. vs. 535-543. Τίλος, δακρύσας περισσὰ τὴν κεφαλὴν ἐκείνην, τοῖς Πέρσαις λέγει λούσαντας ἐντρίμως καταθάψαι, ὧς εὐεργέτου τῶν Περσῶν μεγάλως ὑπηρεμήτου Ὁ Ξύλον παῖς Ἡρόδοτος γράφει τὴν ἱστορίαν. Male interpres ibi dedit *Oxyli*: Ὁ Ξύλον scribendum, vel [potius] Ὁ Αὐξου. VALCK.

CAP. XXXI. 6. σαγηνύουσιν) Vide Cl. *Valckenarium* ad lib. III. 149. Nostri et *Platonis* studio frequens verbi eius apud oratores *Libanium*, *Polemonem*, *Himerium*, atque

alios est usus: amavit et *Philo Iud.* III. Vit. Mos. p. 690.; et in re Christiana, captisque Evangelii doctrina gentibus, *Gregorius Naz.*, *Io. Chrysost.*, *Proclus*, ad cuius *Ovat.* xx. pag. 550. pauca *Vincent. Riccardus*. Ego vero ἐπὶ τὴν νῆσον διήκουσι, [lin. 8.] schedis et sententia iubentibus, reduxi: aliena enim viri *Cel.* monita. Persae ab insulae littore, quod maris Aegaei partem septentrionalem spectabat, iunctis consertisque manibus progressi fuerunt ad australe, cuncta incingentes, tum deinde omnia venantes et capientes, velut in sagena pisces. *WESS.*

CAP. XXXII. 2. τὰς ἐπηπειλήσαντο) Postremam syllabam ex sequenti τοῖσι natam arbitror, et restituendum ante vulgatum ἐπηπειλήσαν: alteram formam ut legitimam crederemus, exempla debuerant simillima proferri. In istis contra, [lin. 5.] vulgatis ex *Med.* ἐποῖον ἀντὶ εἶναι ἐνέρχιας ἐνέουχους, vocula debebat interponi, quam constans requirit Graecorum usus, ut legatur ἐποῖον ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνέρχιας ἐνέουχους: hoc vel unicus docere poterat *Herodoti* locus VII. 170., ἀντὶ τοῦ εἶναι νηϊώτας, ἡπιώτας (γενησθαι.) [At vide et ad h. l. et ad VII. 170., 15. *Var. Lect.*] Ut nostro loco vulgabatur ἀντὶ ἐνέρχων, illic scribi quoque potuerat ἀντὶ νηϊωτῶν: qua forma loquendi *Euripides* usus est, *Androm.* vs. 457., εἰ --- Ναύτην ἔθμην ἀντὶ χειραίου: et *Theocrit.* V. 150. γινώμην --- Μελάθριος ἀντὶ Κομάτα. Verum alterum illud rarius requirit articulum, ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνέρχιας, ἐνέουχους. Sic *Thucyd.* VII. 28., τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἰδίῳ ἢ πόλεις, καὶ ἀντὶ τοῦ πόλεις εἶναι φρονέον κατὰ τὴν. Supra dederat eodem sensu *Herod.* c. 9. τοὺς παῖδας ἰκτομίας ποιήσομεν: haeret et illic articulus in suase. *Aeschyl.* *Suppl.* vs. 305., Βοῦν τὴν γυναῖκα ἔθμην Ἀργαία θεός. *Aristoph.* *Θισμ.* 740., Ἀσκάς ἐγὼν ἢ κόρη. *Herod.* I. c. 103., νῆξ ἢ ἡμίση ἐγένετο. Ab *Herodoto* scribi non potuit, quod legit in suo *Cod. Theon.* *Soph.* vid. pag. 49. *Progymn.* *VALCK.*

5. ἀντὶ εἶναι ἐνέρχιας) Accedo *Gronovio*, haesitans non nihil ob ἐνέρχιας *Arch.*, non utique malos. Redibit similis discordia lib. VIII. 105., ubi tamen τῶν ἐνέρχων *Pass.* et *Ask.* [vide ibi *Var. Lect.*] Statim καλλίστους in *Ask.* ex scholio. [ni potius ex scribae socordia.] Vide lib. IV. 180. *WESS.*

9. ὑπὸ Ἀνδῶν, δις δι' ἐπεξῆς) Posterius, redditum lib.

IV. 196., vim pati non debuerat: priora optime habent; namque error *Arch.* et *Vallae* ex lib. I. 169. manifestissimus. WESS.

CAP. XXXIII. 2. ἐπ' ἀριστιῶν) Male schedae *Arch.* ἐπαριστιῶν iunctim, sicuti ἐπαδίζω pleraeque. Non nescio in talibus variari, monueruntque praeclari viri *Duker.* ad *Thucyd.* I. 24. et *Hemsterh.* in Epistola *Dukeri* Praefationi inserta. Noster (*Homericæ* *Iliad.* M'. 229. et N'. 675. more) lib. I. 51. ὁ μὲν -- ἐνέτρο ἐπὶ δέξια ἰσιόντι, ὁ δὲ -- ἐπ' ἀριστιῶν: et III. 90. ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δέξια ἰσπλίσσιν: tum lib. VII. 39. Ἀπτε ergo *Ask.*, modo tonus vertatur; nam quae ad lib. II. 39., alius sunt formae. WESS. — Conf. quae ad *Appiani* Praefat. cap. 2. lin. 37. olim notavimus. S.

6. πόλεις συχναί) Noli tot Codicibus refragari; quamquam πόλεις [quod pro συχναί habent alii,] ex prisco usu, in Musis citra ius demutato lib. II. 107. Cessaret, si quid in vocum adfini sono ingrati, uli πόλεις πολλές Ionum scriberetur more. Mox [lin. 7.] Σηλυβρίη origini apud *Strabon.* lib. VII. p. 491. c. [p. 319. v. ed. Cas.] propior et antiquior est. Lege *Diodoro* adposita lib. XIII. 65. et *Leonclavium Hutchinsonum*que ad *Kyp. Αναβ. Xenophontis* lib. VII. p. 538. WESS.

10. οἰχοντο ἀπολιπόντις) Optime *Gronov.*; mox τὴν σφίτην *Eustathius* itidem vidit. Statim *Μισσαμβρίνη* οἴκισαν dat ed. *Genev.* 1618. de coniectura, neque ea absurda. Vid. lib. II. 154.; *Eustathius* vulgati patronus est. WESS.

12. τὰς καταλεχθεῖσας) Delectatur isto scriptor. *Δυσχιμέρος* δὲ αὐτὴ ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρα, lib. IV. 28. In *Porti* penu plura. Itaque iure pristinam sedem recuperavit. Scripsi praeterea [lin. 13.] Προκόννησον, originatione vocis apud Criticos ad *Apollon.* Rh. lib. II. 279. motus et Nostri consuetudine lib. IV. 14.; quae deinceps [lin. 20.] Δασκυλίῳ desiderabat, quomodo III. 120. et 126. WESS.

CAP. XXXIV. 4. τὴν Χερσόνησον ταύτην) Quod olim legebatur τὴν ἀρχὴν τῆς Χερσόνησου ταύτην, non pulcra specie est, formatum ferme ex praecedentibus: ταύτης certe, uti cap. 40., oportuerat, voluitque *Reiskius*. Rectius masti, quos duces optavi. *Miltiaden Cypseli* fil., *Chersonesi* con-

ditorem, erudita disputatione *Ian. Rutgersius* illuminavit Var. Lect. I. 9. *Marcellinus* vero in *Thucydidis* vita, Θράκιος καὶ Δόλοπος ἱκολόμενοι πρὸς Ἀψινθίους, hac eadem in re, errans aut corruptus. *Dolopes* Thessalis fuere adfines; *Dolonci* Thracæ, ut vere viri docti. WESS.

Ibid. εἶχον Δόλογοι Θρ. τὴν ἀρχὴν τῆς Χερσονήσου ταύτην) Prouti legit *Valla*, εἶχον Δόλ. Θρ. τὴν Χερσονήσον ταύτην, sic scripsisse videtur *Herod.* Quæ de *Dolonciis* sequuntur, *Apsinthiis* tribuit *Scholiastes* in *Aristidis* *Miltiadem* T. III. pag. 278. Historiam veterem qui tradiderit, quando præter *Herod.* et *Marcellinum* in vita *Thucyd.* forte neminem habemus, ineditum Scholion ex Cod. Msto clar. *Petri Burmanni* Sec. non pigebit descripsisse: Δόλογοι καὶ Ἀψινθίοι ἔθνη ὁμορα περὶ τὸν Ἑλλήσποντον· οἱ δὲ Δόλογοι κατοικοῦν τοὺς Ἀψινθίους. ἐρωτῶσιν οὖν Ἀψινθίους τὸν Διόν, πῶς ἀν ἀπαλλαγῶσι τῶν κακῶν, ἔχρησιν αὐτοῖς, ὅτι τὸν πρῶτον ὑποδεχόμενοι ὑμᾶς Ἀθήνησιν αὐτὸν ἐκίβηον στήσασσι τύραννον. ἀκούσαντες τοῦτο οἱ Ἀψινθίοι ἤρξαντο περινοσσιτῆν τὰς πόλεις, καὶ τέλος ἔλθοντας αὐτοὺς εἰς Ἀθήνας ὑπεδέξατο ὁ Μιλτιάδης· ἐκ τούτου οὖν ἔγνωσαν ὅτι ὁ χρησμὸς τοῦτον ὀλοῖ. εἴτα διελίχθησαν αὐτῷ περὶ τούτου· ὁ δ' οὐκ ἐβουλήθη, ἀλλὰ λέγει Ἀψινθίους, ὅτι (ἔτι) πέμψαντες εἰς Πυθίαν μάθετε ἀκριβέστερον, εἰ περὶ ἡμῶν λέγει ὁ χρησμὸς. πέμψαντων οὖν αὐτῶν λέγει, ὅτι καὶ περὶ αὐτοῦ λέγει. ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ πάλιν Ἀψινθίους λέγει ὁ Μιλτιάδης, ὅτι ἰὼν κλειύσῃ ἡ πόλις γίνομαι· κλειυσάσης οὖν τῆς πόλεως, ἐγένετο τύραννος. VALCK.

10. τὴν ἱρὴν ὁδὸν) Celeberrima sacra via, quæ Athenis Eleusinem ducebat, in *Pausan.* I. 36. et *Athen.* XIII. pag. 594. f. Haec ea fortasse, qua Athenienses sacra et Pythicam pompam Delphos mittebant, memorata a *Strabone* IX. p. 646. c. [p. 422. c. ed. Cas.] WESS.

CAP. XXXV. 5. Φίλαίου τοῦ Αἰάντος) *Marcellino* Φιλαίας ὁ Αἰάντος prave. Sine mendo in *Plutarchi* *Solon.* pag. 83. d. Φίλαιος καὶ Εὐρυστάκης, Αἰαντὶς filii, Attica civitate donati. Non equidem nescio, Φίλαιον τὸν Εὐρυστάκους atque adeo Αἰαντὶς nepotem perhiberi a *Pausania* I. 35., et *Kühnium* Φύλαιον malle: at illi obviam eunt, quos appellavi omnes; huic ΦΙΑΙΔΑΙ ex marmoribus, *Plutarcho*, *Stephano*que inter Atticae demos. WESS.

7. κατήμενος ἐν τοῖς προθύροις) Apud *Marcellin.* in vita *Thucyd.* pag. 2, 18. *Dolonci* Delphis ἐπασιόντες περιέτυχον τῷ

Μιλτιάδης πρὸ τῶν ὄρων καθιζόμενῃ τῆς Ἀττικῆς: ex Herod. corrigendum censuit I. Rutgers. Var. Lect. I. c. 9. p. 32. πρὸ τῶν θυρῶν καθιζόμενῃ τῆς αὐτοῦ οἰκίας. Sed ab Herodoto diversum Marcellinus iste sequutus est in his narrandis auctorem; neque adeo videtur absurda lectio vulgata; quum a finibus Attices non longe Miltiadis abfuerit villa, ἐν Λακκιάδαις sita. VALCK.

CAP. XXXVI. 4. πάντα τὸν βουλόμενον μετέχιν) Non defuit Pisistrati consensus, cupide potentem et gratiosum virum amolientis, praetereaque copias et necessaria suppetantibus; quod narrantibus apud Marcellinum accredo. Absurde mox [lin. 5.] καὶ ἔσχε τὴν χώραν. Ionibus ἔσχε non aliud atque erat, lib. VI. 133. VII. 119. Rediit ἔσχε, et redibit c. 47., ubi eadem macula. WESS.

7. ἀποτείχισε τὸν ἰσθμὸν) Nonnunquam ἐπιτείχισιν eadem est potestate ac τεύχισιν, saepe diversiore; quam admirabiliter luci Hemsterhusius exposuit ad Luciani Nigrin. c. 23. Hic inculcatum ferri nequit. Miltiades, ducto a Cardia ad Pactyam muro, Apsiphios Chersonesi introitu prohibuit. Id ἀποτείχισιν, sive ut Diodorus διατείχισιν, h. e. οἰκοδομεῖν διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τῆχος, Nostri dictione lib. VIII. 71. Opportune Xenophon ex ore Chersonitarum, εἰ δ' ἀποτειχίσθῃ ἐν θαλάττῃς ἐς θάλατταν, de hoc isthmi iugo, Hist. Gr. lib. III. p. 487. v. ed. Steph. Addit elegantissimus scriptor, ἀποτειχισμὸν sive murum a Dercyllida Spartano fuisse absolutum et Thraces aditu ad Chersonesum exclusos, sequente Diodoro XIV. 38. Consimiliter ἀποτειχίζειν in isthmo Pallenes muro intersepto Thucydides lib. I. 64., ab Harpocrate advocatus. WESS. — Denique apud Nostrum mox c. 37, 1. in ἀποτειχίσας consentiunt libri omnes. S.

Ibid. ἐπιτείχισε τὸν ἰσθμὸν) Paulo ante positae haec proxima subdit Scholiastes Aristid. mstus: καὶ ποταμοῦ ὄντος τοῦ διορίζοντος τοὺς Δολόγους καὶ τοὺς Ἀψινθίους ἐπέχρισεν αὐτὸν, ὅπως εἴη μὴ βλάπτοντο οἱ Ἀψινθίοι παρὰ τῶν Δολόγων: imo contra, secundum Herod. ἵνα μὴ ἔχουν σφίας (Doloneos) οἱ Ἀψινθίοι δηλίσσθαι ἰσβαλλόντες ἐς τὴν χώραν. VALCK.

10. στάδιοι ἑξ τε καὶ τριήκοντα) Iugi eius latitudo in Xenophonte stadiorum xxxvii., in Scylace et Strabone Epit. lib. VII. fin. stadiorum xl. Longitudo vero a Cardia in Elaeunte, ubi longissima, stadiorum cxx Scylaci: quae in mensuris differentia utique non ampla. WESS.

CAP. XXXVII. 5. Quid sibi velit, ἢ δὲ ὁ Μολ. Κρόσω τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς, mihi minus liquet. VALCK. — Quidni vero ἐν γνώμῃ γεγονώς idem fuerit ac γνώμιμος, notus et familiaris? S.

8. πίτυος τριόπον) Diogenianus, Suidas, atque alii, πύκης τριόπον, parili sententia. Docte disputatur, eadem-ne πίτυς et πύκη? hanc pinum, illam piceam Latinorum esse, Bod. a Stapel ad Theophrastum lib. III. 10. vehementer urget. Verior Cl. Salmasii sententia, πῖτυς et pinum non discrepare: nonnunquam quoque arborum eas voces, sicuti in Homeri Vita, quae Herodoto tribuitur, c. 20. clarissime, et in dicto, quod prae manibus est, commutari, Homonym. Hyl. Iatr. c. 65. Quaestio alia, an sola arborum pinus, sicubi excisa fuerit, non regerminet? A. Gellius et Eustath. eam negari, viderunt aegrius. Theophrastus de sua pinu, πύκη, adustis eam radicibus οὐκ ἀναβλαστάνειν, τὴν πῖτυν δὲ φασὶ τινὲς ἀναβλαστάνειν. Quomodocunque hoc Croesi verbum et Herodoti professio accipiantur, de intentata minis occidione constat. Videndi viri doctissimi Kühnius et Perizonius ad Aelian. Var. VI. 13. Porro τὸ θάλα [lin. 10.] si cui adblandiatur, similia succurrent lib. I. 78. II. 13. IV. 131. WESS.

13. ὅτι πίτυς μούνη δένδριον) Unam solamque pinum arborum omnium caesam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare, parum vere dictum Herodoto Gellius docuerat Noct. Att. VIII. 4. Cum Herodoteis ista iam comparavit Io. Kühn ad Aeliani Var. VI. 13. Hinc verba quaedam excitat miraturque Eustath. in Iliad. A'. p. 32, 16. VALCK.

14. πανώλεθρος) Elegantius hoc et tritius, consensio-neque Eustathii munitum. Sophocl. Elect. vs. 1012. πρὶν πανώλεθρους τὸ πᾶν Ἡμᾶς τ' ὀλίθθαι. Aeschyl. VII. contr. Theb. vs. 71. μή μοι πόλιν γε προμυνοῖεν πανώλεθρον Ἐχθαμνί-εστι. Talium apud Tragicos uberrima messis. WESS.

CAP. XXXVIII. 5. ὡς ὁ νόμος, εἰκιστῇ) Ista non debuerant ad mentem Vallae a se invicem divelli, sic, ut puto, coniungenda: καὶ οἱ τελευτήσαντι - θύουσι, ὡς νόμος εἰκιστῇ, nempe θύειν. Idem esset, ὡς νόμος ἥρωι θύειν: vita funclo sacra faciebant, ut mos est facere heroī. Scribi quoque potuit unico verbo, in talibus proprio: καὶ οἱ τελευτήσαντι ἐναγίζουσι, vel ἐντίμνουσι. Eodem Brasidam honore dignati

Amphipolitani apud Thucyd. V. cap. xi. ὡς ἥρωι τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δίδωκασιν ἀγῶνας καὶ ἱεροὺς θυσιὰς. Conf. ibi citatus ill. Ez. Spanhem. et Celeberr. Wesseling. ad Diodori T. I. p. 148. Pausanias II. p. 137. τῷ μὲν ὡς ἥρωι κατὰ ἧλιν δόσαντα ἐναγίζουσιν, Εὐαμελῶνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. VALCK.

10. ὑποθερμαίνον) Θερμουργοῦ, vocabulo Aeschyli Eum. vs. 563., quo de critici ad VII. contr. Theb. vs. 609. Alibi in Mūsīs ὑπομαργότιρος, III. 29. 145. Propius adpropinquat Prisci, Excerpt. Legat. Hoeschelii p. 36., de Hunnis in iram accensis, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποθερμαινόμενοι ἐχαλίπαινον. WESS.

CAP. XXXIX. 7. ἐν ἄλλῳ λόγῳ) Hoc ipso libro c. 103. Firmantur ergo disputata de λόγοις Λαβυκοῖσι lib. II. 161. Nefariam autem Cimonis caedem non multum ab obitu patris architectati fuerunt Pisistratidae: unde minime mirum, Athenienses, multimodis tyrannos gravantes ac exosos, Miltiadae abituro favisse. WESS.

8. εἶχε κατ' οἴκου) Revocarem ante Gronovium vulgata lectionem, Vallae quoque repertam, εἶχε κατ' οἴκους, domi sese continebat. Proxima [lin. 9.], τὸν ἀδελφεὸν Στесаγόρτα δηλαδὴ ἐπιτιμίων, interpretatur Vallae, in honorem videlicet Stesagorae fratris. Sententia satis esset commoda, si verbo constaret ista significandi dos: mihi non violenta fore videretur correctio, si pro ἐπιτιμίων scriberetur ἔτι πενήτων: domi se continebat velut adhuc lugens fratrem Stesagoram; more scilicet antiquitus etiam recepto, quo in luctu recenti publico abstinebant. Ἐχεν, interdum idem ac μένιν, saepius adhibetur pro εἶναι. Κατὰ πόλιν notat in urbe: κατ' οἶκον, domi, apud Sophoclem Ai. vs. 1040. Trach. 540. Philoct. 470. In eiusdem dramatis vs. 22. σήμαιν', εἴτ' ἔχει Χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλη κυρεῖ. Plene Herod. III. 79. κατ' οἴκους ἰωῦτους οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην. VALCK.

9. δηλαδὴ ἐπιτιμίων) In Vallae olim Latinis in honorem videlicet fratris, sive ἐπὶ τιμίων disiunctim legentis, sive ἐπιτιμίων, ex communi ἐπιτιμῶν, Ionum more: illi sane vocabulo amplioris honoris potestas adest apud Demosthenem in Leptin. p. 292., certe in mssis et Scholiis. Sophoclis ἐπιτίμια Elect. vs. 917. Suidas τὰ ἐπὶ τιμῇ τινος γινόμενα explicavit. Paria etiam Reiskius. Quae quidem si probamus, concinna reliqua. Miltiades mortuum fratrem honoris,

Herodot. T. VI. P. I.

L

sed simulati, causa servabat domi; quo audito Chersonesitae frequentes convelant in consortione luctus novo principi gratificaturi. Placere tamen talia H. Stephano haud potuerunt, opinato, si *ἐπιτίμων* extra labis culpam maneat, tantundem valere atque *uleiscens*, sive ultionem moliens. A Gronovio venit *paniens*. Neutrum admittit ὡς *συλλυπηθέντες*, [lin. 12.] manifesto quidpiam honori aut luctui conveniens in praegressis desiderans. Memini δηλαδή *ἐπιτίμβαν*, videlicet iam iam contumulandum reponere, cui ὡς *συλλυπηθέντες* recte aptatur. At sit in coniectura. WESS. — Tum IDEM, in *Addendis*: „Elegans Gissb. Koenii coniecta-
tio sic verba ordinat et refingit, *ἔχει κατ' οἶκους, τὸν ἀδελφόν Στεσαγόρεα δηλαδή ἐτι τιμῶν*: domi se continuit, quasi fratrem Stesagoram adhuc honorans. Iungit ex lib. IX. 24. *οἱ μὲν γὰρ βαρβαροὶ — ἀποθανόντα ἐτι μὲν Μαρτίων*: quod tamen geminum planeque adsimile non est.“

12. *ἀπινόμενοι ὡς συλλυπηθέντες*) Nempe *πινόντι*, lugenti, luctum certe simulanti, eum quoque verbis *moerorem testificaturi*, sive *πινόντα παραμυθισόμενοι*. Olim etiam ad Reges, viros principes, vel civitates, eum in finem publicitus legati mittebantur. Aeschines contr. Ctes. p. 88, 22. *ὕψιμνας προσβυτής ὡς Κλειπάτραν τὴν Φιλίππου θυγατέρα χειροτονίσθαι, συναχθισθέμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μελαττῶν βασιλείᾳ Ἀλεξάνδρου τελευτῇ*. Funeris conf. Alexandri laudatio in Aristid. T. I. p. 142. Dion Chrys. Or. XII. pag. 198. 2. οὐδὲ προσβύαν ἐπίσβινον *συμμαχικὴν*, ἥτινα εὐφημον (εὐσχημον *legimus*): τῶν ἀπὸ γλώττης μόνον *συναχθουσίων*, speciosam legationem aegritudinem non veram verbis saltem significantium: non cepit ista Morellus. Vid. Livius XXIII. 5. Idem in talibus significabant verba *συνάχθισθαι, συναλγῆν, συμπενθῆναι, συμπαύσκειν*, et *συλλυπεῖσθαι*. Contra, vel ob victoriam reportatam, vel in alia re laeta, legationes mittebantur quae civitatum gaudium, sive verum seu fictum, nunciarent, *συνπνευσόμενοι* vel *συγχαρησόμενοι τῇ νίκῃ*, apud Diodor. Sic. XVII. c. 48. et 113. aliosque. VALCK.

CAP. XL. 3. ἄλλα τῶν κατιχόντων *πρημάτων χαλεπώτερον*) H. Stephani *καταλαβόντων* nusquam reperi, neque vulgato praestat. Τὰ κατιχόντα *πρήματα*, quae instant et praesentia urgent: qualia in Miltiadeae tyrannidis principio rerum ordinatio, captura Chersonesitarum, auxiliatorum

dilectus, tum expeditio una cum Dario contra Scythas. Additum τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτι τούτων protectum verbis erit c. 46. δευτέρῳ δὲ ἔτι τούτων, modo cetera, quod valde dubito, defendi queant. Calculis hic et consideratione nexus rerum utendum est. Miltiades, interfecto a Pisistrati filiis patre Cimone, in Chersonesum Athenis demigravit, c. 103. Itaque sub annum Per. Iul. 4196., aut paullo citius, siquidem Hipparchus Olymp. LXVI., Per. Iul. 4198. interemptus occubuit. Hippias tyrannidem reliquit invitus Olymp. LXVII., Per. Iul. 4202., Dario Babylonem eoipse tempore obsidente; qua post xx. menses expugnata rex sequente Olympiade in Scythas movet comite Miltiade, reversusque Sardibus agit Per. Iul. anno 4206., in lib. V. 24. Scythae Nomades post illam Darii expeditionem irritati in Chersonesum excurrunt, coguntque Miltiaden aliorum fugere. Haec si vero non dissident, quid illis fiet νεωστὶ μὲν ἐκκληθῆαι, cum ante hos decem annos in Chersoneso tyrannum Miltiades egerit? quid τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτι τούτων? Vide quae consequuntur statim, ταῦτα μὲν δὲ τρίτῳ ἔτι πρότερον. Ea si signant tres notatos annos, exitum non habent: si Miltiadae reditum Doloncorum auxilio, exilium tyranni producant longissime, neque congruunt bene cum praefectura maritima Otanis lib. V. 25. Quomodo demum cunque intelligantur τὰ τότε μιν κατέχοντα, alia esse nequeunt, quam quae continuo succedunt. At hoc tum vide: Miletus a Persis funditus pessumdata est Olymp. LXXI., Per. Iul. 4218.; altero post urbis eam calamitatem anno Persica classis insulas Chium, Lesbum et Tenedum occupavit, c. 30. huius Musae: apud Tenedum Phoenices (horum autem classis Persica) agere ut accepit Miltiades, convasatis quae in promptu erant, et in naves inpositis, aufugit. Haecine τρίτῳ ἔτι πρότερον τῶν τότε μιν κατεχόντων dici recte possunt evenisse? Animadverto in omni illa temporum notatione maculas, quas equidem detergere sine membranarum adiumento neque audeo, neque volo.

[Fortasse vero haud ita magno molimine tolli huius loci difficultates, omniaque ad liquidum poterunt deduci. Nempe τὰ κατέχοντα πρήγματα, ἃ τότε μιν κατελάμβανεν, (lin. 2 seq. et lin. 11.) res praesentes quae tunc eum occupabant,

(aut ei acciderunt) haud dubie eae res intelliguntur, de quibus Scriptor noster cap. 33., priusquam hanc digressionem de superiore Miltiade, primo Chersonesi tyranno, instituit, loqui coeperat, quas mox deinde cap. 41. exponere pergit. Quod lin. 4. ait, *τρίτῃ ἔτι τούτων*, id quidem, per se positum, poterat tertio post anno significare, sicut *διυτῇ ἔτι τούτων* cap. 46, 1. sed ex adiunctis h. l. facile adparet, tertio ante anno intelligi: quod ipsum quoque mox in fine huius cap. diserte declaratur, *τρίτῃ ἔτι πρὶ τέρων τῶν τότε μιν κατεχόντων*. Quae ei tertio ante anno acciderunt, ea *χαλεπώτερα* fuerant, *graviora, duriora*, quam quae nunc. Nunc enim (ut cap. seq. narratur) Athenas cum omnibus suis opibus, per otium quinque triremibus impositis, ultro Athenas repetens, unam quidem navem amisit a Phoenicibus cum filio suo captam; sed nihil mali accidit filio, quem admodum etiam liberaliter rex Persarum excepit: tertio vero ante anno, Scythis Chersonesum invadentibus, fuga se proripere coactus erat, et in exilio vitam agere. *Σκύθας ἐκφύγει* vulgo editur; quae si vera scriptura, verbum *ἐκφύγειν* non consuetâ alioqui notatione, ut cap. 38, 1. accipi debet; (nec enim hoc admodum grave erat, quod *Scythas effugit*:) sed *ἐκφύγει* h. l. idem atque simplex *φύγει* sonabit, ad *Scytharum adventum e Chersoneso profugit, fuga salutem petere coactus est*. Sed hac notione rectius, ut mihi videtur, *ἔφυγε* scribunt codd. Arch. et Vind. quod etiam Valla suo in cod. reperisse videtur: atque eodem modo mox libri omnes, Herodoteo more, id verbum (lin. 8.) repetunt, *τούτους ἐπιόντας* --- *ἔφυγε*. Supersunt primora huius cap. verba considerata, Οὗτος δὲ ὁ Κίμωνος Μιλτιάδου νεώστ' ἔτι ἐκ τῆς Χερσ. quae partim ad proxime praecedentem referuntur narrationem, partim ad sequentia transitum parant. Ibi δὲ particula, ut saepe apud Nostrum, idem fere ac δὲ aut οὖν valet, et hoc dicit Scriptor: Hic igitur Miltiades, Cimonis filius, novissimus vel postremus (ex Miltiadis τοῦ Κριτοῦ familia) in Chersonesum venerat; estque adeo hic illo posterior, nec cum superiore confundendus. S.

6. συνεστράφησαν καὶ ἤλασαν) Quum se in unum conglobassent Scythae Nomades, ad hanc usque Chersonesum processerunt. Pro κατεστράφησαν lib. l. c. 130. ex Codd. merito

receptum καταστράφθῃσαν: hic forte solemnem sibi posuerat formam συνιστράφθῃσαν, et lib. II. c. 121. ἐπιστράφθῃσαν: quod placuit Clar. Abresch. Dil. Thuc. p. 209. Ubi vulgatur τραφῇντις, huius Ed. p. 286, 6. [IV. 12, 13. ubi vide Var. Lect. et Adnot.] huius generis prostant nonnulla; qualia habet et Thucyd. semper tamen scribens ἐπιστράφθῃσαι et καταστράφθῃσαι. VALCK. — Utralibet verbi forma uti licuerat Herodoto, et in vulgatam h. l. consentiunt libri; quorum spreto praescripto, συνιστράφθῃσαν ex Valck. coniect. edidit Borh. S.

CAP. XLI. 8. τὴν δὲ οἱ πέμπτην τῶν νῶν κατεῖλον) Si genuinum est κατεῖλον, pro simplici novator illud posuerit εἶλον, ceperunt. Fortasse tamen scripserat τὴν δὲ οἱ πέμπτην τῶν νῶν κατεῖχον διώκοντες οἱ Φοίνικες: sive potius κατῆγον: eo nempe sensu, quem tradit Harpocrat. in Κατάγωσι τὰ πλοῖα, quemque H. Vales. explicuit p. 104. et 105. Sic Miltiadis istam navem insequuti Phoenices, non quidem mercibus sed onustam pecunia, in suum quendam portum averterint; quacum captum Miltiadis filium Metiochum ἀνήγαγον παρὰ Βασιλῖαν, δούλοντες χάριτα μεγάλην καταδύσεισθαι: postremum hoc, exemplis undique conductis, tractavit I. I. Wetsten. in Lucae Act. Apost. xxiv, 27. conf. D'Orvill. in Charit. p. 409. VALCK. — Iterum refragantibus libris omnibus unam ex Valck. coniecturis arripuit Borh. Verbum καταρῖν capiendi, corripiendi notione supra positum vidimus c. 29, 9. Possis etiam auferendi, et abstrahendi notione accipere, ut V. 36, 14. S.

19. ἐποίησε κακὸν μὲν οὐδὲν Μαρσιόχον) De uno Metiocho Herodotus. At Marcellinus in Vit. Thucydidis liberos Miltiadae eadem navi intercepta in hostium venisse potestatem adfirmat; imprudenter subiungens, ἀφίσταται δ' ὑπὸ βασιλῆως, εἴ γε μὴ ψεύδεται Ἡρόδοτος. Quae, malum, haec suspicio, cui nullus in scriptore fundus? WESS. — Ea tribuit Herodoto Marcellinus in vita Thucyd. quae nusquam ille tradidit; nam primum navem captam scribit, in qua liberi fuerint Miltiadis; deinde, ἀφίσταται δὲ, inquit, ὑπὸ βασιλῆως, εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. De uno tantum loquitur Herod. liberorum Miltiadis natu maximo Metiocho; hunc tradit variis commodis ornatum in Perside remansisse, atque ibi, uxore ducta, liberos procreasse: τῶν τε,

inquit, τὰ ἐς Πέρσας κίκοσμαιται: [lin. 22.] *liberos, Val-
la*, qui inter Persas censentur: scribi quoque potuisset, τὰ
ἐς Πέρσας τετάχεται. Κοσμεῖν apud veteres significabat etiam
τάσσειν, et ἡ τάξις Κόσμος dicebatur: quibus curae iuven-
tutis erat ἐνταξία, non Σωφρονιστάς tantum, sed et Κοσμηταὶ
vocabantur. Joh. Meursium in Att. Lect. II. c. 5. sequitur, ut
saepè, non nominatum S. Petitus in Leg. Att. p. 385. Ea-
dem qua hic structurà Herod. III. c. 91. ἐς τὸν Αἰγύπτιον νο-
μὸν αὐταὶ (Cyrene et Barce) ἐκκοσμήσασιν: id est τετακμήναι
ἦσαν. VALCK.

CAP. XLII. 1. οὐδὲν ἔτι πλέον) Non obliviscor for-
mulae ἐπὶ πλέον et ἐπὶ πλείον in N. Test. tabulis atque alibi
saepè obviae, et curam Perizonii ad Aeliani Var. I. 30. me-
ritae: hinc ex Med. inculcatur nullà causà. Noster lib. IX.
106. οὐδὲν ἔτι πλέον ἔλγντο τούτων: et cap. 120. WESS. —
Duo loca, quae respexit Vir doctissimus, sunt IX. 107,
20. et cap. 121, 5. ubi in ἔτι πλέον conspirant quidem,
quod sciam, hodie libri omnes, ac ferri id ipsum quoque
poterat: sed, ut de formula ἐπὶ πλέον aliorum taceam usum
auctorum, (quos Werferus testatus est, in Var. Lect. a no-
bis laudatus,) collatis Nostri locis II. 171, 3. V. 51, 16.
120, 6. et IX. 41, 1. intelligitur sperni non debuisse scri-
pturam a probatis codicibus h. l. oblatam; fitque verisi-
mile, in reliquis etiam duobus locis IX. 107. et 121. ἐπὶ
πλέον debuisse librarios. S.

2. ἐς νῆκος φέρον) ἐς νῆκος φέρον Sladus, διαφθερὰν ex Hes-
chio interpretatus, maluit: frustra. Homerus saepè: etiam
de bello infra, lib. VII. 158. WESS. — ἐς νῆκος φέρον, ad
inimicitias pertinens, ad bellum spectans. Opponuntur τὰ
εἰρηναῖα, in fine cap. S.

5. ἐκ τῶν πολέων) Egregie sic Palmerius Gronoviusque.
Haud praeter librariorum indolem confusio πολέων et πολε-
μίων. Dedi exempla ad Diodori lib. XIV. 50., quibus ac-
cedat ex Polyaeo lib. V. c. 44, 1. Memnon βουλόμηνος κατε-
μαθὲν τὰ μέγιστα τῶν πολέμων καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐνοικούντων:
nam, τῶν πολέων fuisse primitus, vacat dubio. Scripsi
[lin. 6.] ἵνα δώσειδικοὶ εἴεν, flagitante usu et probante H.
Steph. Thes. T. I. p. 987. Habet Polybius lib. IV. 4. vocem
et Suidas ex eo. WESS. — Vide Var. Lect. et quae ad Po-
lyb. IV. 4, 3. olim notavimus. Ut δόσις per s breve, quid-
ni itidem δόσιδικοῖς recte scribatur? S.

CAP. XLIII. 5. πολλὸν δὲ ναυτικόν) Vir summus Is. Casaubonus στρατὸν hunc ναυτικὸν recte interpretatur aptum ad conscendendas naves, ad Strabon. lib. I. p. 82. [pag. 47. ed. Cas.] sequente Stanleio in Aeschyl. Pers. vs. 54. Neque enim naves una cum nautis Mardonius ex Perside in Ciliciam ducere valuit. Refer huc cap. 95. prodita. Genus Mardonii ac inter Persas auctoritatem non praeteriit Diodorus lib. XI. 1. WESS.

11. παραπλέων τὴν Ἀσίην) Fuit, cui hoc valde ineptum: esse enim Ioniam Asiae partem, nec posse illum, qui ad Ioniam adpellit, dici παραπεπλεμέναι τὴν Ἀσίην, uti scriptum hic: praestare propterea τὴν Καρίην, quippe Ioniae vicinam et ex Cilicia naviganti obeundam. At hoc nimis est sapere. Ex Cilicia in Ioniam tramittenti praeternavigatur Pamphylia Lyciaque, quae utraque cur coniectanti negligitur. Verbo, Herodotus τὰ κάτω τῆς Ἀσίας, in quibus Cares et Lycii lib. I. 177., spectavit. WESS.

15. τοὺς γὰρ τυράννους τῶν Ἰωνῶν καταπαύσας) τῆς τυραννίδος nempe, vel τῆς ἀρχῆς. Sed, si forte variant Codices, illud, an καταλύσας, posuerit, vix constitui poterit: prius plerumque plene dicitur Herodoto, καταπαύσαι τῆς ἀρχῆς Μήδους καταπαύσαι Δημάρχου τῆς βασιλείης ἀρχῆς Κύρον καταπαύειν. Dum Persa Mardonius in Ionia δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλεις, videri debuit Graecis ea res secundum Herodotum vix credibilis; quia Reges atque imperio regali adsueta popularem regiminis formam in civitatibus libertate usis sic plerumque voluerunt mutatam, ut saltem penes paucos esset imperium, quos dicto facilius haberent obedientes. Paulo post [lin. 18.] restituetur συνέλχθη μὲν χρεῖμα πολλὸν νῶν. VALCK. — Vide Var. Lect. S.

CAP. LXIV. 7. τὰ γὰρ ἐν τῷ Μακεδόνων) Littera mutata τὰ γὰρ ἐκ τῶν Μακ. vir eruditus; namque progredienti e Graecia intra Macedoniam (ἐν τῷ Μακεδ.) Thessalos esse, extra vero Thraces et Getas: vere quidem: sed, quid si Bosporum Thracium aut Hellespontum transfretaveris, erunt-ne ἐκ τῶν Μακεδόνων Thraces plerique omnes? Id nemo adfirmaverit. Oram autem Propontidis Europaeam ipsamque Thraciam Dario paruisse, ex superioris libri c. 25. et lib. VII. 106. conpertum. WESS.

13. πρὸς τὸν Ἀθῶν) Iterum πρὸς τὸν Ἀθῶν VII. 21. quam-

quam τὸν Ἄθω quidam ibi Codd. ut paullo superius *Vindobonae*. Non profecto nescio, *Diodorum* aliosque sic maluisse, quibus suum non invidео. Τὸν Ἄθω Servius Atticis tribuens, ad Aen. XII. 701. Quod autem *Herodotus*, scribit, hunc *Athōn*, hunc *Apollon* dicit, *Atticae* declinationis est. De monte recte; τὸν Ἀπόλλων non novi. Statim κατὰ τριμυσιᾶς *Valla* expressit; et recipi, ut numerus quodammodo indefinitus maneat, poterit. Ita c. 117. κατὰ ἑκαμυσχίλους καὶ τετραμυσιούς, et crebro. Ceterum *Boreas* μέγας τε καὶ ἄπορος, [lin. 11 seq.] idem qui *Strymonias* μέγας τε καὶ κυματίνης lib. VIII. 118. Hic ἄπορος, arcens transitu, de Gronovii sententia; forte verius, πρὸς δὲ οὐδένα πόρον εὐρεῖν ἴσται, sicuti Ἀπορώτατον *Isaei* explicuit *Harpocratio*. Immo vero haud scio, respexerit-ne *Grammaticus* et *Nostri* ἄπορον. Nam, quae sequenti Ἀποσάξαντα subiiciuntur, Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑκτῇ, q̄time accedent prioribus, loco suo mota; siquidem ἀποσάττιον in hac *Musa* nusquam, et *Suidas*, exscribens *Harpocratio*nis ἀποσάξαντα, *Dinarcho* vindicat, *Herodoti* mentione neglecta. Atque haec nunc blandiuntur. Vide tamen c. 125. [ubi περίταξι.] WESS.

[18 seq. οἱ δὲ αὐτίκω - - οἱ δὲ, ῥίγῃ] *Commode* REISKIUS: „οἱ cum gravi: qui natare nesciebant, illi propter hoc ipsum „(vel solum) - - fluctibus hauriebantur: οἱ δὲ, scil. ἡπί- „στατοι, qui autem nare sciebant, illi tamen frigore exstingu- bantur.“ S.]

CAP. XLV. 3. Βρύγαι Θρήνης) Quando lib. VII. c. 73. Φρύγες secundum *Macedonas* olim dicti traduntur Βρύγες vel Βρίγες, (vid. *Holsten.* ad *Steph.* in Βρίγες) pendet ista scribendi diversitas a dialecto. *Macedones* οὐδέποτε κατ' ἀρχαίς λέξεων τῷ Φ χράται, ἀλλὰ τῷ Β, teste *Heraclide* ap. *Eust.* Od. κ'. p. 391, 16. Habet *Etymolog.* p. 179, 17. ut *Macedonica*, Βρύγαι, et Βαλακρόν. Βάλακρον τὸν Νικάντορος, (*Vales.* in *Excerpta* pag. 76.) *Diodor.* T. II. p. 275, 93. qui Κεβαλίδον forte dederat p. 351, 16. sicut p. 221, 26. Βαλλάνην et Βαλλανικόν *Eustath.* in Od. l. p. 340, 21. In vicinis [lin. 5.] more suo scripserat forsitan *Herod.* οὐ μέντοι οὐδὲ αὐτοί γε δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσίων: qua forma loquendi lib. III. c. 19. Καρχηδόνιοι, inquit, οὕτω δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσίων: VII. 154. nulla istarum civitatum πέφυγεν δουλοσύνην πρὸς Ἰπποκράτειος: I. 159. Φρύγων θάνατον βίαιον πρὸς

Πασιῶν. Passivorum loco saepe verba neutra, nonnunquam etiam nomina adhibita, sequuntur illorum structuram; in istis, *violenta morte affici*, atque *in servitute abduci*, vocibus θανάτου βίαιου et δουλοσύνης significantur. Huc pertinent *Thucydidea*, ὧν ἐν ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, et ὑπὸ τῶν ἀσπῶν, p. 84, 75. p. 387, 66. [I. 130. VI. 15.] *Euripid. Phoen.* vs. 365. μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου πτάνη, *ne a fratre dolose occidar*; quaeque pauca dantur similia. VALCK.

CAP. XLVI. 1. Διυτίρω δι' ἑαυτοῦ τούτων) Rerum earum, quas descripsit. Est autem annus Olymp. LXXII. secundus, quo et Thasii in ordinem coacti et legati aquam et terram petittum missi abierunt: namque μετὰ δι' τοῦτο c. 48. huc referendum. Insequens annus pugna celeberrimus est Marathonica, decimus ante Salaminiam victoriam apud *Thucyd.* I. 18. WESS.

9. ἔκ τε τῆς ἡπείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετάλλων) Vallae Latina, *ex continenti et metallis*, neque hic, nec deinceps Cl. de Pauw se probare valuerunt: *ex terra et metallis* illi praestabilius; ἡπείρου voce, ut in *Etymol. Suida* et aliis, pro terra posita. Quam ego quidem notionem illi non detraho; de *Herodoto*, cuius in Musis frequentissimum vocabulum, addubitans. Certum est, *Thasios* in Thraciae adversa ora metalli fodinas exercuisse, agrosque arasse, ex *Thucyd.* I. 100. Liqueat insuper, insulam fuisse ἑκαρπον, *Dionysii* vs. 523. indicio. [ubi Θάσος, Δημήτριος ἀκτὴ.] Mox [lin. 10.] ἐν Σκαπτησούλῃ *Arch.* accuratissime observationi *Steph. Byz.* congruit, et *Lambino* opitulatur, *Scaptesyllum* restituenti *Lucretio*, reiecta *Scaptensula*, cuius post *Festum* vindex *Gifan.* At Σκαπτήν ἔλην priscorum plerique disiunctim maluerunt, quorum exempla ad *Stephan.* stipavit *Holstenius*, inmemor occupata fuisse a *Paul. Leopardo*, *Emend.* lib. VIII. 20. *Vallam* in his explicandis lapsus leniter (uti in more habet) corrigente. WESS.

13. ἰούσι καρπῶν ἀτελείσι) Si forent tributorum immunes olim *Laurentius*, ac si φόρων ἀτελείσι ob oculos habuisset; sicuti *Appianus* Ἀντίου φόρων ἀτελείς *Bell. Civil.* lib. V. [c. 7.] p. 1077. Ego vero nusquam in schedis animadverti, haud recusaturus, si vel in unis reperiretur. Laudato de Pauw ἀτελής imperfectus, et καρπῶν ἀτελής fructuum defecti copia intelliguntur. In *Hesychio* Ἀτελής, ἰδιωτής, cuiusmo-

di spadones aut alia parte manci: καρπῶν ἀτελῆς eodem posse modo dici, nondum, ut credam, adducor. In lib. I. 192. τῶν ἄλλων ἰούσαι ἀτελῆς, de vicis, a tributorum pensione, nisi quod canibus cibum praeberent, liberis. An ergο καρπῶν ἀτελῆς, quod ad fructuum proventus attinet, a tributo immunitibus? Quod et Abreschio placuisse, animadverto. WESS.

Ibid. ἰούσαι καρπῶν ἀτελῆς) Valla: si Thasii forent immunes tributorum: in tributum vicem terrae proventum, fruges, sed vinum in primis generosissimum Persae videntur a Thasiis accepisse; qui propterea, ut ἀτελῆς φόρων alii, sic dici potuerunt καρπῶν ἀτελῆς. Thasiorum aurifodinas ex Herod. memorat Eustath. ad Dionys. vs. 517. Meminerunt earumdem Thucyd. I. 100. Marcellin. in vita Thuc. p. 3. et Zenob. Cent. IV. Prov. 34. Neque agrorum fertilitate motus, neque insulae divitiis, Archilochus Thasum in suis saepe carminibus habuit despicatui, quod e diversis liquet illorum fragmentis apud Athen. XII. p. 523. D. Eustath. in Iliad. θ'. p. 616, 46. Plutarch. de Exil. p. 604. B. qui, Ἀρχίλοχος, inquit, τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνοπιδὰ παρορῶν, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον διέβαλε τὴν νῆσον. VALCK. — Et frumenti copia abundabat Thasus, et vinum quoque in primis celebre Thasium erat. Sed videtur et fertiles Thasiorum agri et vineta in opposita continente (ἢ ἡπείρῳ) maxime fuisse; nempe in Thraciae ora, quae Thasiorum fuit: qui quum fructuum nomine ex ea regione perceptorum nec Thracum regibus nec Persis vestigial ullum aut tributum penderent, ἰούσαι καρπῶν ἀτελῆς, ad redditus, quos ex metallis percipiebant, insignis quotannis cumulus ex agrorum istorum vinetorumque proventu illis accedebat. S.

CAP. XLVII. 4. ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου) Ex more scriptoris, stabilita diligentia Cel. Gronovii ad lib. IV. 45. [ubi frequens obtinet ille usus praepositionis ἐπὶ, praeterea ad IV. 107, 2. 184, 17. VII. 58, 15. 61, 17. et 74, 2. provocavit Gronov.] De Phoenicibus et Thaso nonnulla lib. II. 44. Poterunt autem τὰ μέταλλα φοινικὰ, [lin. 5. ubi cf. Var. Lect.] si quae necessitas, et φοινικικὰ pingi, uti saepe in Strabone πόλεις φοινικικαί, apud Athen. γαῦλος φοινικικός, qui tamen XII. p. 538. D. πορφύρεα καὶ φοινικὰ χρυ-

εὐφρα iunxit. [Sed ibi Φοινικὰ de colore, non de populo.]
 ἐν πλίμῃ Φοινικῷ Polemo Or. II. p. 16. ed. H. Steph. παιδείᾳ
 Φοινικῇ Dio Cass. Ecl. XLVI. Accedat Συρία Φοινίκη Diodori
 lib. XIX. 93. et Punicum bellum. WESS.

CAP. XLVIII. 8. νῆας τε μακράς, καὶ ἱππαγωγὰς
 πλοῖα) Hic quidem ad Ammonii mentem distinguit νῆας,
 longas naves, et τὰ στρωγγύλα πλοῖα. Sunt enim hic νῆες sive
 νῆες, στρατιώτιδες et ἑπιταγωγοί: πλοῖα vero, quae equos ve-
 herent. Lib. VII. c. 1. iussi sunt parare νῆας τε, καὶ ἵππους,
 καὶ εἶπον, καὶ πλοῖα: haec scilicet εἰς ἵππους καὶ εἶπον: atque
 adeo νῆας τε, καὶ πλοῖα ἱππαγωγὰ καὶ σιτηγὰ. Neque sane
 bellicas et longas naves πλοῖα dixit; sed hippagogas, etiam
 ἱππαγωγούς νῆας, (vid. Gronov. ad init. libri VII.) et onera-
 rias cum commeatu εἰς εἶτα νῆας, VII. c. 21. [In eandem
 sententiam disputaverat Gronov. l. c.] Haec firmant Dukeri
 sententiam ad Thucyd. VI. 43. Apud Ammon. in Aristote-
 lis loco Alexander Molossus (accitus ab Tarentinis in Italiam,
 Livio VIII. 24.) ἐξέπλευσε ναυσι μὲν πεντηκαίδεκα, πλοῖοις δὲ
 συχοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατηγικοῖς: postremum, procul dubio
 mendosum, tentavit Clar. D'Orvill. in Charit. p. 674. sed a
 vulgata nimium abit vox σιταγωγοῖς: mihi restituendum
 videtur, ἱππαγωγοῖς καὶ φορηγικοῖς: naves onerarias, φορηγι-
 καὶ πλοῖα dixerunt Thucyd. p. 434, 60. [VI. 88.] Xenoph.
 V. Ἑλλ. p. 320, 37. aliique. VALCK.

CAP. XLIX. 7. ἐπὶ σφίσι ἐπύχοντας) Confer dictæ
 lib. I. 80. [At ibi diversior verbi ἐπύχων usus.] Aeginetae
 maris hoc tempore erant domini, ἑθαλασσοκράτου, Eusebio
 et Syncello testibus. Id praeter alia ussit Athenienses, an-
 samque dedit augendae, quae toti deinceps praesidio fuit
 Graeciae, classi, consentientibus Herodoto VII. 144. et Thu-
 cydide I. 14. WESS.

Ibid. ἐπὶ σφίσι ἐπύχοντας) Quod olim vulgabatur, id
 dedisse videtur Herodotus, ἐπὶ σφίσι ἔχοντας, lectum Eu-
 stathio in Od. γ'. p. 683, 21. ubi Homericum τί μοι ἐπύχεις;
 interpretatus, τί κατ' ἐμοῦ ἔχεις, Ἡρόδοτος δὲ, inquit, διαλε-
 λωμένως φησὶν, ἐπὶ σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας: alia dedit
 in Iliad. χ'. p. 1355, 46. Eustathium sequitur H. Steph. in
 Prolegom. p. 736. [de Herod. voc. et loq. form.] Sunt et
 Herodoteae tmeses, μετὰ δὲ βουλεύεται, p. 387, 5; [VII. 12, 7.]
 ἀπὸ πάντων τὰ χρήματα ἄγων, p. 434, 41. [VII. 164, 16.] etc.

VALCK. — Equidem, ἐπὶ χοντρας ex scholio irrepsisse suspicatus, adeoque ἔχοντρας revocans, nullam hic tmesin vidi, sed simplex verbum suo nomine legitime positum iudicavi ea notione, ut, quemadmodum ἔχιν ἰς τὴν vel ἰς τὴν ad aliquid vel ad aliquem spectare, pertinere, tendere, frequenter apud Nostrum significat, sic ἔχιν ἰπὶ τινὶ, adversus aliquem tendere intelligatur. S.

CAP. L. 2 seqq. Κλισούρης etc.) Quae de Spartanorum rege, Aeginetas adgresso, eadem Pausanias lib. III. c. 4. WESS. — In insulam Aeginam venisse quidem dicitur Cleomenes: sed a Crio aliisque impeditus facere [quod voluerat] non potuit; quod iam nunc, Demarato nondum electo, fecisse dicitur Pausaniae lib. III. p. 212. VALCK.

11. ἢ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρίτου) Erat in Latinis ex epistola. Maluerunt de mandato alii, Portus et ante eum Stephanus; qui quidem dissensus in re longe hinc remota momenti non magni: his tamen calculum adposui lib. IV. 10. WESS.

12. εἶπετο τὸν Κριόν, ὃ τὶ οἱ εἶναι τὸ οὐνομα) Suspisor Aeginetam istum Crium luctatorem fuisse, quem Simonides carmine memoraverit. Ad Aristoph. Nub. vs. 1359. ἔσας Σιμωνίδου μέλος, τὸν κριόν ὡς ἐπύχθη, ista leguntur in Schol. τοῦτο τὸ μέλος Σιμωνίδου καὶ Ἐπινίκου, Ἐπέξας ὁ κριός -- ἦν δὲ παλαιστῆς Αἰγινήτης: forte scribendum, Σιμωνίδου ἢ ἐπινικίου: ut verba, Ἐπέξας ὁ Κριός οὐκ αἰκίως, ἔλθων εἰς δένδρον ἀγλαόν (s. ἰς ἀγλαόδένδρον) Διὸς τίμενος, ut ista verba fuerint in Crium Aeginetam Simonidis, alludentis ad arietem πεκρούμενον. Acerbo ioco Herodoti Cleomenes, cum Aegineta sibi nomen esse dixisset Κριού, ἦδη νῦν, aiebat, καταχάλλου, ὦ κρι, τὰ κέρα, ὡς συνοισόμενος μεγάλο κακόν. Iam nunc tu, velut vir gregis, aerata tua fac cornua, quibus possis luctari adversus magnum malum, quod tibi imminet. Paulo inconsideratius negaverat Aegineta, Cleomenem οὐδὲνα εἶναι χαίροντα Αἰγινήτων: dictum indignatus, ex Κριού nomine captat hominis irridendi Rex Spartanus occasionem; atque ea dicit, quae in veri nominis arietem petulantiorum, κριόν ἀσφαλόμενων, dici poterant, cuius protervia brevi refutaretur. Ne Cicero quidem abstinere se potuit, quin C. Verri, homini sane pessimo, ex ipso nomine verris crearet interdum invidiam, IL in Verr. c. 78. Videtis

Verrutum? videtis primas literas integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris tanquam in luto demersam esse in litura? Sic IV. in Verr. c. 25. ut hic nomen suum (verris) comprobavit, sic ille cognomen (frugi.) Siculos dicentes facit c. 43. in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere. Multo minus patienter legi poterunt frigidi Plautini ioci, Bacchid. II. 3. vs. 50. Menaechm. II. 2. vs. 38. Trucul. I. 1. vs. 58. quem relicit versum tanquam spurium G. Canter. Nov. Lect. VII. 10. nisi sit in scena prolatus, quid sibi vellet Comicus, a plebe non potuit intelligi. Cicero Philipp. XI. c. 6. C. Annium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Graeco verbo, quoniam omnia iura dissolvit. Unicum licet de hoc genere, mirabar tamen in Livio, quod Scipionem facit dicentem, Atrium Umbrium semilixam nominis etiam abominandi ducem, lib. XXVIII. c. 28. Apud recentiores inprimis Graeculos huius generis reperiuntur plurima. VALCK. — De accentu, quo nomen Aeginetae illius hominis notavimus, in Var. Lect. dictum est. S.

CAP. LII. 1. ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιτῇ) Quem innuat, Tyrtæum-ne an alium, haud memini. Cum poeta isto plerique Graecorum faciunt: Xenophon tamen in Agesil. p. 72. ed. Hutch. eumque secutus Plutarchus, domum, quam Aristodemus Spartae erexerit, habent. WESS. — At non unum aliquem ex poetis hic innuit Herodotus: sed nullum ex poetis ea in re, de qua hic agitur, adsentiri ait Lacedaemoniis; adeoque famae apud Spartanos vulgatae opponit veterum Poëtarum auctoritatem, quorum nempe carminibus alioqui memoria rerum superioribus temporibus gestarum certissimâ ratione ad posteros propagari existimatur. S.

3. τοῦ Κλεοδαίου) τοῦ Κλεοδήμου dum hic scribendum putabat Meurs. de Regno Lac. c. 6. non recordabatur, apud ipsum Herod. constanter scribi Κλεοδαίου, VII. 204. VIII. 151. Sequi potius debuerat Fr. Sylburgii iudicium, Aeliano quoque nomen restituentis Κλεοδαίου, ad Pausan. Lacon. p. 246. Inde facile fluxerunt formae minus sinceræ Κλεοδαίμου, et Κλεοδάτου. Spartani Μενεδαίου nomen male in Μενεδάτου transierat apud Thucyd. p. 228, 56. alterum satis commendat notissimum μενεδήιος: eandem habent vim no-

mina Laconica Κλεινόμενος et Κλειδαῖος. Non filios tantum, sed patrem quoque Aristodemum Spartam tenuisse statuit et qui dicitur Xenophon in Encom. Agesil. p. 72. Διασθω τις τὰς θύρας αὐτοῦ· εἰκόσται γὰρ ἂν τις ἔτι ταύτας ἐκίνας εἶναι, ἅσπερ Ἀριστοδήμος ὁ Ἡρακλείους ὅτι κατῆλθε λαβὼν ἐπιστήσαντο: ubi notat Hutchins. VALCK.

6. Ἀργεῖην) Errorem excusare ab hac scriptura discrepantes nequeunt: stabilitur matronae nomen omnium consensu: quin fuerunt, qui Pindaro Ἀργεῖδας inculcabant Isth. Od. VII. 21. μητρόθεν appellatos, διὰ τὸ Ἀργεῖαν ὀνομάζεισθαι τὴν Ἀριστοδήμου γυναῖκα, quamquam frustra illi. Ad-dita hic maiorum series sororem ostendit Therae, quem πρόδικον, ut Spartae dicebant, sive tutorem pupillorum Eurysthenis et Proclis vidimus lib. IV. c. 147. WESS.

13. ἴσων ἰόντων) In horum medio positum ἀμφοτέρων, tantopere damnatum, neque utile, expunxi. Nexa quae adhaerent, varie tentata fuerunt, praecipue ἡ καὶ πρὸ τοῦτου. [lin. 14.] Puto indicari, nihilo magis quam antea potuisse, uter natu prior esset, discernere, et μᾶλλον ad sententiam adsciscendum. Convenit ex lib. VII. c. 189. ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χιμῶνα, ἡ καὶ πρὸ τοῦτου, ἰθύνοντο: quodque in c. 139. eiusdem Polymniae; nam πρὸ τοῦ non differt. Malunt porro docti viri [lin. 16.] οὐ βουλομένην δὲ, restituta negante particula; quibus si adiutrices adessent schedae, fortasse adsentirer: nunc intercedo. WESS. — Vide quae paullo post notamus. S.

14. ἡ καὶ πρὸ τοῦτου) Hac saltem in sede voces istae, si aunt Herodoteae, commodam vix admittunt interpretationem: aptius forsitan haerere viderentur istis, quae paulo leguntur superius, sic intersertae: ἐπιδόντα δὲ τὸν Ἀριστοδήμον τὰ τέκνα, (ἡ καὶ πρὸ τοῦτου,) νοῦσιν τελευτᾶν. Est et in proximis [lin. 16 seq.] structura minus expedita: mea sententia lenius ista fluere in modum scripta: εἰδὼν μὲν (καὶ τὸ καίρια λέγουσαν ταῦτα,) βουλομένην δὲ εἰκώς ἀμφοτέροις γινώσκον βασιλῆς: scientem quidem, tametsi valide negaret geminos se internoscere: λέγουσαν ταῦτα, nempe οὐδὲ αὐτὴν διαγνωσκύν. VALCK.

[Ad ἡ καὶ πρὸ τοῦτου nec h. l. nec VII. 189, 9. aut VII. 139, 16. adsciscendae ad sententiam cum Wesselingio particulae μᾶλλον locus est. Nec tam incommode, quam Val-

cenario visum erat, hac in sede locatae istae voces mihi videntur. Praecedentia verba satis indicant, missos fuisse probatos nonnullos viros, qui inspicerent pueros, viderentque uter illorum natu esset maior. Hi igitur, postquam illos inspexerunt, nec per se dignoscere natu maiorem potuerunt, quum ambo inter se similes et aequales (eadem corporis specie, robore et staturâ) reperissent; tum vero, aut iam antea etiam, matrem interrogarunt. Nec vero etiam, cur sequentia sollicitarentur verba, satis causae erat. Ista, *εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα*, in latina quidem versione eandem in sententiam reddidi, quam Gronovius his verbis expresserat, *etsi optime nosset illa aperire*, quasi infinitivus λέγειν ab εἰδυῖαν penderet. Rectius vero λέγειν ταῦτα ad superiora, οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, referetur: hoc illam (nempe, nec se internoscere natu maiorem) dixisse, quum quidem vel maxime nosset, sed cuperet etc. τὸ κάρτα, abundante τὸ articulo, vel maxime, quam maxime, ut I. 71, 6. III. 104, 15. VII. 16, 26. S.]

21. τὸν γεραιότερον) Praestantia Med. Cod. et conspirantium meritis fertur laudibus; quae tamen saepe modum excedunt. Πρεσβύτερον eorum scholion est, defensione indignum. An, quaeso, γεραιότερος postulabit, uni adfuisse prae altero γίρας? Quid fiet ergo tot Xenophontis aliorumque dictis, in quibus γεραιότερος aetate senior et amplius nihil? WESS.

41. τὸν πάντα χρόνον τῆς ζῆς ἀλλήλοισι) Αὐτίαν, in schedis repertum nullis, cur retinerem? Rixarum et discordiae, animos fratrum disiungentis, Pausanias testis accedit, διδυμοὶ δὲ ὄντες, διαφορὰ τὰ μάλιστα ἦσαν, Lacœ. c. 1. p. 205. Sunt quoque Eurysthenidarum et Proclidarum dissensionis in Musis et aliorum commentariis sempiterna monumenta. WESS.

42. τοὺς ἀπὸ τούτων γινομένους ὡσαύτως) Non repugnat quod scribit Livius XL. 8. sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum Reges salutarem per multa secula ipsis fuisse patriaeque. Nam, privatim saepius adversarii duo Reges Lacedaemoniorum, unanimes conspirabant in publicae rei commodis iuvandis; aut etiam inter se laudabiliter certabant περὶ τοῦ ἐκότερος πλεονέκτησθαι τὴν πατρίδα ἐργάσασθαι, ut Aristides loquitur Herodoti VIII. 79. Neque noluit Lycur-

gus concordem talem discordiam in civitate sua locum habere. *Plutarch.* T. I. p. 598. c. "Εἰσιν ὁ Λακωνικὸς νομοθέτης ὑπέκκαυμα τῆς ἀρετῆς ἑμβαλεῖν εἰς τὴν πολιτείαν τὸ φιλότιμον καὶ φιλότικον. *Conf.* T. II. pag. 232. c. 813. v. et Melanthii dictum de civitate Attica p. 20. c. VALCK.

CAP. LIII. 2. τὰς δὲ κατὰ τὰ λεγόμενα etc.) Gronovius bene, cui rescribi nihil debuisset, ultima huius capituli verba clamant. Est quoque periculosior sequentibus admota manus. Equidem addidi ex scriptis γὰρ δὴ, cetera bonae notae arbitratus. Pendet sermo ex ἐγὼ γράφω, quae, si repetantur in ὡς εἰσι Ἕλληνες, nescio quid iure desideretur: nam Θεοῦ ἀπρόντος a Valla versum a Deo genitum non laudo. Patrem mortalem Perseo Scriptor negat; μέχρι Περσεύς, usque ad Perseum, non altius, adscendens, ut ait. Vere ergo τοῦ Θεοῦ ἀπρόντος, Deo in seriem non relato. WESS. — Peropportune vero κατὰ τὰ ὑπὸ λεγόμεν. dedit noster cod. F. Superiora, ait Herodotus, soli Lacedaemonii dicunt: (*conf.* c. 52, 1. ibique notata:) nunc ea referam, inquit, quae eodem modo Graeci dicunt, id est, in quibus reliqui Graeci Lacedaemoniis adsentiantur. Quod autem verba illa [*lin.* 6.] ὡς εἰσι Ἕλληνες ab illis ἐγὼ γράφω pendere ait Vir doctissimus, id mihi secus videtur. Arcte profecto cohaerent ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσι Ἕλληνες. Itaque participia καταλεγόμενους et ἀποδεικνυμένους tamquam graeco more pro infinitivis posita cum Valla et Gron. equidem accepi. S.

12. εἴρηται μοι) Sic melius. Εἰρήται multitudinis est, sicuti lib. VII. 96. Persei origo Aegyptia tangitur lib. II. 91., a qua suggillanda cavere sibi noluit *Plutarchus*. At unde Danaus et Lynceus, si non ex Aegypto? Ceteros consulto tacitos habuit. WESS.

Ibid. ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρυσίου) Haec et sequentia quaedam, alio quam invenerat ordine collocata, *Plutarch.* exhibet, de *Herod.* Malign. p. 857. v. Οἱ δὲ Δωριέων, Φησὶν, ἡγεμόνες φαίνονται ἐν Αἰγύπτῳ ἰθαγενεῖς ὄντες καταλέγοντες (*leg.* καταλέγοντι) τοὺς ἄνω Δανάης καὶ Ἀκρυσίου πατέρας: quae prorsus obscuravit interpres. Ad Herodotea *Plutarchus*, τὸν Ἐπαφόν, inquit, καὶ τὴν Ἰώ, καὶ τὸν Ἰάσον, καὶ τὸν Ἄργον ὅλως ἀφῆκεν. Epaphum in Aegypto natum omittere potuerat; Ionem, Iasum, et Argum Herodoteae narrationi me-

rito opposuit; neque enim hos Aegyptios origine dixerunt Graeci, qui posteros Epaphi, atque adeo maiores Acrisii, fatentur Aegyptios esse *ἰθαγενεῖας*, Libyen, Belum, Danaum et Aegyptum, Lyncea. Sed vituperare potius debuit *Plutarch.* quos habuit *Herodotus* auctores, non quid ipse sentiat, sed tradens quid Graeci de his fabulari sueverint: hoc non in fine tantum capitis, sed et initio, significavit; ubi, *Τὰδε δὲ*, inquit, *κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω*, vel *γράφω*: ut I. c. 95. *κατὰ ταῦτα γράφω*. Quid sibi velit τοῦ *θιού ἀπέναντος* [lin. 5.] mihi quidem non liquet. VALCK.

CAP. LIV. 4. *Περσὶ οὐδὲν*) De Persarum sententia si venerint quae libro VII. 61. scribit, *Perseum* videlicet Danaë et Iovis fuisse filium, creasseque ex Andromeda Persen, unde Persicae genti nomen; in matre patreque Graecos inter et Persas fuerit concordia, de avo Iis et progenitoribus; quos una cum Acrisio a consanguinitate Persaei si secluserint Persae, Danaë Assyriae aut Persicae erit stirpis. WESS.

CAP. LV. 2. *καὶ ὁ, τὶ ἀποδιξάμενοι*) *Reiskius* ὅτι optime disparavit. In regni successione *διαδίσταται* et *ἐκδίσταται* sedem habent: *ἀποδίσταται*, in rerum actu. Οἱ μὲν νυν *Κῆρις οὐδὲν λαμπρόν ἔργον ἀποδιξάμενοι* lib. I. 174. saepissimeque aliàs. WESS.

CAP. LVI. 2. *Διὸς τι Λακεδαιμόνος*) Saepe quidem *Lacedaemonis*, Iovis filii, sed huius *Iovis*, *Λακεδαιμόνος* dicti, nusquam alibi factam invenit *Meursius* mentionem; et sane mirum est, si *Iovem* coluerint *Λακεδαιμόνα*, hunc non ut Deum *ἀρχαγίταν* habitum saepiusque commemoratum. Coluisse *Lacedaemonios* *Ἀγαμέμνονα Δία* variorum contra constat testimoniis docuitque *Meurs.* *Misc. Lacon.* I. c. 4. Suspicebatur *Casaub.* in *Athen.* III. cap. 21. [Animadv. T. II. nuperae edit. p. 175 seq.] dictum *Iovem* *Ἀγαμέμνονα* Spartanis, ut *ἀρίστεινον* a *Simonide*; *Agamemnone* certe nomen antiquius *ἐπιθιτικῶς* de Deorum rege potuit usurpari, et vera adpellationis ratio *Lycophronem* ceterosque latere. *Athen.* III. p. 99. B. *Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἀρίσταρχον εἶπε τὸν Δία, καὶ Αἰσχύλος τὸν ἄδην ἀγηςίλαον*. Dedit ibi plura *Casaubonus*. *Ἀγηςίλαν*, inferum *Iovem*, attigit *Bentley* ad *Callim.* in *Lav. Pall.* vs. 130. Ubi vulgatur in *Hesych.* *Ἀρίστ' ἀρχὰ μία*, *Simonideum* forte dederat *Ἀρίσταρχον*, *Δία*. *Herod.* T. VI. P. I.

Asopii vocabant Aesculapium Φιλέλαον, teste Pausan. III. p. 267. Ἀλεξιν, τὸν Ἡρακλῆα, Coi, Aristid. I. p. 62. Τηλέμαχος, ἢ Ἀρτίμις dicitur in Luciani Lexiph. II. p. 335. Habet istius generis nonnulla Aristoph. Ίπ. vs. 164. Θυσμ. vs. 811. Λυσ. vs. 554. VALCK.

5. αὐτὸν ἐν τῷ αἵματι ἐνέχσθαι) Omissa saepius, additur in legibus interdum Atticis praepositio; velut apud Demosth. contr. Aristocr. p. 408, 54. apud Andocid. p. 12, 36. τὸν βουλευσάντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἱγασάμενον. Unde corrigendus Antiphon p. 143, 19. ut, pro μήτε χειρὶ ἀράμενον, scribatur μήτε χειρὶ ἱγασάμενον. conf. Lysias pag. 18. et Markland. VALCK. — De formula εἰ δὲ μὴ (ibid. ubi εἰ δὲ absque negatione expectasset aliquis) vide Vigeri Idiot. VIII. vi, 9. ibique Zeun. Scilicet, ubi in praecedente membro nulla est negatio, ibi εἰ δὲ μὴ sin minus significat; si in praec. membro negatio est, εἰ δὲ μὴ positive intelligitur, sin, si quis id fecerit. Sic in Evang. Matth. ix, 17. Confer Indicem nostrum Graecitatis Epictetae pag. 301. S.

7. ἑκατὸν δὲ αἰδρας λογάδας ἐπὶ στρατιῇς) In delectorum virorum numero conspiratur in schedis. Trecentos alii regi stipatores custodesque circumponunt: Agidem sane οἱ τριακόσιοι ἱππῆς καλούμενοι stipabant in praelio apud Thucyd. V. 72., suntque iidem τριακόσιοι Σπαρτιατῶν λογάδες, οἵπερ ἱππῆς καλέονται, Themistoclem honoris causa deducentes infr. lib. VIII. 124. An ex trecentis centeni regum praecipui in castris satellites, in acie cuncti? Conf. N. Cragium, Reip. Spart. lib. IV. 4. Iam ἐπὶ στρατηγῆς, in expeditione, fingeat Cl. Reiskius, non utique praeter consuetudinem, siquidem ea in voce creberrime peccatum. Tuetur vulgatum Xenoph. Laced. Reip. p. 685. f. [pag. 542. med. ed. Bas. 1569.] πάντων τούτων καὶ ἐπὶ στρατιᾷς οἱ Λακεδαιμόνιοι εὐποροῦσι, eorum omnium copiam Lacedaemonii etiam in castris, sive in exercitu, habent. Similiter p. 688. A. [p. 544, l. 16. ed. Bas.] etc. WESS.

8. ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι) Κοινὰ ἐξοδοὶ expeditiones communiter susceptae lib. IX. 26., etiam in Comici Nub. vs. 579., cuius loco ἐξοδὸν Ionibus Portus asseruit, vetere motus lectione. Cl. Gronovio adsentior. Ἐξοδείας ποιούμενοι Samnites apud Strabon. lib. V. p. 382. A. [p. 249. B. ed. Cas.] Quod

ex Mastis revocatur ἐκόςτοις ἀν ὧν, [lin. 9.] scriptor suum agnosceret. WESS. — Vocabulo ἱξοδία de bellica expeditione saepius utitur Polybius: vide Lexic. Polyb. p. 230. S.

CAP. LVII. 2. ἢν θυσίην τις δημοτελεῖ Verissime Codices. Τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελεῖ Demosth. in Neacr. p. 739. esse ait τὰ ἱερὰ τὰ τῆς πόλεως. Philoni Leg. ad Cai. pag. 1031. D. ἱερῶν δημοτελεῖς, festi nationis Iudaicae dies. lunge elegans matronae Pythagoreae dictum in Stobaei Serm. LXXII. p. 445. et Hesych. Δημοτελεῖ cum Clar. Alberti adnotatione. WESS. — Cum ista vero notione θυσίας δημοτελοῦς minus convenire videri poterat quod ait ἢν θυσίην τις δημ. ποιήται, si quis etc. quod ad privatum hominem referri videtur: fortasse igitur intelligi debet magistratus ille, ad cuius munus curamque id pertinebat. Sed poterit etiam θυσίη δημοτελεῖς intelligi sacrificium a privato homine ita institutum, ut populares ille suos vel curiales ad convivium vocet. S.

4. διπλῆσια νύμοντας) Vetus mos, Homero descriptus doctique abs Eustath. explanatus pag. 72, 20. et p. 662, 50. [pag. 54, 32. et p. 557, 22. ed. Bas.] Super eo prudentissime Xenophon extr. Rep. Laced. καὶ διμοιρία γι ἐπὶ τῷ δῖπνῳ ἐτίμησεν Lycurgus, οὐχ ἵνα διπλάσια καταφάγῃεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦδε τιμῆσαι ἔχουσιν εἴ τινα βούλοιντο. Ceterum πρόβατα [lin. 6.] non solas esse oves, indicatum aliàs, neque eas utique Spartani duntaxat inmolarunt. Vallae propterea Latina, ovibus expulsis, integrata sunt. WESS. — In νύμοντας ad superius τις relato est familiaris Nostro transitus a singulari numero ad pluralem. S.

11. προξένους ἀποδεικνύναι τοῦτοις προσκίεσθαι) Si vel in plerisque hoc legeretur Codicibus, restitui tamen deberet προσκίεσθαι vel προσκίεσθαι, de honore attributo adhibitum etiam Herodoto I. 118. 119. et II. 83. Τὸ προσκίεσθαι hoc in loco per γέρας εἶναι recte interpretatur Eustath. Iliad. γ'. p. 307, 17. [p. 405. ed. Rom.] Proxenos memorat Spartanos Xenophon, Clearchum, πρόξενον ὄντα Βυζαντίων, ab Agide illuc missum, 'Ελλ. I. p. 253, 40. et IV. p. 308, 31. Pharacem Boeotorum πρόξενον. Fuerunt isti vel quales Herod. designari voluit, vel quales fuisse dubitabat Cragius de Rep. Lac. II. c. 10. Sed sicut Athenienses aliique, suos etiam habuerunt Lacedaemonii, in aliis civitatibus a se

publicitus constitutos προξένους. Apud Pausan. III. p. 223., Eleus Xenias fuisse dicitur Agidi ἰδίᾳ ξένος, καὶ Λακεδαιμονίων τοῦ κοινοῦ πρόξενος: ut Chius Hermesilaus privatim Sophocli ξένος, et πρόξενος Atheniensium, teste Ione Chio apud Athenaeum XIII. p. 603. r. Publicitus etiam Alciphron Argivus, secundum Thucyd. V. 59. fuit πρόξενος Λακεδαιμονίων, et Plataeënsis Λάκων ὁ Ἀιμυνέστου, III. 52. Distinguuntur a talibus ἰδίᾳ πρόξενος et ὁλοπρόξενος dicti; quales fuerint fortasse Lacedaemoniorum Athenis Cimon, et Callias. VALCK.

12. τούτοις προσκείμεθα) Eustathius γράφει εἶναι τοῖς βασιλεῦσι ἐν Σπάρτῃ vere explicuit: id enim est προσκείμεθα, iniuriā mutatum. Sic lib. VII. 35. τοῖς προσκείμετο αὐτῇ ἡ ἀχαρὶς τιμῇ. Portus plura. Πυθίους [lin. 13.] hinc Timaeus in Lexicon intulit, ad quem bene Cl. Ruhnkenius. De iisdem Eustath. ad Iliad. A'. p. 55, 44. [pag. 42, 7. ed. Bas.] ἦν δὲ καὶ τάγμα τι θείον ἐν Δελφοῖς, οἱ διοκρέποι· οἱ καὶ Ἡρόδοτος ἰστοῦντο μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια, labantis memoriae vitio aberrans. Cicero vero praeter Pythios dedisse regibus suis augurem adsessorem Lacedaemonios, memorat lib. I. de Divinat. c. 43. WESS.

23. ἦν μή περ ὁ πατήρ etc.) Vallam fefellit litera, μήπερ in μήτηρ convertentem: neque Etonensis codicis aberratio discrepat. Matris olim sane ad filiarum sponsalia nulla auctoritas. Vere Hermione Spartana, Νομφενμάτων γὰρ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μίριμνῳ ἔξει, in Euripidis Androm. vs. 987. Πατρούχου παρβίνου πέρι [lin. 22.] hoc ex loco Timaeus Lex. p. 151., ubi docta Ruhnkenii observatio. WESS.

Ibid. ἦν μή περ ὁ πατήρ αὐτὴν) Qualem Valla sequutus est, Codicis Eton. lectio, ἦν ἡ μήτηρ ἢ ὁ πατήρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ, correctoris illa videtur indocti: non mater filiam dicitur ἐγγυῆσαι, sed pater; aut, si illuc abiisset, puellam frater, vel avus paternus. Orbae nuptias, necdum a patre desponsatae, si plures sibi vindicarent, fieretque ἡ ἐπίκληρος, ut Athenis loquebantur, ἐπίδικος, Spartae lis ista dirimebatur a Regibus solis; quos Herod. scribit [lin. 21 seqq.] δεκάξην μόνους πατρούχου παρβίνου πέρι, ἐς τὸν ἐκνίστα ἔχειν, ἦν μήπερ ὁ πατήρ ἐγγυήσῃ. Herodoteam vocem πατρούχος Hesychio restituit Hemsterh. voc. Ἐμπάμονι, πατρούχῳ. conf. Timaei Lex. Platon. in Πατρούχου παρβίνου, et Ruhnken. Ut

ἰμπάμων, sic ἡ ἐπικληρος dicitur ἔγκληρος in Euripid. Iphig. Taur. vs. 682. VALCK.

28. δύο ψήφους τιθεμένους) Thucydidem, gravissimum Scriptorem, lib. I. 20. tacito Herodoti nomine haec falsi arguisse, Meursii Reg. Lacon. c. 23. et Palmerii animadversio est. Equidem duo singulis regibus suffragia non largior, valdeque vereor, ut verba δύο ψήφους τιθεμένους illis contribuant. Regum absentium vicem maxime propinquos obisse et duo posuisse calculos scribitur, tertiumque suum: totidem ergo ferebant suffragia, quot usi ambo reges fuissent, modo-ne consessu abstinuissent seniorum; tulissent autem praesentes duo, singuli suum. Haud itaque bina singulis suffragia hac in descriptione. Sed rem non urgeo: falli possum. WESS.

Ibid. δύο ψήφους τιθεμένους) Denegat hanc Lacedaemoniorum regibus praerogativam Thucyd. I. 20., quem Herodotea sibi sumsisse refutanda vere monuit ante Palmer. Io. Meurs. de Regn. Lac. c. 23. de senatorum agens et numero et dignitate, Misc. Lac. II. c. 4. Plura dederat N. Cragius lib. II. cap. 3. Civitatem memorat Indicam Diodor. XVII. 104., cuius forma regiminis Spartanæ fuerit similis quod ad Senatus auctoritatem binosque Reges e duabus semper familiis, τῶν κατὰ πόλεμον πραττομένων ἡγουμένων. Ne Regum potestas in tyrannidem degeneraret, Lycurgus, secundum Platonem Epist. VIII. p. 354. B., Φάρμακον ἐπέτηκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὸν τῶν Ἐφόρων δασμὸν τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον. Insignis eiusdem locus est T. II. pag. 692. A. Curia τῶν γερόντων ceterorumque annuorum magistratuum tribunalia ubi fuerint Sparta tradit Pausan. III. p. 231., τῆς τε Γερουσίας βουλευτήριον, καὶ τῶν Ἐφόρων καὶ Νομοφυλάκων καὶ καλουμένων Βιδαιῶν ἀρχαῖά ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς: in quibus corrigendum arbitror, καὶ Νομοφυλάκων καλουμένων Βιδαιῶν. Hi annui magistratus, Ephori et Bidaeci, sive Νομοφύλακες, erant πέντε ἀριθμὸν ἑκάτεροι secundum Pausaniam: contra οἱ Γέροντες, numero xxviii, διὰ βίον ταύτην ἔχουσι τὴν τιμὴν, Plutarch. T. I. pag. 597. E. Hinc intelligi poterit Xenoph. Ἑλλ. III. pag. 289, 20., ubi numerare iussus ὅποσοι εἰν Σπαρτιάται ἐν τῇ ἀγορᾷ, dicitur ἀριθμῶντας βασιλῖα τε καὶ Ἐφόρους καὶ Γέροντας καὶ ἄλλους ὡς τισὲν ἐπαίοντα. VALCK.

CAP. LVIII. 5. λίβητα κροῖουσι) Necesse non videtur, ut unum omnes lebetem pulsarint; neque requirunt opportune scripta Scholiastae Theocriti Idyl. II. 36. καὶ παρὰ Λάκωνσι βασιλῆως ἀποθανόντος εἰδῶσι κροῖεν λίβητα, ubi Meursius λίβητας, quemadmodum in Herodoti schedis pluribus. Magnas autem turbas movit καταμυίνεσθαι, [lin. 7.] variisque coniecturis, quibus non utor, ansam dedit. Possunt utique μυίνεσθαι dici, quorum caput aut corpus luto alia-ve re turpatur, ut χρῶτα μυινομένης Nicand. Alexiph. vs. 253., et quidni καταμυίνεσθαι, praesertim cum talia in luctu frequentarentur? WESS. — Nota Romanorum formula, luctu squalere, in luctu et squalore esse. Nescio an eodem pertineant οἱ μισμοί, quibus in privatorum hominum obitu abstinere Spartani, ex Lycurgi legibus, debuerunt, referente Plutarch. in Institut. Lacon. p. 238. D. S.

13 seqq. in πάσης δὲ Λακεδαιμόνος etc.) Recepta Codicum lectione, τῶν περιόικων ἀναγκαστοῦς, sic ista capienda iudico: necesse est ut, praeter Spartiatis, funus vel inviti comitentur ceterarum urbium Laconicarum incolae certo numero. De περιόικois forsitan alibi dicitur. Voces χωρὶς Σπαρτιῶν recte ceperunt N. Cragius de Rep. Lac. II. p. 107. et L'Auteur des Essais de Critique pag. 179. [nempe praeter Spartanos, iuxta cum Spartanis; (conf. I. 106, 5.) non, exceptis Spartanis, ut H. Steph. cum Camerar. aut absque Spartanis, ut imperite Gronov. posuerat.] Ἀριθμῶ, hic frustra tentatum, significat certo numero, vel definito. Lucian. T. III. p. 302., τὸ μὴ ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῶ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ. T. I. pag. 750, 57. Thucyd. II. 72. VALCK. — Ubi ait Herod. in πάσης Λακεδαιμόνος, Lacedaemonem patet hic τὴν Λακωνικὴν, Laconicam terram intelligi, quemadmodum VII. 234, 10. S.

14 seqq. τῶν περιόικων ἀναγκαστοῦς) Ex vulgata ὄνομαστοῦς formavit Cl. de Pauw, honoratior ac nobiliores explanans; quales fortasse inter Spartanorum περιόίκους exiguo numero, homines quippe contemptissimae et paene servilis conditionis, meritoque ab Isocrate deploratae, Paneg. pag. 67. E. et uberius Panath. pag. 270. C. ed. Steph. Quod autem schedae offerunt, id longe melius, stabilitumque Aeliani auctoritate, Var. VI. 1., ubi de Spartanorum

rum in Messenios, itidem περιόλους, acerbitate, τὰς ἐλευ-
 θέραις [γυναῖκας] εἰς τὰ πένθη βαδίζειν ἡνάγκαζον, καὶ τοὺς
 ἀλλοτρίους καὶ μηδὲν σφισι προσήκοντας νεκροὺς κλαίειν. Nihil
 certe accommodatius. At gravis tria ista [lin. 16.] καὶ αὐ-
 τῶν Σπαρτινῶν urget suspicio, tum quoniam ex duobus,
 illisque bonae notae, exsulant codicibus, tum maxime,
 quod turbae plangentium Spartanos eximant praecedentia
 χωρὶς Σπαρτινῶν: [at de his verbis vide paullo ante no-
 tata.] quippe genuinos cives ac Spartanæ urbis incolae
 lib. VII. 234., quibus Lycurgi decretum τὰ πένθη καὶ ὄδυρ-
 μούς vetabat, Instit. Lacon. Plutarchi p. 238. d. Atque haec
 efficere possunt, pro alienis ut putentur. WESS. — Ver-
 ba ista, καὶ αὐτῶν Σπαρτινῶν, nisi temere prorsus et casu
 omissa sunt in codicibus nonnullis, consulto abiecta pri-
 mum fuere ab homine, qui ista, χωρὶς Σπαρτινῶν, (l. 14.)
 in eandem partem acceperat, quae Wesselingio et Grono-
 vio placuit. Quod vero de Lycurgo, τὰ πένθη καὶ ὄδυρμους
 vetante, ex Plutarcho refert Vir doctissimus, id ad priva-
 torum hominum, non ad regum, obitum spectare, recte
 Larcherus monuit. Nam, regum quidem obitum ipsos
 quoque in urbe Spartanos ingenti luctu prosequi debuisse,
 et superiora, et quae his mox subiiciuntur, abunde de-
 clarant. S.

20 seqq. Regis in proelio mortui effigiem in κλῆν ἐν ἱστρωμένῃ
 dicuntur ἐκφέρειν, si nempe cadaver commode Spartam non
 posset deportari. Peregre mortuus Agesipolis ἐν μίλει τιθεῖς
 καὶ κομισθεὶς οἴκαδε ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς. Xenoph. Έλλ. V.
 p. 330, 3. VALCK.

22. ἑπὶ τὴν δὲ θάλασσαν) Eradicata haec tria verba voluit vir
 Celeber. ob Medicei negligentiam, addita disputatione,
 quam considera. [nempe: et videbis quam sit absurda.]
 Mihi turpe est, concordiae scriptorum Codicum oblucta-
 ri, praesertim in facillima et plana verborum sententia.
 Iustitium, functo Persarum rege, quot fuerit dierum Bris-
 sonii quaesivit exemplo Io. Alb. Fabric. ad Sextum Philo-
 soph. lib. II. adv. Gramm. p. 296. WESS.

CAP. LIX. 1 seq. ἐπὶ τὴν --- ἄλλος ἐνίστηται βασις.)
 Hic scribi non potuit ἀνίστηται, neque supra dederat βασι-
 λεία ἀνιστήτωτα III. 66. ubi in sequenti cap. coniecturam,
 ἐπιστάμενος, Codices firmarunt. Quod sequitur [lin. 3.] δ'

ἰσιῶν, ἐς τὴν ἀρχὴν videlicet, vel τὴν βασιλικήν, eodem sensu ponitur, quo saepe dicuntur εἰς τὴν ἀρχὴν ἰσιῶντες, qui magistratum ineunt. VALCK.

CAP. LX. 3. ἰσθίονται τὰς πατρῶας τίχνας) Ex lege Sesostridis, qua sancitum μηδὲνα καταλιπεῖν τὴν πατρῶαν τίχνην, Dicaearchō teste in Schol. ad Apollon. Rh. IV. 273. Confer Diodorum lib. I. 74. Mox [lin. 5.] καὶ οὐ κατὰ λαμπ. clar. Reiskius coniiciebat. WESS.

CAP. LXI. 4. φθόνῳ καὶ ἄγῃ) Valckenario Nostro Dissert. de Scholiis Hom. ineditis p. 120. sanitatem vocabulum debet, Suidas Ἄγῃ - παρ' Ἡροδότῳ βασκανία: gemina Etymologus; nec longe ab instaurato recedit ἄγι duorum Codicum. Pindari de fraudulentō et δολίῳ cive, Pyth. Od. II. 151. ὅμως μὲν σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν πάγχυν διαπλάκει, huc adplicuit Cl. Reiskius; verti enim debere invidiam, non valde, ut vulgo solet. WESS.

Ibid. φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος) Dudum indicatum ἄγῃ recuperabit Herodotus, hic forsā etiam Vallae lectum, vertenti, invidia et odio. Non de nimio tantum admirationis adfectu, sed et illinc orta invidia, Homerum aliosque Poëtas verbum frequentasse Ἀγαῖσθαι vel Ἀγάζεσθαι, in Hesychio servata monstrant praeter Ἀγαῖσθαι, et Ἀγάσαστο Ἀγάσασθαι Ἀγάσθεσι Ἀγασσάμενοι Ἀγασιόμενον Ἡγάσαστο. Illud referenda sunt ex eodem Ἀγασίς, φθόνος: Ἀγαστίς, βασκανός: et forsā, quod habet ex Aeschyli Thressis, Ἀγαίς, Ζηλώσειν. Secundum Eustath. in Od. 4. p. 212, 51., τὸ Ἀγαῖσθαι φασὶν οἱ παλαιοὶ τρία σημαίνειν τὸ θαυμάζειν, τὸ φθονεῖν, τὸ μισεῖν. Idem in Iliad. ω. p. 1501, 1. scripsit ἀγασιόμενους, καὶ ὡς ἂν Ἡρόδοτος εἴποι φθονεῦντας: Herodoti respiciens locum VIII. 69., quo dicuntur Persae ἀγασιόμενοι τε καὶ φθονεῖντες τῇ Ἀρτεμισίῃ. Nostro loco genuinam legerunt vocem ἄγῃ Suidas et Etymologus, [p. 9. lin. 1.] sed huius in Edd. Herodoteo nomen Herodiani male fuerat substitutum. In his permutandis saepissime fuisse peccatum docuit Clar. Wesseling. in Diss. Herod. In Scholiis ineditis ad Iliada Homeri, quae ex Codice descripsi Clar. I. I. Wetstenii, ubi scribi debuerat Ἡρωδιανός, saepe scribebatur Ἡρόδοτος: velut ad Iliad. β. vs. 8., Ἡρόδοτος μὲν τὸ Ἴδι ἐνιστῶτος φησὶν εἶναι: ad Ἰλ. δ'. 66., ἐν ταῖς ἐπιμερισμαῖς λέγει Ἡρόδοτος ἔτι μετοχὴ ἴσθι (τὸ Ἰπερῆδαντας:) similiter ad κ'. 67. et δ. 10. VALCK. —

In Scholiis Venetis a *Villoisono* editis, quae, ut iam aliàs monui, eadem fere sunt cum *Basileensibus*, locis a *Valck.* citatis recte *Ἡρωδιανός* legitur. *S.*

13. καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη) De eadem *Pausan.* III. [cap. 7.] p. 220., παρθένων μὲν τῶν ἐν Λακεδαιμόνι εἶναι Φαπὶν αἰσχίστην, γυναικῶν δὲ τὸ εἶδος καλλίστην ὑπὸ Ἑλλήνι γενέσθαι. More suo multis fabulam enarrat *Herodotus*; cuius τὸ Φοιβῶν ἱερὸν quale fuerit, docet *Io. Meurs.* Misc. Lacon. I. c. 5. *VALCK.* — Apud *Pausan.* I. c. ὑπὸ Ἑλλήνι perperam ab Interprete post *Helenam* redditur. *S.*

20. ὕπριθε τοῦ Φοιβηίου ἱεροῦ) *Pausanias* Φοιβαῖον non procul a Therapna, inque eo Castorum fanum locat lib. III. 20. Hinc *Meursius* „Verba, inquit, illustro, et, ὕπριθε τοῦ „Φοιβηίου ἱεροῦ, sic expono, supra Phoebi fanum: ut Dioscurorum id intelligatur, quod dedicatum in Phoebeo, ex „*Pausania* cognoscimus.“ Misc. Lacon. lib. I. 5. Quod demiror; siquidem *Helenae* templum scriptor limpide indicavit. Voluit-ne vir doctus, *Helenam* fratribus fuisse contubernalem, πάριδρον, eodemque in fano cultam? Id vero ostensum oportuerat. Orationem ex schedis animavi et auxi, τὸ δ' [rectius τὸ δ'] ἰστέλιν τῇ Θερσάπῃ scribens. Rem ipsam attigit *Pausanias* III. 7. *WESS.*

28. ἐρῶσαν δὲ) Quod *Florentiae* ἐρῶσα δὲ maluerunt, placuit vehementer *Gronovio*; cui quidem schedae omnes, si numero eximas *Ask.*, refragantur, Graecique sermonis habitus. *L. Küsteri* animadversionem *Bibl. Ant. et Nov. Io. Clerici* T. V. pag. 404. evolve; mihi namque impero silentium. *WESS.* — Vitiosum ἐρῶσα cum *Med.* et *Ask.* nostrum etiam cod. *F.* inquinavit. *S.*

CAP. LXII. 1. ἔκνιξε ἄρα τῆς γυναικὸς ταύτης ὁ ἔρως) Simili figura *Pindarus* Pyth. X. fin. καὶ γὰρ ἐτέρωσιν ἐτέρων ἔκνιξε Φρίνας: et *Isthm.* VI. 74. ἀδίστα δ' ἐνδον μιν ἔκνιξε χάρις. Nec alia *Euripidis* *Med.* vs. 567. εἴ σε μὴ κνίζοι λήχος. *Paullo* diversior infra lib. VII. 10, 5. *WESS.*

Ibid. τὸν δὲ Ἀρίστων ἔκνιξε) Istius mulieris amor *Aristonem* pungebatur. In *Glossar.* et *Suida* Ἐκνίζιν redditur ἔδακιν, adhibitum etiam VII. c. 12. Sed, ut hic, saepe designat *Sophocli* dictum ἔρωτος δῆγμα: *Xenoph.* pag. 516, 13. κῆγμα. vid. *Schol.* in *Aristoph.* *Plut.* vs. 975. In amore γλαυκὸς οὖν ὁ τοῦ πῦθου δάκναι, *Lucian.* II. p. 400. *Plutarch.*

T. I. p. 602. ἔκρινεν αὐτὸν οὐ μετρίως ὁ -- ἔρωσ. Aptissima dedit ὁ πᾶν in Miscell. Obs. VI. p. 303. Rarius paulo post [lin. 8.] ὄγκους ἐπέλασαν, obvium et lib. I. cap. 146. VALCK.

14. ἀπείσι ἀπαύσθαι) Ionicam verbi speciem mutarunt Med. et alii pro arbitrio, cui obedire non libet. Superiore libro c. 107. καὶ μιν ἀπείσι ἐνταλάμενος. Utrumque Portus in Lexicon addidit, beneque explicuit. WESS.

CAP. LXIII. 2. τὴν δευτέραν [loco olim vulgati τὴν διυτρίαν] mos nationis adprobat. Talia autem continuo admonere, arbitror supervacaneum. WESS.

5. ἐν θ' ὥκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἑφόρων) Interpretatur Pausanias in βουλῇ, lib. III. 7. p. 221. idque optime. Herodotus exemplo Homeri Odys. i. 3. Οἱ δὲ θιοὶ θῶκόνδε καθίζανον, id est, εἰς συνέδριον, sicuti Eustathius, Hesychius, aliique docent. Statim τὸν χρόνον, τῷ ἡγάγετο, [lin. 7.] reduxi pristinam in sedem. Nihil autem verius ἐπὶ δακτύλων συμβαλ. [ibid.] quod et in Lexica inmigravit et limpidissima circumfusus luce est abs summo viro Io. Fr. Gronovio Lection. Plautin. p. 222. WESS.

5. ἐν θ' ὥκῳ κατημένῳ) Filii nativitas Aristoni nunciata dicitur apud Pausan. p. 221. μετὰ τῶν ἑφόρων κατημένην τηλικαῦτα ἐν βουλῇ: in senatu sedenti, Berglero ad Alciph. p. 108. Nostro non dicitur sedisse tum in curia μετὰ τῶν Γερόντων, sed in consessu cum Ephoris. Τὸ συνέδριον, ut Homerus, θῶκον vocat. Oenomaus Eusebii, Praep. Ev. V. p. 223. c. δοῦναι μοι ὁ Λυκούργος οὗτος οὐκ ἰσχυμέναι τιτθὴν, οὐδὲ σὺν θ' ὥκῳ πρὸς βυτίρων οὐδέποτε κατακλίναι: ubi legendum videtur σύνθωκος, consessor. Ephorum autem ἀρχαῖον proprio nomine vocant ἑφορεῖον. Aelian. Nat. An. XI. 19. Pantelidas Lacedaemonius κατήμενος ἐν τῷ ἑφορεῖῳ ὑπὸ κυνῶν διασπάσθη. Laudator Agesilaum in Asia non minus Ephoris paruisse scribit p. 26. ἢ εἰ ἐν τῷ ἑφορεῖῳ ἔτυχεν ἰσθηκῶς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. VALCK.

7. ἐπιστάμενός τε τὸν χρόνον, (ἐξ ὅτου) Postremum nisi plures exhibent Codices, mihi videretur interpretamentum genuinae voculae τῷ, quam Valla legit. Eidem quoque repertum, et in Arch. probatum Berglero recte restituit Gronov. in proximis: καὶ, ἐπὶ δακτύλων συμβαλλόμενος τοὺς μῆνας, εἰπε ἀπομόσας, οὐκ ἂν ἡμὸς εἴη. Eleganter Pausan.

p. 221. Ἀρίστων, αἰτ, ἰπῶν τῶν ἐν Ἰλιάδι ἐς τὴν Εὐρωσθίως γίνεσιν πεποιθμένοις λήθην, ἥ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν συνίς αὐτῶν, οὐκ εἶδη τῶν μηνῶν εἶναι καὶ αὐτοῦ τὸν παῖδα. Duas ponit ibi coniecturas Kühnius. quarum altera dubio vacat, dummodo paululum adiuvetur: Pausaniae scribi solet εἴνεκα: hoc facile transiit in εἶναι καὶ, ut apud Stobaeum p. 524, 6. vox μαινιδῶν in μὲν εἰδῶν, in loco Teletis, et p. 415, 39. verba Hieroclis, οἷα δὲ κνέμεων, depravata sunt in οἷα δοκεῖ δαίμων: hoc praecepit Bentleius. In Pausaniae verbis, τῶν μηνῶν εἴνεκα significat, menses quod attinet, vel mensium habita ratione: sic loquitur Pausan. IV. p. 368. τύχης μὲν χρηστῆς εἶνεκα καὶ διὰ λαμπρότητα ἔργων ἔνιμεν Ἀλεξάνδρῳ -- πλὴν. Dion Chrysost. XXXVII. p. 463. β. διαβολῆς μὲν εἴνεκα καὶ Σακράτης εἴη τῶν γένων διαφθορεύς. VALCK.

[8. οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη. Meus non fuerit; meus vix esse potest. Sed conf. c. 65, 17. et vide Hoogen. ad Viger. VIII. 2, 8. S.]

CAP. LXIV. 4. διὰ τὰ Κλεομένη διβλήθη) Fuisse olim καὶ διὰ τὰ, aut simile quidpiam, in suspicionem Cl. Reiskii incidit: neque enim unam iudicari, quae in regni amittendi periculum Demaratum coniecero, causam. Offensus sane erat Cleomeni ob illa, quae recensentur. Id hic διβλήθη, et lib. V. 35. καὶ Μεγαβιάτῃ διαβεβλημένος. Euripides Hec. vs. 863. Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι: et Iphig. Aulid. vs. 1372. μὴ διαβληθῆς στρατῷ. Qua in dictione, ut antea significatum, lapsus vertentium est creberrimus. Vide Cel. Duker. in Thucyd. VIII. 82. WESS. — διὰ τὰ Ionum idiomate idem ac διότι, eo quod. S.

CAP. LXV. 2. τοῦ Μενάμοιο τοῦ Ἀγίος) Vitiosum τοῦ Ἀγίος nomen est. In familiae Leutyichidis serie lib. VIII. 131. Λευτυχίδης ὁ Μενάμοιο, τοῦ Ἡγασίλειο. Avus ergo sermone Spartano Ἀγασίλειος: quem eundem agnovit Demaratus, quippe filius Aristonis, nepos Agesilai. Video equidem Aristonem τὸν Ἀγασμιλίου scribi in Pausania lib. III. 3. male, nisi fallor. Hinc consequens, ut fratres fuerint patrueles Leutyichides et Demaratus. Potest tamen hoc in coniectura manere; nam, quae Gronovius ad Agidem hunc protegendum lib. VII. 204. adscripsit, non bene, qui meus est stupor, adsequor. WESS. — Nempe ibi Agidem, Eurysthenis filium, cum eo qui hic Agis nominatur, ex Proclidarum familia, confudisse Gronovius videtur.

Superest, ut aut h. l. Ἠγσίλειω, loco Ἄγιοις, aut VIII. 131, 6. Ἄγιοις sive Ἡγίοις, loco Ἠγσιλείω sive Ἠγσιλείω, legendum censeamus; nisi statuendum fuerit, binominem fuisse *Leotychidae* avum. Scripsi autem huius viri nomen *Leotychiden* ex pervulgato inter Graecos usu, pro quo *Λευτιχ.* ionico more *Herodotus* usurpavit. S.

5. ἢν ἔχθρὸς τῷ Δημ. μάλιστα etc.) Aut iungenda sunt μάλιστα γιγνώσκω διὰ πρῆγμα τοιόνδε, id est, διὰ πρῆγμα μάλιστα τοιόνδε, prout ceperat *Valla*; aut hic quoque more suo scripserat, ἢν ἔχθρὸς τῷ Δημοκρίτῳ τὰ μάλιστα (vel ἐς τὰ μάλιστα) γιγνώσκω, id est ὁμοίως τοῖς μάλιστα. εἶναι φίλους τὰ μάλιστα legitur II. 147. φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, VI. 89. ξείνον ἐς τὰ μάλιστα, I. 20. Similiter adhibentur ἐς τὰ μέγιστα ἐς τὰ πρῶτα ἐς τὰ ἔσχατα. VALCK. — Sed haec quidem non admodum huius erant loci. S.

[11. ἐκ τῆς Κλεομένηος προθυμίας) Fuit quum Κλεομένηος pro genitivo obiecti accipiens, intelligebam studio in *Cleomenem*, studio gratum ei faciendi; sicut ἐκ ἡρωάνης τῆς Δημοκρίδους, III. 136, 8. At, non tam studio gratificandi *Cleomeni*, quam odio *Demarati* et cupiditate ductum in regiam dignitatem ei succedendi, credibile est, morem *Cleomeni* gessisse *Leotychidem*. Itaque rectius intelligetur, de *Cleomenis consilio*, coll. I. 124, 7. S.]

13. οὐκ ἰκνεομένως) Brevi sequetur οὔτε ἰκνεομένως, quod cur priore peius iudicaverit *H. Stephanus* in *Recens. Vocum Herodoti*, causam non exputo, quandoquidem comma praefert Ionicum. Glossae msstae, ex quibus [sua hausit] *Corinthus*, οὐ προσκόντως, οὐ καθκόντως exponunt, neque *Hesychius* suum ἰκνεομένως aliter. *Stephanum* adi et cap. 86. huius *Musae*. WESS.

Ibid. οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν) In *Glossario* redditur et in libello de *Dialectis*, οὐ προσκόντως. Rex legitimus est, ἐς τὸν ἰκνέται ἔχειν (τὴν βασιλείαν) lib. VI. c. 57. Quinam ἰκνεομένως censerentur *Spartae βασιλεύειν*, *Cragius* ostendit de *Rep. Lac.* II. c. 2. *Herodoteum* ἰκνεομένως tractavit *H. Steph.* in *Vocum Herod. Recens.* p. 728. Conf. *Foesii Oecon. Hippocr.* in Ἰκνεύμενος χρόνος. In oraculo apud *Demosth.* p. 609, 103. pro ἰκνεομένα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθ. κατὰ τὰ ἀγῆμνα, corrigendum censeo: (τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις) ἐν ἰκνεομένῃ ἀμέρᾳ τελεῖν τοὺς ποθῆκοντας κατὰ τιταγμένα. VALCK.

CAP. LXVI. 4. ἀνωίστου δὲ γινώμενου) Vallae Latina, quum ergo nihil suspicionis exstaret de Cleomenis providentia ad conciliandam Pythiam, quadam tenus laudavit Portus; cuius a iudicio non abhorret Küsterus ad Suidae Ἀνώιστος. Fateor ἀνώιστον tantundem ac ἀνυπολόγητον saepe valere, ponique de inproviso et insperato. Ἀγγελίης ἤκουσεν ἀνώιστου Μελίσσινα, Epigr. Anth. lib. I. c. 80. p. 162. [Anal. Brunck. T. II. p. 136. num. 17.] Μῦθος ἀνώιστος, πότμος ἀνώιστος, in Apoll. Rh. III. 670. et 799. Quae, tametsi plura aggerantur, Vallae non proderunt; siquidem simile nihil in hac narratione: ne adiungam, Latina ista ad intelligendum esse implicatissima. Agnovit pro sua prudentia H. Stephanus: at quod refingit ipse, nulla lectionis addita caussa, ἀνωστοῦ δὲ γινωμένου, potuerat in tenebris latere. Voluit fortasse, repulsum indicari Demaratum. Quid vero tum fiet sequentibus? Optime locum expedit Valckenarius ad lib. I. 157. ἀνωιστοῦ reponens; quae et Pavii sententia: ex ἀνοίω lib. VII. 149. περὶ μὲν σπονδίων ἀνοίσσιν ἐς τοὺς πλύντας. Quare ἀνώιστου sive ἀνωιστοῦ δὲ γινωμένου, re vero relata. Sic fluit leniter oratio. WESS. — Comparari certe debet cum istis, quae prostant lib. I. c. 157. ἐς θεὸν ἀνῶσαι τὸν ἐν Βραγχιδῇσι: ubi quaedam sunt adscripta. VALCK.

5. προσποιεῖται Κλεομένης Κόβωνα) Reddendum est, sibi conciliat, vel in partes suas pertrahit. Thucyd. I. 57. τοὺς Κορινθίους προσποιεῖτο. Aristoph. Eq. vs. 215. τὸν δῆμον αἰσι προσποιεῖ: docte Bergler. semper fac plebem tuam. Propria significandi dote Hegesistratus dicitur προσποιησάμενος ξύλινον πόδα, Herod. IX. 36. VALCK.

CAP. LXVII. 4. αἰεθὲς ἀρχὴν) Eustathii additamento carent schedae, neque delectatur Herodotus. [At nimirum non iuncta intelligi debent αἰεθεὶς ἀρχήν, sed ἤρχη ἀρχήν.] Spartanorum Γυμνοπαιδίας [lin. 5.] praeterire licet, uberrime explanatas eruditorum curis. Unum consule Dav. Ruhnkenium ad Timaei Lexic. p. 54. [p. 73. ed. sec.] WESS.

5. θειομένου δὲ τοῦ Δημαρήτου) Dederat forsā, ἡγεομένου: id est, quum esset τῶν χορῶν ἡγεμὼν, sive χοροποιός. Fuisse ἄρχοντα monstrant vicina, ἤρχη αἰεθεὶς ἀρχήν, et, οὐκοῦν τι αἶν τοῦ ἄρχου. Huius Laconici festi moderatorem χοροποιὸν vocat

Plutarch. T. II. p. 208. c. vid. clar. *T. Hemsterh.* in *Aristoph.* *Plut.* p. 331, 332. De eodem festo loquens *Sosibius* apud *Athen.* XV. p. 678. B. τοὺς προστάτας memorat τῶν ἀγομίων χορῶν ἐν τῇ ἱερῇ ταύτῃ. Non puerorum tantum, sed et viro-
rum, chorum in hoc fuisse festo liquet ex *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 349, 14. vid. *Meursii Orchestra*, in *Γυμνοπαιδία*, et *Clar. D. Ruhnken.* ad *Timaei Lex.* p. 54. VALCK.

7. ἐπὶ γέλωτι τε καὶ λάσθῃ) Ultima prave deficiunt *Fragm. Parisino.* *Philaenidis* nomine *Aeschrion Samius* apud *Athen.* lib. VIII. 3. p. 335. c. Μὴ μ' ὦ μάταια ναῦτα, - - - χλίμην τε ποιεῖν καὶ γέλωτα καὶ λάσθην: pro quo *Anthol.* lib. III. 10. p. 323. καὶ γέλωτα καὶ λίσχην, non quidem insuaviter, tamen ex scholio. [λάσθην restituit *Brunck*, *Analect.* T. I. p. 189.] *Magnus Animadversor* λάσθην hinc et ex *Suida* declaravit, pariterque *Ezech. Spanhemius* *Diss. de Num. Us.* XIII. p. 522. Verum porro est τῷ ἐπιειρωτήματι [lin. 9.] ex gentis adusuetudine, qua ἐπιειρώτησιν dant sequentia. WESS.

8. ὁποῖόν τι εἴη τὸ ἄρχιν μετὰ τὸ βασ.) *Eustathius* in *Iliad.* β. p. 178, 13. differentiam esse inter ἄρχιν et βασιλεύειν δηλοῖ, inquit, *Λευτυχίδης*, ὃς Δημάρατον ἐκπεσόντα τῆς βασιλείας, εἶπα εἰς ἄρχην (cur non εἶπα ἄρχιν?) αἰρεθέντα, ἠρώτα, Φασι, γελῶν, ὁποῖόν τι εἴη τὸ ἄρχιν μετὰ τὸ βασιλεύειν. *Apte* *Leutychidis* illud comparavit clar. *Wess.* ad *Herod.* I. 129. ubi *Harpagus Astyagen* ἤρετο, - - - ὃ τι εἴη ἡ ἐκείνου δουλοσύνη ἀπὸ τῆς βασιλείας. *Reputantem* facit *Iugurtham* *Sallustius* *Bel. lug.* c. 66. quam gravis casus in servitium ex regno foret: ubi vid. *Ios. Wasse.* Ut ista *Harpagus*, sic haec *Leutychides* rogabat ἐπὶ γέλωτι τε καὶ λάσθῃ. Glossar. *Herod.* Λάσθῃ, αἰσχύνῃ. Ubi iunxit γέλωτα καὶ λάσθην *Aeschrion Samius* *Athen.* VIII. p. 335. c. *Herodotea* dedit et alia *Casaub.* p. 583. [*Animadv.* T. IV. p. 504. nuperae edit.] VALCK.

CAP. LXVIII. 1. ἰσθίς ἐς τὰς χεῖρας οἱ τῶν σπλάγγων) Notissimus in adiurationibus supplicationibusque aras tangendi et victimarum prosicia mos docte explicatur ad *Appianum* *Iber.* p. 431. ab *Henr. Stephano*, nisi si tamen *Tollius* omnia ista descripserit ex *Des. Heraldi* *Digress.* XVI. libri primi ad *Tertull.* *Apologet.* Sunt enim ita gemina germana, ut nihil mage. Atque hoc opinor. *Stephano* accepta ea docti ferunt interpretes *Thucyd.* V. 47. Mox [lin. 3.] θῖαν τε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος, alios deos Iovemque ante-

status, confirmatur lib. VIII. 65. et *Eustathii* interpretatione ad *Hom.* pag. 155, 28. [p. 117, 34. ed. Bas.] WESS. — Adnotationem *de more in adiurationibus aram tangendi et ipsorum sacrorum partem manu tenendi*, quam, putide dissimulato auctoris nomine, *Alex. Tollius* ad *Appiani* Hist. Hispan. (cap. 9. nostrae edit.) adposuit, eam *Desiderii Heraldi* esse, opportune nos Vir doctissimus docuit; quod nobis tunc, quum eandem (T. III. nostri *Appiani* p. 212. seqq.) recudendam curavimus, non erat compertum. S.

8. *Φασι σε ἰσθθεῖν παρὰ*) Duas literas male repetitis, et genuinum arbitror quod margo praebet *Steph.* *Φασι σε ἰσθθεῖν παρὰ τῶν οἰκιστῶν τὸν ὀνοφορβόν*, quomodo legitur in proximis, et saepius alibi; forsā olim etiam positum II. 112. [II. 115, 19.] eodem sensu, quo dixit *Aeschylus* ἄσπον ἰναι, in Ὅπλων κρίσει, non intellectum *Stanleio*, ἄλλ' Ἀντικλίας ἄσπον ἦλθε Σίσυφος, apud *Schol.* ad *Soph.* Ai. 191. *Anticliam* propius accessit, vel tetigit *Sisyphus*; ex isthoc contactu natum ferebat *Ulyssen* *Aiax*. Quae vectorem nondum tulerat triremis, virgo illinc venuste dicitur *Aristoph.* Eq. vs. 1303. ἦτις ἀνδρῶν ἄσπον οὐκ ἐηλύθει. VALCK. — Conf. ad II. 115, 18. notata. S.

10. *Ἐγὼ δὲ σε ὦν μετέρχομαι τῶν θεῶν*) Non displicet scriptura Codicum, *Ἐγὼ ὦν σε*: priori tamen detraho nihil. At *πρὸς*, imperio tot schedarum, exsulare debet, intelligendum tacite. Convenit *Euripid.* Hec. vs. 740. [752.] ἱκετιῶν σε τῶνδε γονάτων καὶ σοῦ γινείου δεξιᾶς τ'. Multa *Erasmus Vindingius* ad eiusdem Fabulae vs. 147. Mox [lin. 11.] εἰ *πρὸς* significantius. WESS.

10. *Ἐγὼ δὲ σε ὦν μετέρχομαι*) Idem significat *Sophocleum*, *σε πρὸς θεῶν ἱκνοῦμαι*, te per Deos obsecro, in Ai. vs. 589. Ex similibusque liquet, quomodo venerit in istam significandi vim *μετέρχασθαι*. *σε ἱκέτης ἱκνοῦμαι*, in *Soph.* Phil. 471. idem est ac *σε ληΐσι μετέρχομαι*. [cap. 69, 2.] In hoc autem familiari *Demarati* cum matre colloquio suavissima *Herodoti* elucet ἀφελεία: quale illud est proximum, [lin. 11.] οὔτε γὰρ, εἰ πεποιήκας τι --, μούνη πεποιήκας, μετὰ πολλῶν δέ. *Cicero* Tusc. III. 35. Consolatio -- usitata est, et saepe prodest: „Non tibi hoc soli:“ quae de tragoedia petita sunt. Hoc argumento *Merope* se solabatur *Euripidis* apud *Plutarch.* T. II. p. 110. D. Paulo post [lin. 14.] elegans ob-

tinet in istis contracta locutio, τικῶν γὰρ ἂν οἱ καὶ τὰς προ-
τίρας γυναῖκας: plene fuisset dicendum, εἰ γὰρ ἴην, (nempe
σπίσμα παιδοποιῶν,) τικῶν ἂν οἱ καὶ τὰς etc. Sic in familiari
praesertim sermone loquebantur. *Aristophanes* exemplo
sit: *Plut.* vs. 427., οὐ γὰρ ἂν τέσονται ἱνέμαγες ἡμῖν: non enim
alioquin tantum clamoris edidisses: nec hic vim vocularum
istarum expressit *Bergler*. neque in *Eq.* vs. 1335. *Vesp.*
1135. *Lys.* 25. *VALCK.*

CAP. LXIX. 10. οὐκ ὑπιδέκετο) Corrigit docti
viri conjectura οὐκ ἀπιδέκετο, quod haud scio an vulgato
praeferrī debeat. Supra *Democedes* lib. III. 130. ὁ δὲ οὐκ
ὑπιδέκετο, cum negaret se nosse. *Portus* utrumque iure con-
paravit. Quod deinceps in *Mstis* [lin. 11.] ὁλίγω τι πρό-
τερον, id editum exstat lib. VIII. 95. ubi *Arch.* et alii ὁλί-
γων τι πρότερον. Sed in talibus crebra mutatio. *WESS.*

16. τὸ καλεῖται Ἀστράβακος) Diligentiae debemus *Pau-
saniae* lib. III. 16. p. 248. Ἀστράβακος καλούμενον ἥρῳον. *Cle-
menti Alex.* Protrept. p. 35. iidem Ἀστράβακος. Belle ergo
Valla et scripti; ex quibus ἀναμίστο *Arch.* [lin. 17.] tale
est, ut ab Ionum more non abeat, et plausum, modo et
alii addicerent, posset auferre. Verissime [mox, lin. 18.]
ἔχεται πᾶν, neque absurdum omnino καὶ ἰβούλεο πύλας.
WESS.

16. τὸ καλεῖται Ἀστράβακος) Matrem certe *Demarati*
non fecit ista dicendem *Herodotus*; nisi fingamus ignorasse
Demaratum, cuius esset heroum paternae domus vestibulo
vicinum; aliorum quidem sermonibus ista talia nonnun-
quam interiecerunt historici; sed hic lectori notum erat
ex sequentibus herois nomen, quod bis *Pausaniae* scribitur
et *Clementi* Ἀστράβακος. Dicitur autem *Astrabaci* heroum
Herodoto [lin. 15 seq.] παρὰ τῆσι θύρῃσι τῆσι αὐλείῃσι (*Aris-
tonis*) ἰδρυμένον. Eodem etiam numero αὐλείους θύρας, sed
saepius alii τὴν αὐλειον memorant. Multa dederunt *Vales.*
Wesseling. *D'Orvill.* *Pierson.* Ianua sic vestibuli dicebatur;
quod quale fuerit optime tradidit *A. Gellius* Noct. Att. XVI.
5. hinc *Macrob.* Saturn. VI. 8. et *Perizon.* ad *Aeliani* Var.
Hist. III. 4. Quam vulgo vocant αὐλειον, *Aeschylus* cur dixe-
rit ἐρκτίους πύλας in *Choëph.* vs. 559. 569. 651. facile intel-
liget qui vestibulum (sive τὴν αὐλήν) locum ante fores aedium
vacuum, a via septo fuisse noverit separatum. *Eustath.* in

Ἰλ. l. p. 669, 44. [p. 764. ed. Rom.] κατὰ τοὺς ἀκριβεστέρους ἢ τὰς οὕτως ἔρμος, περὶ δὲ πύλαι· μετα δὲ τὸ ἔρμον, αὐλῇ· μετ' ἣν αἰθούσα· ἴτα πρόδομος. VALCK.

18. Οὕτω δὲ, ὡς παῖ, ἔχει πᾶν) Praebebunt forsā ἔχεις Codices etiam alii, prout *Valla* legit. *Eurip.* *Phoen.* 960. Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις. Ubi postea dicitur errorem *Ariston* agnovisse, quo dictum illud imprudenter effutiisset, ista leguntur: [lin. 29 seq.] ἔγνω δὲ καὶ ὁ αὐτὸς Ἀρίστων οὐ μετὰ πολλὸν χρόνον, ὡς ἀνοίη τὸ ἔπος ἐκβάλλοι τοῦτο. In his cum Viro docto [Reiskio] scriberem ἐκβάλλοι: praeterea vulgatae voci praeferebam ἀγνοίη: tandem dubito, legendum-ne sit αὐτὸς ὁ Ἀρίστων, an hic rectius sit ὁ αὐτὸς Ἀρ. ut sit, idem *Ariston*, velut Ἰταρος ἦδη, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς ἔτι ὢν τῇ προτέρᾳ γνώμῃ. *Aeschylus* in eundem sensum dixit ἐκβαλεῖν ἔπη in *Agam.* vs. 1672. Quid usu distent ἀνοία et ἀγνοία, ex iis satis liquet, quibus libello de Sacrificiis finem imponit *Lucianus*: ταῦτα διῶσθαι μοι δοκεῖ Ἡρακλείτου τινὸς ἢ Δημοκρίτου; τοῦ μὲν γιγασκομένου τὴν ἀνοίαν αὐτῶν, τοῦ δὲ τὴν ἀγνοίαν ὀδυρομένου. *Aristoni* dictum imprudenter exciderat ἀγνοίη vel αἰδμήνη, ignorantī, quod vel ex *Homero* discere potuisset, *Eurysthea* *Sthenelo* natum canente ἡλότημονον ἰόντα, cum matri ὁ ἔβδομος εἰστέθειται. Postea *Agidi*, cuius uxore *Timaea* paulo familiarius *Alcibiades* fuerat usus, simile quid filio nato dicenti, ἀνοία potius impu-
tari potuit. VALCK.

25. οὐδέκω ἐξήκειν) Adpositum erat lib. II. 139. ὡς ὢν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει: heic ex *Ask.* minime. Scriptor ipsemet lib. II. 111. ὡς ἐξήκει τί οἱ ὁ χρόνος. *Sophocles* *Phil.* 200. πρὶν ὅδ' ἐξήκει χρόνος. Inprudens profecto *Ariston*, aut oblitus natalium *Eurysthei* apud *Ποῖταν*, negavit *Demaratum* septimestrem suum esse filium, quae et *Pausaniae* observatio lib. III. 7. WESS.

29. ἔγνω δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀρίστων) Non repudiavi a *Mstis* oblatum. Statim ὡς ἀνοίη τὸ ἔπος [lin. 30.] sanum non praesto. *Arch.* οὐ καλῶς videri repetitum potest ob αὐτὸν οὐ καλῶς ποιεῖν, superius depositum, alioqui edito multo suavius; habet certe ὡς ἀνοίη acerbissimam criminationem, quam *Valckenarii* *Nostri* ὡς ἀγνοίη eleganter minuit. Ἐκβάλλοι, cui doctissimi Viri primas dederunt, dubio nunc exem-

tum. Congruit Pindaricum *Pyth. Od. II. 148. αἰώνων δ' ἵππος ἐκβαλεῖν κραταῖον*. WESS.

CAP. LXX. 6. *ἐπιδιαβάντες δὲ*) *Iustum est. Cel. enim Gronovio* [verbum istud alibi apud Nostrum legi non recordanti] *memoria fraudem struxit. Sic lib. IV. 122. αἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἰδόντων. Ferre ἄπτοντο, [lin. 7.] si conatus intelligatur, possum: manus enim tantum profugo iniiciebant, minime, interpellantibus Zacynthis, abducturi. Blanditur autem [ibid.] θαλάσσης αὐτὸν ἀπαιρόντας, ex Homeri studio propagatum: Μῆτι σὺ τόνδ', ἀγαθὸς περ ἔων, ἀποαίρειο κούρην, Iliad. A'. 275. Librariis ex insolentia displicuit. WESS.*

14. *ἐν δὲ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδα etc.) Neminem Ὀλύμπια morabuntur; Miltiades Ὀλύμπια ἀνηγκῶς τιθρίπῳ descriptus fuit c. 36. Νικᾶν Ὀλύμπια in marmoribus priscorumque scriptis frequentatur. At optimae hinc notae Codices Ὀλυμπιάδα ἀνιλόμενος, et IX. 32. νικᾶν Ὀλυμπιάδα Aldus alii-que, tum VI. 125. Ὀλυμπιάδα ἀναιρέτῃ. Quae quidem mendosa et syllaba iusto auctiora profiteri vereor, praesertim quia c. 103. equae τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνιλόμεναι. Hercules praeterea, Olympici certaminis auctor, Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασιν Ἡρακλῆς Pindaro Olymp. II. 5. cuius μία δ' ἐκρηπῆς Διὸς Ὀλυμπιάς, videlicet νίκη Python. VII. 14. rem in vado locaret, nisi gignendi casu Ὀλυμπίας editum spectaretur. Herodoti animo νίκη Ὀλυμπιάς obversata videtur. WESS. — Verborum structura in hunc maxime modum intelligenda videtur: ἄλλα τε (i. e. κατ' ἄλλα τε) συχνά (ἐν) Λακιδαιμονίοισι ἀπολαμπρυνθεῖς ἔργοισι τε καὶ γνώμῃσι, ἐν δὲ δὴ (τοῖς ἄλλοις) Ὀλυμπιάδα (νίκην) σφι προσέβαλε, ἀνιλόμενος (αὐτὴν) τιθρίπῳ. S.*

Ibid. Ὀλύμπια σφι ἀνιλόμενος) Dum Valla scribebat Olympiadem palmam reportasse, legisse videtur, quod margo praebet Steph. Ὀλυμπιάδα. Alterum quidem saepius apud alios, et supra legitur VI. 36. Sed Herodoteum est Ὀλυμπιάδα ἀναιρέσθαι vel ἀνιλέσθαι, sive νικᾶν, nempe νίκην, VI. 125. IX. 32. lib. VI. c. 103. Cimoni Ὀλυμπιάδα ἀνιλέσθαι τιθρίπῳ συνέβη: atque iisdem equabus secundam tertiamque dicitur ἀνιλόμενος Ὀλυμπιάδα: prope Cimonem autem sepultae narrantur equae, αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνιλόμεναι. Inde Aeliano de Nat. An. XII. 40. restituit Iac. Perizonius.

τάς ἑαυτοὺς τὰς τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνιλομένας, pro τὰς τρεῖς Ὀλύμπια: ubi scribi quoque potuit τὰς τρεῖς Ὀλύμπια ἀνιλομένας. Ipse etiam Herod. habet Πύθια ἀνιλομένης, VI. c. 122. Pythiis ludis victores eximie dicebantur τὴν δάφνην ἀνιλεῖσθαι; Olympicis, ἀνιλεῖσθαι τὸν κόνιον, prout loquitur aliquoties Pausanias; apud quem lib. VI. p. 470. [cap. 7. sub fin.] pro Ὀλυμπιάδῃ scribendum est Ὀλυμπιάσι: dicebatur enim νικῶν Ὀλυμπιάσι (vel ἐν Ὀλυμπίᾳ) vel Ὀλύμπια. Attigerunt viri summi T. Hemsterh. ad Lucian. p. 107. et R. Bentlei. in Aristoph. Plut. vs. 585. Quando [lin. 15.] solus ad id usque tempus Spartanorum Regum Demaratus quadrigis Olympiacam dicitur reportasse victoriam; priores fortasse de hoc certaminis genere idem senserunt, quod postea Agesilaus: vid. Plutarch. T. I. p. 606. E. II. p. 212. B. VALCK.

CAP. LXXI. 9. Λαμπιτώ) Laconico titulo ad amiceam Lysistrata, Ὡ φιλάττη Λάκωννα, χαῖρε Λαμπιτοῦ, in Comici ista Fab. vs. 77. Platoni tamen Alcib. I. p. 123. E. Λαμπιδώ: unde docti viri, Dacérius et Mos. Solanus, Λαμπιδῶς refingunt in Plutarchi Pr. Vit. Agesil. WESS.

CAP. LXXII. 6 seq. ἐπακτῆμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου) Valla liberaliter, quum sederet utraque manu pecuniam tenens: oportuerat, quum insideret ambabus manibus pecuniae; quod merito, insulsus ne foret, noluit. Non sane dubitandum, quin χεῖρ διπλῇ necti possit, sicuti alia in re iungitur a Sophocel. Antig. vs. 14. Sed quid tandem χεῖρ ἀργυρίου, et διπλῇ quidem? Fac utramque numis oppletam argenteis, ostendunt-ne id Graeca? et quantula haec pecuniae portio ad regem corrumpendum? tum ἐπακτῆμενος χειρὶ qui conveniet? Pingere vero ΧΕΙΡΙΑΙΠΙΑΕΗ, et vitiosae lectionis patescet origo. Finxerunt boni homines χειρὶ διπλῇ, cum potuissent ad Scriptoris mentem ἐπακτῆμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου, insidens manicae pecunia plenae. Sic procedit sermo, monstratque veritatem inesse ἐδωροδόκῃσι ἀργύριον πολὺ. Non postulabitur, credo, ut χειρὶ δα πλήν exemplis firmem, siquidem utrique usus constat. Pausanias corruptelae auctores Aleuadas, Thessalorum nobilissimos, indicavit: III. 7. p. 221. WESS. — De usu τῶν χειρῶν apud veteres videndus Eustath. ad Od. ω. 229. ex quo nonnulla excerpsit H. Steph. Thes. T. IV. p. 458. Scor-
tea in manica, crumenae loco, absconderat Spartanus pe-

cunias furtim acceptas. Adnotare in *Var. Lect.* debueram, mendosam scripturam cum superioribus edd. et mssis in contextu tenuisse *Wess.* cuius tam necessariam quam luculentam adsciscentes emendationem nos cum *Schaeef.* et *Borh.* suum restituere *Herodoto* non dubitavimus. *S.*

CAP. LXXIII. 1. εὐδῶθην) *Servo* integrum, supra *χρηστῶς* ὁδοῦται IV. 139. tuitus. Ὡδῶθην non mihi satis sententiae videtur facere. Recordor bene *Sophoclei Oed.* Col. vs. 487. ἰμοὶ μὲν οὐκ ὄδωτα, in negotiis, quae absolvi non queunt, οὐκ ἀνίστα, οὐ βαδιστρία. De rei vero successu *fausto* ibid. vs. 1500. εὐφῶν δ' εὐδοίῃ Ζεὺς. *Philo Iud.* in *Ioseph.* p. 548. A. ἕως μὲν γὰρ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν εὐοδοῦται πρῶτα αὐτῶ, verbis huic loco accommodatis. Idem p. 557. A. ἀλλ' οὐκ εἰσάπαν εὐοδοῦται κακία. Plura non coacervo. *WESS.*

11. παραθήκην παρατίθενται) Ex *Med.* mutatum restituerem κατατίθενται. Depositum, τὴν παρακαταθήκην, alibi quoque παραθήκην dixit, IX. 44. VI. 86. Hic vox ista potuerat etiam omitti. Κατατίθεσθαι eadem structurā *Thucydidi* praesertim frequentatur: lib. III. c. 28. supplices *Taches* κατατίθενται ἐς Τένεδον, in *Tenedum* mittit custodiendos: c. 72. illos κατέβητο ἐς Αἴγιναν: similiter c. 102. IV. 57. V. 61. et 84. VIII. 3. Apud *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 255, 23. *Chalcedonii* τὴν λίαν ἅπασαν κατέβητο ἐς τοὺς Βιβυνοὺς Θερῆνας, ad vicinos omnem praedam mittunt custodiendam velut depositum. *VALCK.*

CAP. LXXIV. 2 seq. δῆμα ἔλαβε etc.) Excerpsit *Suidas* in Ὑπεξίσχῃ: ubi *Dionis* illud, πρὸ τῆς δίκης ὑπεξίσχην idem est, quod *Athenis* dicebatur οὐκ ὑπέρμεινε τὴν κρίσιν, vel τὸν ἀγῶνα. *Cleomenes* ὑπεξίσχῃ ἐς Θισσαλίαν, furtim se subduxit abiitque in *Thessaliam*. Supra *Clisthenes* *Athenis* ὑπεξίσχην, [V. 72, 2.] id est ὑπεξῆλθεν et ὑπεξίστη: plene loquitur VIII. 132. [ubi ὑπεξίσχον ἐκ τῆς Χίου.] *VALCK.*

4. ἐνθῆνεν δὲ ἀπικόμενος) Hinc sequentia quaedam ob *Stygis aquae* factam mentionem descripsit *Porphyrus*, sive potius *Apollodorus* in opere de *Diis*, apud *Stobaeum* *Eclog. Cant.* p. 130. *Herodoti* verbis illic subiecta *Callimachea* et *Heracleotae Philonis*, de mirabili huius aquae virtute, comparari poterant ad *Aelian.* de *Nat. An.* X. 40. et *Antigon. Caryl.* c. 174. ubi nonnulla notat *Io. Meurs.* plura dede-

rant P. Leopard. Em. IV. c. 8. et Iac. Nic. Loënsis Misc. Epiphyll. III. c. 10. VALCK.

8. *πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστ. ἀγνίων, ἐξορκῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ.*) Vir Celeb. ob Florentinum *ἐξορκου* seriem hanc statuebat *πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκ.* - - - *ἐξωκοῦτο Στυγὸς ὕδωρ*, mutilans et addens pro voluptate. Sed omnes libri *πρόθυμος ἦν*: neque *ἐξωκοῦσθαι* [activa notione] Nostri usu tritum, tolliturque τὸ ante Στυγὸς ὕδωρ praeter morem: tum participium, namque eo in numero est *ἐξορκῶν*, non infinitivus, quae Cl. Reiskii opinio, magna Codicum optimorum concordia munitur. Equidem *πρόθυμος ἦν* - - - *ἀγινίειν* ex Porphyrio laudavi, laude nunc quoque dignum censens. Alioqui *πρόθυμος ἦν ἀγνίων* recte de Scriptoris consuetudine, notata lib. I. 77. WESS. — Nempe verbum *πιμᾶσθαι* quidem cum participio construere Herodotus adsuevit: an *πρόθυμος ἦν* similiter participium loco infinitivi adsciscat, etiam atque etiam dubitare licuerit. Caeterum vide in *Var. Lect.* notata. S.

Ibid. *πρόθυμος ἦν* - - - *ἀγνίων, ἐξορκῶν*) Ex Apollodoro sive Porphyrio Stobaei meliorem eruit vulgatā lectionem Vir summus in Diss. Herod. p. 115. Mihi [sicut Reiskio] visus fuerat Herodotus scripsisse: *ἰς Νῶνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστίωτας ἀγνίων ἐξορκοῦν τὸ Στυγὸς ὕδωρ*: atque ita legisse Valla. Ista certe *πρόθυμος ἦν* infinitivum poscunt, aequae ac *προθύμως ἔχω*: quod in Plutarchi Gryllo p. 986. E. restituendum censeo, ἀλλὰ μὴν ἔχω *προθύμως ἀκροᾶσθαι*. Egregia reddi poterit Alcinoos sententia Isagog. in Platon. c. 27., si sic scribatur: οὐ δὲ ὑπὸ θεῶν ποτε ἀμελεῖται, ὅς ἂν *προθύμως ἐβίλη δίκαιος γενέσθαι*, pro vulgatis ὡςδὲν *προθυμῆσθαι* θέλει. VALCK.

10. *τῶν Ἀρκάδων*) ὅτ' Ἀρκάδων legit etiam Valla: ego neutrum requirerem, si abessent ista Codicibus. Neutrum forte legit Eustath. qui in 'Ιλ. β'. p. 228, 2. [pag. 301. ed. Rom.] Ἡρόδοτος, αἰτ, Φησὶν, ὅτι Νῶνακριν πόλις Ἀρκαδίας, ἐνθα λέγεται εἶναι τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ, ὀλίγον φαινόμενον, σταζὸν ἐκ πέτρας εἰς ἄγνος. Pausan. VIII. pag. 634. [cap. 19 extr.] ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ σταζέει, καλοῦσαι δ' Ἕλληνες αὐτὰ (non itaque soli Arcades, quod optime Gronov. animadvertit:) Στυγὸς ὕδωρ. Rursus pag. 635., τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ παρὰ τὴν Νῶνακριν σταζέει. Quia urbes erant in Arcadia vici-

nae Νώναις et Φινίος, eidem dicitur p. 637. τὸ πρὸς Φινίῳ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν. Ad eandem rationem paulo post apud Herod. [lin. 14.] vulgari debuerat πρὸς Φινίῳ, ut recte scribit Casaubon. ad Strabon. VIII. p. 597. VALCK. — Rediit ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων. [At vide Var. Lect.] Etsi enim Graecorum in sermone Stygis aqua, Arcadum tamen illa iactatione inclauit. Io. Meursium consule ad Antig. Caryst. c. 174. WESS.

12. σταῖς ἐς ἄγκος) Praeclare Gronovius, cui praeter Ask. et Pass. gravis auctor accedit Eustathius. [Vide superiorem Valck. adnotationem.] Stygis aquam neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et dissipatur, apud Vitruvium lib. VIII. 3. Cuius itaque vulgatum ἄγκος materiae? Bene Eustath. ad μισγάγκειαν Homericam ἄγκος διὰ τοῦ κ. ὁ βαθὺς καὶ Φαραγγώδης καὶ κοίλος τόπος p. 497, 13. [p. 379, 17. ed. Bas.] WESS.

CAP. LXXV. 7. ἐνέχραυι ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκήπτρον) Suidas, nonnulla invertens, τὸ σκήπτρον agnoscit, Eustathius his; quod properantior infitiabatur Galeus. Posset ἐνέχραυι Eustathii blandiri, nisi eodem utrumque tenderet. Nicander Ther. vs. 277. οἶσι κιάστῃς Οὐλόμενον κακοῖρον ἐνέχραυσσι κινέοντα. WESS.

Ibid. ἐνέχραυι etc.) Quod prostat apud Suidam [et in Zonarae Lexic. p. 745.] velut Herodoti, ἐνέχραυι τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ, non diversam lectionem, sed partem praebet interpretationis: patebit erroris origo sic intermedia scribenti, quae videntur excidisse: ἐνέχραυι (ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκήπτρον ἥγουι ἑπληξε) τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ: quo modo verba Herodoti interpretatur Eustath. in Od. β'. p. 79, 42. exhibens velut Herodoteum non isto tantum loco, sed his terve etiam alibi ἐνέχραυι, velut ad Ἰλ. ε'. p. 440, 12. et ad π'. p. 1082, 23. Utrumque reperitur apud Homer. χρᾶω et χραύω: hoc quidem propria stringendi virtute in Ἰλ. ε'. 138. ubi χραύσῃ recte redditur in Schol. ἀμύξῃ ἐπ' ὀλίγον, τὸν χρῶτα ἐπιξύσῃ: alterum apud Apollon. Rhod. II. 283. τῶων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλθα χερσίν: ubi Schol. ἐβελίσαντες αὐτὰς πλῆξαι, μάτην ἐπὶνήγκαν τὰς χεῖρας. Homerea spectant glossae Hesychii, apud quem pro Ἐπιχράοντο scribendum, Ἐπέχραον τὸ ἐπιβάρηναν. Illuc recte referuntur ab Eustathio aliisque Ζαχρηῖς ἄνεμοι, stringentes venti. VALCK.

11. τὰ μιν αὐτίς ποιήσεις) Erunt fortasse, quibus τὰ μιν λυθείς codicis Pass. ridebit, congruens Cleomeni ἐν ξύλῳ δειδμένῳ, et mala servulo, si qua cippo exsolveretur, minitanti. Mihi prosemminatum ex αὐτίς censetur; cuiusmodi ΑΤΘΕΙΣ et ΑΤΘΙΣ confusiones in superioribus ostendere memini. WESS. — Αὐτίς, pro αὐτίς, spreto ionismo scribitur in cod. F. qui ex eadem cum Pass. familia; quo magis firmatur Wesselingii iudicium. In ποιήσεις consentiunt, quod sciam, libri; nisi quod ποιήσαι adiecta, littera scribat F. Videtur autem utique ποιήσαι in fut. scriptum oportuisse: postrema vocalis, facile e voce proxime sequente adhaeserit. S.

18. καὶ ταύτην καταχορδεύων) Incerti scriptoris verba apud Suidam in Καταχορδεύει huc refero, opinatus Theopompi ex Herodoti esse Epitome, Εἴτα τῶν Φριῶν ἐξέπλυνε, καὶ μανὶς ἑαυτὸν μαχαίρᾳ καταχορδεύει. In Cleomenem enim dicta aptissime quadrant, et Theopompi cognitum istud compendium. Culte Henr. Valesius in Dione Chrysost. Or. XXXVII. p. 467. B. ἡμῖς δ' οὐ παύομεν τὸν ἀνδριάντα χορδεύειν ἀν' αἰσθάνηται, correxit χορδεύειν, sive, quod malim καταχορδεύειν, clarissime ad haec alludente: negant enim se statuas, si sentirent, praebituros, ut ita lancinarentur. Contra peccatum in Libanii Or. VI., nuper Venetiis publicata, pag. 100. οὐ τοῦ μὲν ὁ πατήρ ἐχορδεύει; h. e. Bongiovanni interprete, nonne pater illius chordas efficiebat? Immo saltabat, ἐχορδεύει. Longinus [hunc Herodoti locum respiciens] sententiam consideravit duntaxat, et Plut. T. II. p. 223. B. Post pauca μῦθοι [lin. 21.] manere possunt. Conferendus Pausanias est III. 4. pag. 213. WESS. — Athenaeus lib. X. c. 48. (p. 436. ed. Cas.) de Cleomenis furore, simul hunc locum, simul inferiorem cap. 84. respiciens, Ὅτι δὲ, αἶτ, διὰ μίθην ἑαυτὸν καὶ μαχαίρᾳ κατέτρυψε, Ἡρόδοτος ἰστοῖρησι. Bellum Atticae inlatum, quo lucum Eleusinum Cleomenes vastavit, tetigit Herod. lib. V. c. 74. S.

Ibid. καὶ ταύτην καταχορδεύων) Modum, quo maniacus corpus conciderit, tradiderunt quidem alii; verbum vix alibi repertum καταχορδεύειν retinuit Aristides II. pag. 393. Cleomenes, inquit, τὸ αὐτοῦ σῶμα καταχορδεύουσιν ἐν ποδῶν ἀρξαμένοι; se ipsum minutatim dissecuit, Canterus. Ex usu plebeio petatum velut hic aptissimum laudat Longin. π. Γψ.

p. 170., qui vicinorum tantum sententiam expressit. In Glossis Herod. simplex Χορδίων redditur τίμων: in iisdem pro Κατασώχοντι simplex ponitur Σώχοντι: pro Herodoteo Καταψῶσαν Suidas habet Ψῶσαν. Sic saepe solent Grammatici. Quae in Schol. ad Aristoph. Eq. vs. 765., ad Διαπρισθῆν adscripta sunt, εἰς μέρη λωροτμηθῆν, pertinent ad vicina: Διατμηθῆν τε λήπαδας: Εἰς μέρη λωροτμηθῆν. Idem illud dici potuit χορδευθῆν, id est, εἰς χορδὰς sive λήπαδας διατμηθῆν. Καταχορδευθῆν significat εἰς χορδὰς τίμοντα διαφθεῖν. Vim praepositionis non intellexerunt in κατατετρωματίσθαι apud Herod. VII. 212. VALCK.

[20. τὰ περὶ Δημάρετον γεγόμενα) λεγόμενα fortasse legendum suspicari cum Reiskio licet: ac frequenter sane ista duo temere permutantur a librariis. S.]

24. καταγινῶν) Habet Suidas ex Glossis Herodoteis, et prave explicat καταλύων. Servant scripti omnes, nec potius aestimari ἀπαγινῶν [quod Reiskius proposuerat] sive ἱξαγινῶν potest. Fraus, qua supplices luco deducti, traditur c. 79. Vere Eustath. [loco in Var. Lect. citato] ἄλλος et τίμωνος saepe non discrepare docet, hoc tamen ἐν Ἐλευσίῃ inconsiderate ponens. Porro ex Arch. ἐν ἀπορίῃ σχῶν [lin. 25.] Cl. de Pauw format ἐν ἀωρίῃ σχῶν. Valla vero vertit, lucum quem in Argia occupasset, ac si ἐν Ἀργίῃ σχῶν, uti Stephanus suspicatur, legisset. Vulgatum praestat. Ἐν ἀλογίᾳ ποιούμενος lib. VII. 126. et Procop. Bell. Vand. I. 20. etc. WESS.

CAP. LXXVI. 3. Στυμφηλῆος λίμνης) Nulla lis moveretur lacui Στυμφαλίδι, modo dialecti forma responderet. Urbs Homero Iliad. B. 608. Στύμφηλος, more Ionum, ad quem Pausaniae ἀνὴρ ἐκ Στυμφήλου VI. 8. et ἐπὶ Στυμφήλῳ V. 10. Hinc Στυμφήλοισι, Criticis ad Poëtam momentibus, qui Aeliano Var. II. 33. aliisque Στυμφάλοισι. In Erasino Herodotus accuratior Strabone lib. VIII. p. 567. [Consentit tamen cum Herodoto idem Strabo, p. 371. A. ed. Cas.] Scite autem Reiskius ἐς χάσμα ἀχανὲς [lin. 5. ubi vulgo ἀφανὲς] ἐκδιδῶσαν. WESS. — In editis tamen Animadverss. istam coniecturam Reiskius non repetiit. S.

CAP. LXXVII. 3. ἡ Σίπεια) Praestet-ne haec loci scriptura, an Σήπεια, cum taceant veteres, non audeo asseverare. Est Arcadiae mons Σηπία in Pausan. VIII. 16., a serpentibus nomen sortitus: a sepiis in littus eie-

etis Italiae Sipus, olim Σηπιούς, ἀπὸ τῶν ἐκχυματιζομένων σηπιῶν, ni fallit Strabo VI. pag. 435. [pag. 284. v. ed. Cas.] Nobilis praeterea Σηπιάς ἀκτὴ inf. lib. VII. 183. Quid si ob sepias e mari fluctibus littorali loco adpulsas hic Σηπίας aut Σηπίδας titulus? WESS.

10 seqq. Ἄλλ' ὅταν etc.) Partem oraculi hinc exhibet Pausan. II. [cap. 20 extr.] p. 157. ubi, pro πρότερον δὲ ἐπὶ, corrigi debet πρότερον δὲ ἔτι τὸν ἀγῶνα τοῦτον προσημύησεν ἡ Πυθία. Sic saepissime loqui solet; cuius moris immemor Casaub. ad Polyb. pag. 118. [ed. Gron.] sana docte tentabat. VALCK. — Alteram eiusdem oraculi partem, ad Milesios spectantem, supra adpositam a Scriptore vidimus cap. 19. S.

14. ὅφισ τριέλικτος) Cur hoc damnable, et ἀέλικτος plausibile? Vocis insolentia et novitas, difficiliorque explicatus me ad pristinam retraxit. Eunapio apud Suidam talis serpens μυμήλικτος ὅφισ, quem glossa, historici verbis imprudenter innexa, πολυέλικτον explicat. Τριέλικτον ὄφας dat idem Grammaticus in Μαλάνδρος ex Epigrammate. Quid multis? Nonnus Dionys. IX. vs. 256. Ἀνχμηραῖς τριέλικτον ὄφιν ἐπιμαρδὸν ἰθίλραις Ἑρπασσι. Ceterum Pythiae hoc responsum ex Herodoti narratione planum non est. Quorum enim ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενά νικῆσασα Ἐξιλάσῃ? Praeterita sunt Telesillae documenta virtutis et prudentiae, quibus matronas Argivorum, ut sumtis armis urbem protegerent, Cleomenemque et invadentes Spartanos repellerent, animavit, petenda ex Pausaniae lib. II. 20. WESS. — Vocab. ἀέλικτος nusquam aliàs occurrere ipse Gronov. qui illius patrociniū suscepit, professus est; in dubio etiam relinquens, utrum privativa notione accipiendum sit α in vocis initio, an intensiva. S.

19. ἐποῖτῶν καὶ οἱ Ἀργεῖοι τῷτὸ τοῦτο) Copiosior in eo strategemate Polyaeus I. 14., sed paucis nunc verbis mancus: ἐπλιζομένων, ἀνθωπλίζοντο· ἐξιόντων, ἀντιπεξίσταν· ἀναπαυομένων, ἀνταναπαύοντο: nihil de prandio, cuius abesse mentio non debebat. Recte scriptus codex, quo se usum doctissimus Fermat in Epist. post Diophantum profitetur, ἀριστόντων, ἡρίστον· ἀναπαυομένων, ἀνταναπ. Vide et Plutarch. T. II. p. 223. WESS.

CAP. LXXIX. [5. ἀποινα - - - δύο μνῆαι. Similiter vero apud Athenienses: vide V. 77, 16. S.]

11. ἐπὶ δένδρῳ) Nusquam alibi in Musis: maneat tamen. Eustath. ex Lexico Ael. Dionysii ad Iliad. Γ'. p. 396, 22. [pag. 300, 19. ed. Bas.] Λίγεται οὐ μόνον δένδρον, ἀλλὰ καὶ δένδριον καὶ δένδρος: potiusque δένδρον videri quam δένδρος. Possunt ergo δένδρια, toties Herodoti usu frequentata, ex alterutro arcessi. Inmanem Cleomenis in supplices Argivos crudelitatem intactam haud reliquit Pausan. III. 4. WESS.

Ibid. ἀναβάς ἐπὶ δένδρῳ) Ante vulgatum ἐπὶ δένδρον vix se tueri poterat: poscebat usus ἐπὶ δένδρον, ut ἀναβῆναι ἐπὶ ταῦν· ἐφ' ἵππων ἐπὶ δῶμα. Commodum δένδρος hic subministravit Med. Δένδρις hic illic reperiri optimus noster Io. Pierson. docuit ad Moerin p. 132. In exemplaribus suis Xenophonteis δένδρος et δένδρι et δένδρη reperisse videtur Aelius Dionys. Eustath. in 'D. γ'. p. 300, 21. cuius observato non nominati H. Stephanus utitur, Anim. in Corinth. de Dialect. pag. 25. VALCK.

CAP. LXXX. 8. ἔχκειν μοι τὸ χρηστήριον) De temporis certi spatio, quod expletum est, verba frequentantur ἔχκειν et ἐξελθεῖν. Verum sicut Graecienses Iudaei non in istum tantum sensum verba πλησθῆναι et πληρωθῆναι, sed et hoc de divinis adhibent oraculis, quae suum iam habuisse censerentur eventum; sic Herodoto oraculum et somnium dicitur ἔχκειν et ἐξελθεῖν. I. 120. ἔχκειν τὸν ὄντιον: VI. 108. τὴν ὄψιν συνβάλλετο ἐξελθῆναι: hic paulo inferius, de eodem oraculo, cap. 82. δοκεῖν οἱ ἐξελθῆναι τὸν χρητμόν τοῦ θεοῦ. Oraculum impletum vulgo dicebatur τέλος ἔχων: ἐπιτελεσθῆναι Herod. VI. 140. ἐκπαινεσθαι Eurip. Cycl. vs. 692. Duo loca praebet Suidas in 'Ἐχέκει' et in 'Ἐξῆλθεν', in quibus ista de oraculis ponuntur, quae suum habuerant eventum: eorum alter prostat et in Zonarae Lexic. Msto, velut Xenophontis, in cuius libris vulgatis ista non opinor reperiri. VALCK.

CAP. LXXXI. 3. ἦν ἐς τὸ 'Ηραῖον) Erat in Argivorum et Mycenaeorum confinio, Mycenis x. stadiis, ab Argis xl. seiunctum, teste Strabone lib. VIII. pag. 566. [p. 368. d. ed. Cas.] et Pausania Corinth. c. 17. Ubi si femina, qualis famosa Chrysis ex Thucydide, sacris sola fuerit operata, sequentia labem habebunt. Verum super ea re dubito. WESS.

CAP. LXXXII. 17. διέφυγε πολλὸν τοὺς διώκοντας) Si vel in aliis etiam inveniretur illud Codicibus, restituerem tamen ἀπίφυγε. Sequitur in hoc verbo usum Herod. receptum. VI. 104. similiter Miltiades dicitur ἀποφυγὼν τοὺς διώκοντας. Adde II. 174, [8.] Andocidi restituendum p. 16, 17. εἰ δὲ ἐγὼ αὐτὸν ἀποφύξομαι, pro ἀποφθίγγομαι. Antiphon pag. 115, 24. πολλὰς γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἶχεν (corrigen- dum est εἶλιν) ἔτι δὲ - - πλείους διαχθεῖς, οὐδὲ πώποτ' ἀποφυγών. Demosth. p. 154, 183., γραφεῖς παρανόμων ἀπίφυγον. Aristoph. Vesp. vs. 577. Thucyd. III. pag. 212, 34. Eam in rem ut plura congerantur necesse non est. VALCK.

CAP. LXXXIII. 1. Ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἰχηρώθη) Suum recuperabit Herod. ἰχηρώθη, firmatum in Diss. Herod. p. 86. Haeret eadem menda in Solonis senario apud Aristid. T. III. p. 398., uno de quinque et viginti ab illo servatis ex poemate, quod condidit Solon εἰς αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ πολιτείαν, quorum ista leguntur ibid. ultima: εἰ γὰρ ἤθελον, ἅ τοις ἐναντίοισιν ἤδανεν τότε, Αὐθις δ' ἅ τοῖσιν αἰτίοις, δρᾶσαι, διὰ πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἢ ἰχηρώθη πόλις. Canter. Iam capta multis urbs fuisset a viris. Sed nec a multis capta urbs Graecis dicitur διὰ πολλῶν χιμαρῆσαι, neque is sensus illic congruit. Nisi συστάθειαν suam Solon introduxisset, civitas multis fuisset civibus viduata: hanc postulant quae praecessere sententiam. Pro δρᾶσαι, διὰ, corrigerem δρᾶσαι κακὰ: sed praeterea minime dubitanter: πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἢ ἰχηρώθη πόλις. Hoc alibi dicitur ἡρημώθη ἢ πόλις ἀνδρῶν, velut in Aeneae Poliorcet. c. 14. In proximis etiam ἐπὶ ἡβησαν [lin. 3.] restituetur ex Codicibus, quod Vallam sequutus Anglus expresserat interpres: vid. les Essais de Critique sur les Trad. d'Herod. p. 182. VALCK. — In Solonis iambis Brunckius noster (Gnomic. Graec. p. 83.) utramque Valckenarii emendationem adoptavit: alteram quidem, ἰχηρώθη, haud dubie verissimam; alteram vero, κακὰ pro διὰ, tam violentam arbitrariamque, quam parum necessariam. Quanto fuerat simplicius certiusque δι' αὐτὸν legere, quod ipsum in ΔΙΑ perspicue inerat! S.

1. ἰχηρώθη) Correxit e Vallae Latinis praefectus Edit. Genev. MDCXVIII., adprobavitque D'Orvillio ad Charit. pag. 102. Reiskioque. Nihil ea profecto scriptura melius cer-

tiusque, tametsi Ἄργος χειρωθῆν ἀνδρῶν apud Eustathium ad Perieg. vs. 364. pag. 176.; eodem enim (quod Tan. Faber docuit) in luto. Suidas: Ἐχειρώθησαν ἀνδρῶν, ἐστειρώθησαν. Eupapius Exc. Hoesch. p. 13. πάντα ἀνδρῶν ἐχειρώσαν, sed in Aedesii Vit. p. 38. ταῖς ἄλλαις χειρώσας πόλεις ἀνθρώπων, consimili vitio: χειρώσας dederat, Homerum Iliad. E'. 642. aemulatus, sicut et Virgilius Aen. VIII. 571. tam multis viduasset civibus urbem. Mitto nunc Strabonem, Poëtae versum illustrantem lib. XIII. pag. 891. [pag. 596. ed. Cas.] Tangendum ἐς δ' ἐπήβησαν est, [lin. 3.] ex Vallae Latinis in Genev. Edit. receptum prudenter, nec sine quadam audacia. Aeschyli VII. contr. Theb. vs. 671. οὐτ' ἐφηβήσαντ' αὖ πω, h. e. ἐς ἥβην ἐλθόντα καὶ νείκεσκον γινόμενον, consilio auctoritatem dat. Quae quidem cum in promptu forent, miror, stupentque Cl. viri, Pavius, D'Orvillius, Reiskius, in contentu durare cuncta potuisse. WESS. — Gronovium nil mirum est pravam tenuisse utramque scripturam, ἐχειρώθη et ἐπίβησαν, a quibus non discedentem vidisset Codicem qui ipsi pro oraculo fuit. Sed quum Londinensis editio, quae Galei nomen praefert, ad Iungermannianum expressa fuerit exemplum, mirum utique videri deberet, esse pravas istas lectiones in Londinensi ed. instauratas, si verum esset quod Dorvillius et Reiskius putarunt, in Iungermann editione, ἐχειρώθη et ἐπήβησαν legi. Tenet illa pravam utramque scripturam, quae (quemadmodum Wessel. docuit) primum in Genevensi editione, adeoque decimo post anno quam Herodotum Iungermannus ediderat, correctae prodierunt. S.

4. ἔπειτ' ἄσφιας οὗτοι) Quum ἐπίβησαν οἱ — παῖδες pristinum vultum induerit, οὗτω stare non debuit. Malebat Pavius, ἔπειτ' ἄσφιας οὗτοι ἀνακταίμενοι, deinde servorum iterum facti domini, ὅπως ἐς ἰωῦτους τοῦ Ἄργιου ἐξίβαλον, postea Argis eiecerunt propter se ipsos. Qua in coniectura desidero multa, acquiescens in Codicum consensu et Gronoviana interpunctione. Addo, Plutarchum de Virtut. Mulieb. pag. 245. E. ab hac Herodoti recensione abire, nec servis Argivas mulieres, sed vicinorum optimis, in civitatem receptis, coniungere, Argivorum gloriae studiosum. WESS.

8. γένος ἰὼν Φιγασειῶς) Incognitam hinc Arcadiae gentem finxit Ortelius. Φιγαλειῶς, vera scriptio, a Galeo sal-

tem restitui debuerat; cui venit in mentem, instructo codicum lectione *Φιλαγεύς*. Arcadiae urbis incolae plerumque semper *Φιγαλις* dicuntur *Pausaniae*: semel apud illum vulgatur *Φυγαλις*, V. p. 385., ut apud *Dionys. Halicarn.* II. p. 224, 46. et alibi: mendose *Φυγάλοι*, VIII. p. 624., pro *Φιγαλις*: ubi pro *Φιλλοῖ* forte scribendum *Φιλλοῖ*. *Φιαλις* dicuntur *Diodoro Sic.* II. p. 33. ubi vid. clar. *Wess.* *Ναρκιδαν* ex *Φιγαλίας* habet *Pausan.* VI. p. 465., ut *Πυθίας* δ' *Ἀρκὰς* ex *Φιγαλίας* est apud *Athen.* XI. p. 465. d. ubi *Lepreates* citatur *Harmodius* in τῷ περὶ τῶν κατὰ *Φιγαλίαν* νομίμων. Urbem Poëtae dixerunt *Φυγάλειαν*, velut in oraculo: *Ἀρκάδης Ἀζᾶνις βαλάνθηφάγαι, οἱ Φιγαλίαν Νίσσασθ*. Excitat *Steph. Byz.* ex lib. V. *Messeniacorum Rhiani*: Τὴν μὲν ἀνήγει' ἄκουσιν ἐπὶ κρηναὴν *Φυγάλειαν*, *Tharyx* nempe sororem *Aristomenis*: ut *Achillem Homerus*, sic *Aristomenem* isthoc carmine sibi sumserat laudandum *Rhianus*. *Herodoteus* autem *Cleander*, genere *Phigalensis Arcas*, fuisse dicitur ἀνὴρ μάντις, nempe τὴν ἐπιστήμην: ut ποιητὴν ἄνδρα dixit *Aristoph.* *Θεσμ.* 156. et *Amphilytum Herod.* [I. 62, 17.] χρησμολέγον ἄνδρα. Haud verisimilis videbitur nonneminis coniectura, suspicati *Mantinensem* fuisse *Cleandrum*, patrem vero et maiores *Phigalenses*; scripsisse adeo *Herodotum* ἀνὴρ *Μαντινέως Κλέανδρος*, γένος ἱὸν *Φιγαλεῦς*. *Pausaniae* pag. 698. memoratus ἀνὴρ *Μαντινέως Κλέανδρος* illo longe fuit recentior, tutor quippe *Philopoemenis*. VALCK.

Ibid. *Φιγαλεῦς ἀπ' Ἀρκαδίας*) Notus *Φίγαλος*, *Phigaliae* Arcadiae conditor; notissimi *Φιγαλις*, urbis cives, ex *Pausan.* VIII. 39. et *Steph. Byz.*, *Φιαλις* etiam appellati *Diodoro* XV. 40. Et *Φιγασιεύς*, quale in Arcadia gentile nomen, in hac sede contra *Th. Galei* admonitionem pertinax haereret? *WESS.* — Ad hunc locum haec notaverat *GALEUS*: „Non puto alibi nomen *Φιγασιεύς* reperiri. Co„dices *Arch.* et *Eton.* *Φιλαγεύς* habent: hinc vero [vera, puto, voluit] lectio emicat, *Φιγαλεῦς*, quam *Stephanus* in „*Φιγαλία* agnoscit.“ — *Phigalea* vel *Phigalia*, Arcadiae oppidum, frequenter memoratur *Polybio* et *Athenaeo*, ubi de nominis scriptura passim in Adnotationibus monuimus: singula utriusque auctoris loca Indices nostri declarant. S.

CAP. LXXXIV. [4. ἀνεγνωσμένη γενέσθαι etc.] Re-

spexit haec *Athenaeus* lib. X. (non lib. V. ut in *Var. Lect.* vitiose scriptum) p. 427. b. c. et p. 436. e. f. cap. 29. et 48. nuperae editionis. S.]

6. *μεινόντας*) *Homero* probatissimum verbum librariis latuit: hinc aestus et mutationes. *Inpetum desideriumque* exprimere non est in obscuro. *Hesychius Etymologusque* possunt mitti in consilium. Gestae rei tempus et alia expendit *Bayerus*, *Comment. Acad. Petrop.* T. III. pag. 380. WESS.

16 seq. *ἐκ τι τοῦ* --- *Ἐπισκῦθισον λέγουσι*) *ἐκ τι τοῦδε* significaret atque ex isto tempore. *ἐκ τοῦδε* *Sophoclis* est in *Electr.* vs. 516. et *Antig.* 584. *Margo Steph.* praebet *ἐκ τι τόσου*. Prout vulgatur, legisse videntur *Chamaeleon* et *Eustathius*; ille apud *Athen.* X. p. 427. b. ὅθεν, ὅταν βούλωνται πῦν ἀκρατέστερον, Ἐπισκῦθισον λέγουσιν: *Eustath.* in *Od.* α. p. 29, 33. [pag. 1398. ed. Rom.] *ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου Σκυθικοῦ κακοῦ τὸ ἀκρατέστερον πῖναι Ἐπισκῦθίζιν φασιν οἱ Λακωνες*. Excitans *Herodoti* verba *Athenaeus* legisse videtur Ἐπισκῦθισαι, quod dudum monuit *D. Heraldus* ad *Martial.* IX. Ep. 37. *Eustathii* verba contulit ad *Herodotea Io. Meurs.* Misc. *Lacon.* III. c. 7. Sua quidem *Lacones* *Dialecto* pro *ἐπισκῦθισον* dixerunt Ἐπισκῦθῖδον: ut Ὀμηρίδην, Μουσιδῖδην, Αἰριδῖδην, et similia. VALCK. — *Ἐκ τι τοῦ*, quod inde ab *Aldo* ubique editum est, ex ionica *dialecto* idem atque *ἐκ τοῦτου* vel *ἐκ τοῦδε* valet: idque tam ex hac causa, quam ab hoc tempore significare potest. Ego vero h. l. formulam paullo quidem rariorem, sed *Nostro* familiarem, *ἐκ τι τόσου*, quam probati servarunt codices, haud ambigue ab illo tempore significantem, restituendam auctori arbitror. conf. V. 88, 9. VII. 215, 8. *Communi sermone* *ἐκ τι τοσούτου* diceret: sed et alibi τόσος et τόσον pro τοσούτος et τοσούτο idem *Noster* usurpat. S.

17. βούλωνται πῖναι etc.) Ex *Ask.* atque *Eustathio*, quibus *Chamaeleon* concinit apud *Athen.*, ὅταν βούλωνται πῖναι ἀκρατέστερον, ἐπισκῦθισον λέγουσιν, verbis hinc citra dubium repetitis. *Cleomenem*, strenuum potatorem, *Aelianus* *Var.* II. 41. et *Σκῦθιστὶ πῖναι* *Athenaeus* sistunt, quos non sollicito. Statim *ἐκτίσαι* [lin. 19.] legitimum caput 92. praestat. WESS.

CAP. LXXXV. 9. Τί βούλεσθε πῖναι) Vide, an

βουλευέσθε, cui tot schedae patrocinantur, sperni necessum sit. Spartani regem Leutychiden Aeginetis dedendum iudicant: dum cunctantur et deliberant, Theasides Aeginetis, τί βουλευέσθε, quid consultatis [quid cogitatis] facere? Non obliviscor, βούλεσθαι et βουλευέσθαι passim scribarum confundi arbitratu, uti cap. 66., neque infitior, idem et hic potuisse designari. Confer tamen VII. 10, 4. WESS.

12. ὅπως ἐξ ὑστέρης μή τι ὑμῖν) Plene Thucyd. in huius simillimo dicto III. 57., εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα, --- ὁρᾷτε ὅπως μὴ οὐκ ἀποδίδωνται. Apud Diogen. Laërt. II. 102., βλέπει ὅπως μὴ παρέσῃ πρὸς ἡμᾶς ἔτι. Qua Noster ellipsi, eadem Aeschyl. Prom. vs. 68., ὅπως μὴ σαρτὸν οἰκτιρῆς ποτὶ. Eustath. interpretatur δίδωμι μὴ πάθος οἰκτρὸν αἶψα, in Od. l. p. 231, 37. Aristophanea collegit R. Dawes, Miscell. Crit. p. 229. VALCK.

16. ἐπισπόμενον Λευκυσίδα) Omnes ita de compacto. Verum ἐπισπόμενον, Reiskio etiam indice. Vide lib. I. 91. WESS.

CAP. LXXXVI. 2. Scriptum-ne ἀπαίρει τὴν παραθήκην fuerit, an παρακαταθήκην reliquerit, quaestio est? Eusebii, Democriti, pluriumque aliorum apud Cl. Wasse ad Thucyd. II. 72. testimoniis παρακαταθήκη affirmatur. Herodoto παραθήκην contribuunt Thom. Magist. et Phrynichus, cuius haec: Παραθήκην Ἰωνίαν καὶ Ἰωνὰ τινὰ συγγραφεῖα φασὶν εἰρηκεῖναι, Nostrum Ionis scriptoris titulo signantis. Supra certe cap. 73. παραθήκην παρατίθενται libri omnes. Hic boni codices, et in progressu constanter. Passionei ceræ miniatulae eodem ducunt, tum Stobaeus. Παρακαταθήκην tamen bis deposuit lib. V. 92, 7. Relinquo ergo. Sequens προφάσις εἰλικον [lin. 3.] in Comici Lysistr. vs. 727. occurrit. WESS.

8. καὶ γὰρ ἀποδίδόντες etc.) Leutychides ex vero. Depositum reddere, per se res est expetenda: qui reddunt, funguntur officio, laudem stricto iure haud reportantes. Haec Democrito mens apud Stob. Serm. XLIV. pag. 310. ὥσπερ τὰς παρακαταθήκας ἀποδίδοντα οὐ χρὴ ἐκαινίσθαι· τὸν δὲ μὴ ἀποδίδοντα κακῶς αἰοῦναι καὶ πάσχειν. Ut res nunc habent et seculum est, quis laudem recusabit depositum non abneganti? WESS.

13. Γλαῦκον, Ἐπικύδεις παῖδα) Egregie Gronovius: testes adsunt instauranti locupletes, in quibus Pausanias hominem nimium extulit et cohonestavit, Γλαύκου τοῦ Ἐπικύδους, scribens, Σπαρτιάταις βασιλεύοντος ἐπίορκα ἰμόσαντες, II. 18. nisi si duo illa [Σπαρτ. βασιλ.] glossatori debeantur. Nihil hic de regia viri dignitate, neque alibi, quantum memini. Τοῦτον --- πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα [lin. 14.] Abreschius Dil. Thucyd. pag. 374. ex VII. 16, 1. (ubi Ms. πῆρι ἤκοντα) et ἐν χρόνῳ ἰκνευμένῳ [lin. 17.] ex Hippocrate illustravit Foesius. Consimile Abydeni in Praep. Euang. Eusebii IX. 41. τῷ χρόνῳ δὲ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. WESS.

25. καὶ διότι χρήματα etc.) Causa haec deponendae pecuniae obscura: clariorem censebat, modo ex intricatiore, quae hic fuerit, scriptura formaretur, τοὺς αὐτοὺς ἰσθὶ ὄραν ἱρῶντας vir eruditus: innui Peloponnesios et Spartanos, nullo prae animi magnitudine argenti studio tactos. Enimvero nimia ea nationis laus, cuius φιλοχρημαστὴν oraculo praedicatur. Puto Milesium hospitem Ionas Caresque in animo habuisse, Persis obnoxios et expositos, propterea que rei pecuniaeque suae possessores minime securos. WESS.

28. ἱξαργυρώσαντα) Sic Thucydides VIII. 81. et doctius interpretes. De recentiorum ἱξαργυρίζω [ut apud Demosth. de Pace p. 59, 5. ed. Reisk.] multa Miscell. Vol. V. Tom. III. p. 54. Malui [dein] usu praeunte θίσθαι παρὰ σοί, prius (de quo Abreschius Diluc. Thucyd. p. 438.) non districte damnans; et [lin. 29.] παρὰ σοὶ ὁ ὅα, ex Ionismo, quo de lib. II. 181. Eusebius tamen Philosophus eodem in sacro, uti Iuvenali vocatur, deposito, ἀλλ' ὥστε φυλάξαι καὶ ἀποδοῦναι ὥα τῷ παραθεμένῳ, ἐπιὰν ἀπαιτήται, ap. Stob. Serm. XLIV. pag. 310. WESS.

Ibid. ἱξαργυρώσαντα, θίσθαι παρὰ σοί) Deterior est lectio, quam habet Stobaeus Gesneri pag. 195, 39. θίσθαι παρὰ σοί. Probari posset quod ibid. sequitur χρόνου δὲ διελθόντος, si vox πολλοῦ omitteretur in Codicibus. Παρὰ σοί: ut in Isaei verbis ex oratione perdita apud Dionys. Halic. T. II. pag. 167, 49., οὗτος μοι παρακαταθήκης παρ' Εὐμάχου τούτου. Herodotum sequutus ἱξαργυρώσαι quoque scripsit Thucyd. quod plerumque dicitur ἱξαργυρίσαι et ἱξαργυρίσασθαι. Attigit Dou-

naeus in Demosth. pag. 88. Veterum locis adfirmarunt Duker. Hemsterh. et Wesseling. hic ad Diodor. II. p. 562. VALCK. — Mihi recte Wesselingius praetulisse visus est *δέσθαι παρὰ σί:* recte vero item deinde scribitur *ἔσται παρὰ σοι σάα*. S.

39. οὔτε με περιφέρει οὐδὲν σιδῶναι) Non peculiaris ea Herodoto dictio ex Porti praeiudicio: habetur in Platonis, uti Cl. Adreschius monstravit, Lachete p. 246. E. περιφέρει δὲ τις με καὶ μνήμη ἄρτι τῶνδε λεγόντων: quod Latinum ubi fiet, pertinet ad me quaedam recordatio, vim non repraesentabit, quae memoriae quendam quasi circumactum postulat. Statim [lin. 40.] τῶν ὑμῖς λέγεται, Ionum est. WESS.

46. ἀπιστημένοι) Probabitur fortasse ἀπιστημένοι Vind., quod in Arch. pravatius; et habet, quo allubescere queat. In vulgato constans est Eustath. cum Codd. haud paucis, convenitque solemnis formula in Porphyrio Abst. An. lib. IV. 10. οὔτε παρακαταθήκην ἀπιστήσας. Oraculum, Glaucō redditum, in celebritate versatur, citatum olim saepe, [vide Var. Lect.] et laudabile est. Iuvenalis notabiles et suavissimi sunt versus Sat. XIII. 200 etc. WESS.

48. εἰ ὄρεω τὰ χρήματα λήϊται) Quaeerat Spartanus, quae Numinis esset Mens; et an hoc illi facinus suaderet Apollo? secundum Iuvenal. Sat. XIII. vs. 202. ubi historiam enarrat Schol. ex Herod. Eximium quod sequitur oraculum attigerunt etiam Clem. Alex. Strom. VI. p. 749. et Pausan. II. [c. 18.] p. 149., (emendatus a Palmerio Exercit. p. 372.) et VIII. [c. 7.] p. 612., versum hinc excitans ultimum, Ἄνδρες δ' εὐρέκου γενή μετόπισθεν ἀρίων: qui est in Hesiodi Έργ. κ. Ήμ. versus 285. Vitiosam exhibet in quarto versu lectionem Arch. qui recte scriptus legitur apud Stobaeum et Eustath. in Iliad. γ'. pag. 314. Oraculo subiectum dictum Delphicum, [lin. 60.] τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύνασθαι, sic quoque scriptum in suo Cod. legit Valla, ut ex aliis obtulit Diss. Herod. pag. 115. VALCK.

54. Ἄλλ' Ὀρκου πάϊς etc.) Cultius expressit illustr. H. Grotius Latine Iur. B. et Pac. II. 13, 1., ubi optime Io. Frid. Gronovius Horcon instar numinis considerat, quem poëtae fingunt iurandi veluti exactorem et praesidem. Ὀρκου proinde πάϊς aliquid posterum et consequens est, nimi-
Herodot. T. VI. P. I. O

rum Animadversio divina, quae nec opinatis periuriis superveniens fractae fidei poenas infligit. Loquendi genus in *Epicharmi* fragmento, *Grotii* medela curato, apud *Clem. Alex. Strom.* VI. p. 749. Ἐγγύα θυγάτηρ μὲν ἄτας, ἱγγύας δὲ χαμία. Et apud *Eustath. Amor. Ismen.* pag. 426. Αἰδῶς γάρ, παῖς ἐλπίχων ἱερὶ: excipit enim et sequitur reprehensionem pudor. WESS.

65. οὐτ' ἱστῆν οὐδεμὶν) Istud *Herodoteum*: norunt, qui Musas amant. Mox προῖμιζος *Arch. et Vind.* redono. *Superius* I. 32. προῖμιζους ἀνέτριψε: et III. 40. κακῶς ἐπιλείπτει προῖμιζος. *Sophocles Elect.* vs. 765. τὸ πᾶν δὲ δεσπότασι τοῖς πάλαι προῖμιζον - - ἴφθαρται γένος. Alia eiusdem, et *Euripidis*, et *Abydeni* missa facio; minime mihi temperans in his *Lycurgi Or. in Leocr.* pag. 157. fin. exscribendis, τοὺς δὲ θεοὺς οὐτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι, οὐτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν· ἀλλ' εἰ μὴ αὐτοῖς, οἱ παῖδες γὰρ καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλους αἰσυχήμασι περιπίπτει, quippe excellentissimis ob pietatem, et ad hunc *Herodoti* locum peropportunis. Quam vellem, ea temere iurantibus et peierantibus in pectus altissime defigi! WESS.

Ibid. οὐτε τι ἀπόγονόν ἱστῆν οὐδὲν οὐτε ἱστῆν) Hoc ex *Codd. recepturum Herodotum* indicat *Diss. Herod.* p. 65. Ubi *Luvenali* dicitur *Extinctus tota pariter cum prole domoque*, *Herodotea* non omisit *Grangaeus*. *Iudaeis* secundum *Celsum Origenis* VIII. p. 424. ἀντὶ τοῦ γῆς ἀπάσης εἶναι δεσπότας οὐδ' ὅποιά τις βῶλος οὐδ' ἱστία καταλείπεται: quando βῶλῳ minus commodè subiicitur ἱστίας mentio, scripserat fortasse *Celsus* οὐδὲν ἱστία, qua voce, lapillum significante, designata quoque fuit ἡ στενοχωρία. Quod sequitur, hinc enotavit *Eustath.* in 'Ιλ. γ'. p. 314. Γλαῦκος - - βουλευθεὶς ἐπιορκῆσαι προῖμιζος ἐξετρίβη ἐν Σπάρτης. Multos *Deus* προῖμιζους ἀνέτριψε, *Herod.* I. 32. *Eurip. Hippol.* vs. 682. Ὡ παγκρακίστη, καὶ φίλων διαφθορῆν, (sic *Mss. Paris. et Flor.*) - - - Ζεὺς σ' ὁ γεννῆτωρ ἐμὸς Προῖμιζον ἐκτρίψμεν. *Hesychius* Προῖμιζον interpretatur ἐν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον. A radicibus eversum, et ab stirpe sublatum dixerunt Latini. VALCK.

CAP. LXXXVII. [1 seq. τῶν προτ. ἀδικημάτων etc.)
Vide lib. V. c. 80. et 81. S.]

6. περτῆρης ἐπὶ Σουίῳ) Primum διήρης, sed et alia hic in suo *Cod.* legisse *Valla* videtur, quae fortasse sunt ex *Hero-*

doteis Latina facta, haec scilicet: *Erat enim Atheniensium in Sunio biremis quaedam, quam Delum iam inde a Theseo quotannis mittebant.* A tempore Thesei, cui debetur institutum, quotannis in Delum missam navem, quam *Θεωρίδα* vocabant, luculentus testis est in Phaedone *Plato* p. 58. n. cuius eam in rem verba *Meursius* iam dedit in *Theseo* c. 16. plura *Spanhem.* in *Callim. Hymn. in Del.* vs. 313. In Delo sacra curaturi, et qui publicitus Athenis ad ludos mittebantur solennes, cives semper erant honoratissimi; quales ex sua quoque civitate mitti voluit *Plato* τοὺς ἀρχοντας τῆς θεωρίας ἑκάστης, de *Legib.* XII. p. 947. A. Unus erat plerumque Ἀρχαίωρος. τῶν ἀρχαίων τamen meminit et *Andocid.* p. 32, 44. *Herodotus* τὴν θεωρίδα νῆα fuisse scribit πλῆρην ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων. Stabat Attica Theoris in Delum traiectione ἐπὶ Σουνίῳ. Hinc in Delum olim traiecit etiam Latona: *Hyperides* in *Deliaca*, ἀπ' ἀκρας τῆς Ἀττικῆς ἢ Ἀπὼ ἐπὶ τῆς νήσου: excitat ista *Schol.* in *Aristid.* Panathen. mstus clar. *Burmanni.* VALCK. — *Laurentio* biremis quaedam, quam Delum iam inde a Theseo quotannis mittebant: vere quidem, atque ex *Platonis* initio *Phaedonis*; sed uberius, quam fuerat necesse. De sacra hac nave *Θεωρίδι* et *Θεωροῖς* libet post diligentem *Ez. Spanhemii* ad *Callim. H. Del.* vs. 314. et *Valckenarii* in *Ammon.* lib. II. 3. operam silere. WESS.

CAP. LXXXVIII. 5. προτίρην ἰωῦτοῦ ἐξίλασιν) Turbae amanuensium de corruptis testantur verbis. Si *Valla* dedisset, hic suam ipsius priorem abitionem sive abiectionem *Aeginetis* inputans, diceret conspirare cum *Passioneo*: verum eius non sunt, addita a correctore *Phoenice*, incertum quo ex codice. [Immo vero ipsius *Vallae* verba sunt.] Quod recepi, μισφόμενος --- προτίρην ἰωῦτοῦ ἐξίλασιν, omnes motus sedat, indignationem *Nicodromi* exponens, ob prius iniunctum sibi exilium. Tale lib. V. 76. ὅτι ἐπὶ Πισιστρατιδῶν ἐξίλασιν ὀρμηθέντες -- ἀπίκοντο. Non nescio, *Cel. Gronovio* aliud placuisse: sed suum cuique pulcrum. Retulit ad *Nicodromum* *Philosophi* locum *Polit.* V. 6. ἐν Αἰγίνῃ ὁ τὴν πρῶτην πρὸς Χάρητα πράξας ἐνέχρισεν μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν: in *Aegina* urbe mutare reipublicae formam aggressus est is qui oppidum *Chareti* prodiderat, magnus *Casaubonus* ad *Polyb.* p. 185. Ed. Gron., dubius nonnihil ob *Charetem*. WESS.

CAP. LXXXIX. 3. ἰδόντο χρησαί σφι) Ipsa in his veritas. Supra III. 58. ἰδόντο τῶν Σιφνίων δέκα τάλαντά σφι χρησαί, rogarunt Siphnios ut sibi decem talenta darent mutua: et οὐ φασκόντων δι χρησέειν τῶν Σιφνίων. Quod deinceps [lin. 6.] δίδουσι δι πενταδράχμους, sani coloris est, sicuti ἑλυσάν σφιας διμνίως, binis in singula capita minis, lib. V. 77. Theocritus Idyl. XV. 19. ἑπταδράχμους κυνάδας, quemadmodum ex Aldina principe eximie reparavit R. Bentleius Diss. de Epist. Phalar. p. 443. Iustum praeterea [lin. 7.] δωρίην --- δίδουσι, neque latuit Th. Galeum. Superius c. 62. ὑπεδέκτο δωρίην δώσιν τῶν ἰωῦτοῦ πάντων, Homeri praescripto Od. ι'. 267. ἧ καὶ ἄλλοις Δωρὴς δωρίην: ubi Schol. δωρίαν, quod eius hic sedem invaserat violenter. De praepositione non rixabor, cuius alioqui absentia nocet nihil. Prudenter vero Corinthii, apud Athenienses causam perorantes, harum xx. navium, istis olim publice concessarum, mentionem interserunt apud Thucyd. I. 41. WESS.

6. δίδουσι διμ. εἰκοσι νίας) Hoc civitatis suae beneficium postea temporis Atheniensibus in memoriam frustra revocarunt Corinthii apud Thucyd. I. 41. νῶν μακρῶν σπανίσαντες ποτε πρὸς τὸν Αἰγινήτων ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίους εἰκοσι ναῦς ἐλάβετε: qui illic μισθὰ pro ὑπὲρ scribendum putabat, nunc, opinor, coniecturam suam repudiabit. VALCK. — Quod adiicitur πενταδράχμους ἀποδόμειοι, vendentes vertunt, et de vera venditione Larcherus accepit: mihi (nescio quam recte) quinque illae in singulas naves minae de locationis pretio intelligendae visae erant: quam in sententiam fortasse Ἀρίστω apud Suidam ἐξέδωκε, παρίδωκε, exponitur. S.

9. νίας τὰς ἀπάσας) Liberalitate schedarum cultior nunc ordo, qualis et lib. VII. 9. Ὑστέρισαν, [lin. 10.] locum retinere poterit, fortasse tamen progenitum ex priore ὑστέρισαν, cui tot vindices adsunt. Frequens utriusque permutatio, etiam in Thucyd. lib. VIII. 44. WESS.

CAP. XC. 5. ἑφείρον τε καὶ ἤγον τοὺς) Optime vertit Galeus in notis, depraedabantur; neque enim Aeginetas ferebant et agebant, [ut erat in Vallae latinis, quae intacta h. l. Gronov. servavit;] sed ex agris popularium rapiebant agebantque quae ferri agique poterant. Semper apud veteres in isthac usitatissima formula observatur a Grammaticis

tradita significandi differentia. Quam portabant praedam, φέρειν: quam prae se agebant, iumenta nempe, dicuntur ἄγειν: sive φέρεσθαι τὰ βασταζόμενα, ἄγεσθαι τὰ βαδιστικά. Quia iumenta potissimum praedam efficiebant, frequenter legitur τὴν λείαν ἄγειν et ἰαύνειν. VALCK.

CAP. XCI. 4. ἐκθύσασθαι) Suidas hinc 'Εκθύσασθαι' ἐξιλιώσασθαι καὶ ἐκμειλιξάσθαι. Obvium quoque in procurandis ominibus et prodigiis. Dio Cass. XLI. [c. 14 extr.] p. 179. D. οὐδὲν ἐκθύσαντο, nullum prodigiorum piaculis procuraverunt. Synesius Encom. Calvit. p. 74. B. οὐδ' οἱ τιμωροὶ καὶ οἱ μάντις ἐκθύονται. Iunge Eustath. ad Homer. p. 1223, 51. [p. 1306, 19. ed. Bas.] WESS.

Ibid. ἄγος --- ἐκθύσασθαι) Impium scelus expiare non potuerunt. In eandem sententiam dicitur φόνου ἄγος ἐκθύσασθαι: sed ex sanguine supplicis concepta macula nullo modo potuit elui. Qui lustravit Athenas Epimenides, τὴν πόλιν dicitur ἐκθυσάμενος Maximo Tyr. XXXVIII. 3. Significavit et 'Εκθύσασθαι iram Deorum piaculis sive victimis placare piacularibus: ἐξιλιώσασθαι, ἐκμειλιξάσθαι Suidas interpretatur. Hoc sensu positum Euripidi latet apud Clem. Alex. Strom. V. p. 688, 27. [p. 424. B. ed. Lugd. Bat. 1616.] in ἐκθυσάμεναις: cuius loco quod Grotius minus considerate scripserat εἰ θυσάμεναις, ne Graecum quidem in tali structura, Barnesius nobis repraesentat ut Euripideum T. II. p. 510. vs. 243. Euripidis anapaesti sic scribi poterunt emendate: Πίμψον μὲν Φῶς Ψυχᾶς ἀνέρων τοῖς βουλευμένοις ἄθλους προμαθεῖν, Πόθεν ἔβλαστον. τίς μίξα κακῶν' τίνα δὲ μακάρων ἐκθυσάμενους Εὐρεῖν μόχθων ἀνάπαυλιν. VALCK.

7. ἐξῆγον ὡς ἀπολλόντες) In praegressis, ἐξῆγον ἀπολλόντες: sequunturque duo Codd. ὡς contemtim habentes. Sed enim voculae saepe, ubi sine detrimento reticeretur, sua vis suusque lepor est. Superius c. 28. διαβαίνει --- ὡς ἀμύτων τὸν εἶπον. Plato Menex. p. 240. D. ἡγγίλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Pausan. Boeot. cap. 13. p. 737. Λακεδαιμόνιοι --- τοὺς τιθνεώτας διανοοῦντο ὡς θάψοντες. Plura hoc de genere transmisit Cl. Abreschius, quibus locus alibi opportunior. Mox ἐπιλαμβάνόμενος, [lin. 9.] tantopere a Cel. Gronovio laudatum, pristino, Eustathii citatione etiam munito, haud utique significantius [quam ἐπιλαβόμενος] est. Sed perseveret in nupera possessione. Optime

Hemsterhusius Noster ex *Polluce* et *Herodoti* verbis illud adscititium ἀπριξ̄ exterminavit: *Suidae* enim λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπριξ̄ εἶχετο, nihil ad *Herodotum*, etsi eius ex imitatione propagatum. *WESS.* — *Conf. Var. Lect. S.*

9. ἐπιλαμβανόμενος δι τῶν ἐπισπαστήρων) Non ille cardinibus prehensis adhaerebat. Porti errorem in *Suida* iam correxerat ante *Küsterum Hemsterh.* ad *Poll.* X. 23. cui optime 'Επισπαστήρ id proprie fuisse dicitur, quo ianuam clausuri attrahebant; hoc *Odysseae* *Paraphrastes* dixit ἐπισπασσάσθαι τὴν θύραν καὶ ἐπικλῆσαι. Qui *Thracis* ista *Demosthenis*, idem *Eustathius* in *Od.* α'. p. 72. varias nobis enotavit adpellationes, quibus designaretur ianuæ marculus; inter illas est etiam ex *Herod.* ἐπισπαστήρ, ὅς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. Ut apud *Herodotum*, sic *Irene* dicitur ἐχεμένη τῶν ῥόπτρων τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ, *Phylarcho* apud *Athen.* XIII. p. 593. v. cum *Ephesi* confugisset in templum *Dianae* *Ptolemaeus*. Ubi vulgatur apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. 351, 29. ἐπισπασάσα τὴν θύραν εἶχετο τοῦ ῥοπάλου, antiquitus lectum fuisse εἶχετο τοῦ ῥόπτρου monstrant haec *Harpocratonis*: Ῥόπτρον - - - ἑνεφῶν Ἑλληνικῶν ἔκτφ: ad *Lysiam*, qui testis *ibid.* citatur, *vid. clar. Io. Taylor* p. 103. Sed si *Herodotea* sunt, quae *Suidas* exhibet, nostris in exemplaribus voces aliquot videri deberent omissae: apud *Suidam* in voce 'Επισπαστήρων ista leguntur absque scriptoris nomine: εὐρῶν προσκειμέναις ταῖς θύραις, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπριξ̄ εἶχετο. *Herodotea* videbantur *H. Stephano* *Thes.* T. III. p. 920. Neque negari potest huic illa loco satis esse accommoda, si εὐρῶν δι poneretur cum viro Summo ad *Pollucem* cui nunc illa forsitan in certi potius videbuntur imitatoris, ex hoc loco expressa. *VALCK.*

CAP. XCII. [6 seqq. ἀνάγκη λαμβάνειναι ὑπὸ Κλειμένης etc.) Scilicet in ea expeditione, de qua c. 76 seqq. *S.*]

16. στρατηγός ἀνὴρ) Specimen abundantiae est *Herodoteae*, quale c. 83. ἦλθε ἀνὴρ μάλιστα Κλειάνδρος. Dedi alias plura. [Series forsitan verborum talis concipienda, στρατηγός ὢ (sive τῷ) ὄνομα Εὐρυβάτης, ἀνὴρ πεντάειλον ἐπασκῆσας. Sic quidem de eodem homine, IX. 75. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργίον, ἀνδρα πεντάειλον.] *Victus Eurybates a Sophane* tandem est, solvitque poenas, quas dudum meruerat, ut solent plerumque semper hoc genus bellatores. *Valla* *Sophanem* τοῦ Δικίλιος verterat de caelis, corruptissime in principe editio-

ne; filii nomen deinde accessit. Error cognitissimus ex lib. IX. 74. WESS.

CAP. XCIV. [2. ἀναμνησκοντός τε αὐτὸ τοῦ διδάκτορος etc.) Redi ad lib. V. c. 105. S.]

11. Ἀραφίρνεα τὸν Ἀραφίρνεος) Tentavit ducis nomen Nob. Palmerius Exercit. p. 28. ob Arundelianum marmor, APIENTEA ex Seldeni scriptione ostentans. Ibi vero fractum et exesum illud erat, ductusque litterarum agnitu difficiles: unde sollertissimus *Humphr. Prideaux* ad illud Chron. Marm. pag. 217. APTAΦEPNEA fuisse, merito coniicit. Nostro saepe, *Pausaniae* I. 32. *Cornelio Nep.* in Miltiade c. 4. atque omnibus potiori *Aeschyl.* Pers. vs. 21. *Arctaphernes* audit. Quid *Datidi* Rex, nisi mandata absolveret, minatus fuerit, *Plato Menex.* p. 240. v. indicavit. WESS.

CAP. XCV. 3. ἐς τὸ Ἀλγῆον πιδόν) Meminit *Homerus*, nominis caussam testatus, *Iliad.* Z'. 200. cuius *Valla* non recordatus in errorem incurrit, leniter et docte correctum a *P. Leopardo Emend.* VII. 20. Sequentia ex Mssitis cultiora sunt. WESS.

9. ἰσθβάσαντες ἐς τὰς νῆας) Parum absum a tribus ultimis abolendis, auctoribus utens Codicibus. Sunt sane ad sententiam nulli usui. Maneant tamen Scholii instar. Veterum de navium Persicarum hac expeditione numero discordiam attigit *Bosius* ad *Nepotis* Miltiad. c. 4. Quod deinceps autem [lin. 11.] παρὰ τὴν ἡπύριον ἔχον τὰς νῆας, vir eruditus ἥγον aut ἰστίλλον malebat. Non desero schedarum consensionem. Ἐχουν *Homero* idem nonnunquam ac ἰκαύνουν. Νῶν δ' ὅδ' ἐκ' ἀμυρτῆρ' ἔχει στρατοῦ, *Iliad.* N'. 326. ubi *Eustathius*. Itidem *Herodotus*. WESS.

14. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκτεῖ) Damnable δοκτεῖ minime, positum in lib. I. 152. Elegans quoque δοκτεῖν, *Gronovii* solertia lib. IV. 168. instauratum, atque alibi. Optionis itaque facultas. Conf. *Abresch.* Dilucid. *Thucyd.* p. 5. et de clade Persarum ad montem *Athon* c. 44. WESS.

CAP. XCVI. 3. ἐκείχον στρατεύεσθαι) Vide ad lib. I. 80. Explicuit *Eustathius* σκοπὸν εἶχον κατὰ τῆς Νάξου στρατεύεσθαι. *Geminum* lib. I. 153. ἐκ' οὗς ἐκείχε τε στρατηλατεῖν αὐτός. Mox [lin. 4.] μαμνημένοι τῶν πρότερον non repudio, quamtumvis τῶν προτέρων in absurdis haud sit. Miſcentur talia et variantur; veluti in *Diodori* XVII. 69. et

Maximi Tyr. Diss. IV. c. 4. ubi *Davisius*. Τα πρότερον, quorum Naxii in memoriam redibant, lib. V. 34. WESS.

CAP. XCVII. 5. ἐν τῇ 'Ρηναίῃ) Verius fortasse et 'Ιωνικώτερον ex Codicibus τῇ 'Ρηνίῃ. *Thucydidi* quidem certe, *Dionysio Halic.* pluribusque aliis, *Holstenio* ad *Ethnicographi* 'Ρήνη advocatis, 'Ρήνεια. *Pausaniae* itidem IV. 34. et *Diodoro* XII. 58. In *Harpocrati* ex Or. *Delia* *Hyperidis* 'Ρήνεια, in Excerptis vero Orationis apud *Sopatrum* ad *Hermogenem* p. 184. 'Ρήνεια saepius. Vide *Casauboni* Animadv. in *Athen.* X. 6. [Animv. T. V. p. 371. nuperae edit. Conf. vero etiam Animadv. T. II. p. 624.] et *D'Orvillii* Exercit. de Inscript. *Deliac.* in *Miscell.* Vol. VII. p. 109. WESS.

9 seq. ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ etc.) Adscribo *Aeschini*s verba ex *Dialog.* III. 19. hoc fonte, uti bene *Rev. Horreus*, derivata: *Gobryam* testantur missum in *Delum* fuisse, ὅπως τηρήσει τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο. *Cicero* lib. I. *Verr.* c. 18. *paria*, *Xerxis* expeditioni cum *Aeschine* tribuens, quod *Darii* aetate *Delis* usu venit. *Trecenta thuris talenta* [lin. 14.] *Eustath.* ad *Dion.* vs. 525. hinc accipit. WESS.

9 seq. ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο) In *Aeschini*s *Socr.* *Axiocho* p. 160. *Gobryes* *Magus* κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν missus dicitur in *Delum*, ὅπως τηρήσει τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in *Del.* vs. 255. et *B. Brisson.* de *Regn. Pers.* II. p. 218. Secundum *Valerium Max.* I. 1. ext. 6. *Persae* mille navium numero *Delum* compulsi templo *Apollinis* religiosas potius quam rapaces manus adhibuerunt. Pietatem suam demonstrasse *Datis* dicitur *Pausaniae* X. [c. 28.] p. 867. λόγους τε οὓς εἶπε πρὸς *Δηλίους*, factisque, cum inventum in nave *Phoenicia* signum *Apollinis* *Delum* detulit, ut *Tanagraeis*, quibus fuerat subreptum, restitueretur: coll. *Herod.* VI. 118. Quae sequuntur [lin. 14.] *Herodotea*, *Tzelzes* adhibuit *Chil.* I. vs. 863. Δάτις δὲ τῷ Ἀπόλλωνι ἐνθυμῆ τῇ Δήλῳ Τάλαντα τριακόσια λιβαυτοῦ πρωτίστου: et *Eustath.* in *Dionys.* vs. 525. Unus plerumque *Datis* commemoratur, rarius facta ducis alterius *Artaphernis* mentione. Ubi in *Aristidis* *Miltiade* T. III. p. 269. *Datis* audit ὁ τοῦ στρατοπέδου κύριος καὶ ἡγυμῶν, *Schol.* Ms. ἰτιδῆ, αἰτ, τὸν Δάτιν οἶδε κύριον πάντων τῶν πραγμάτων, διὰ

τοῦτο αὐτὸν μόνον ὀνομάζει. Illic et saepius in isto praestantissimo Clar. P. *Burmanni* Sec. Codice alter ducum vocatur Ἰννασίρης, prout aliis etiam dicitur. VALCK.

CAP. XCVIII. 4 seq. Δῆλος ἐκινήθη --- πρῶτα καὶ ὕστατα) Eadem *Eustath.* [ad *Dionys. Perieg.* vs. 525.] addito τὸ πρὶν οὕσα ἀκίνητος: [nempe ex l. 14.] incertum, utrum cum *Med.* et *Ask.* in *negativa* delenda conspiraverit. Enim vero quid pro eius praesentia ex *Codicum* numero disputari queat, prospicio. Nec revoco tamen, motus *Cel.* viri solerte disquisitione. [Haud dubie ex scholio a nonnullis adiecta negans particula; (ab aliis οὐ, ab aliis μηδέντοι,) non discrepante quidem sententiā.] Classicus *Thucydides* locus ex lib. II. 8. accedere debet: Ἐπεὶ δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγη πρὸ τούτων, πρότερον οὐπω σισθηῖσα, ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται: quippe memorabilis adprime. Nam si insulam tremor circa bellum *Peloponnesiacum*, quo modo *Attici* scriptoris verba accepit *Seneca* Q. Nat. IV. 26., agitavit, oblitus *Thucydides* huius fuit motus; neque inportune propterea eius *Scholiastes*, καὶ μὴν Ἡρόδοτος λέγει, ὅτι ἐκινήθη ἐν τοῖς Μηδικαῖς. At, non recordatum fuisse, habet oblivionis et oscitantiae non laudabile crimen, a quo tum *inmunis Herodotus* non erit ipsemet. Asseverat ad suam usque aetatem *Delum* πρῶτα καὶ ὕστατα tremuisse: quae si paullo ante *Peloponnesiacum* quassata motu fuit, utique secunda vice ipso vivo et superstitute contremuit: prorogavit enim aevum in illud usque *Graecorum* bellum, memoratis etiam nonnullis lib. VII. 137. 133. atque alibi, quae eius tempora testantur. Quo tandem ergo pacto πρῶτα καὶ ὕστατα ad ipsius aetatem usque? Equidem utrumque auctorem in concordiam vocare, quam supinitatis convictos relinquere, malim, *Thucydidesque* ὀλίγη πρότερον laxius sumere atque ad hunc *Deli* tremorem adplicare, tantoque cupidius, quod et ille *Nostri* exemplo in rerum futurarum prodigiis insulae motum censitum fuisse prodidit. Qui alia optant, Cl. *Wasse* ad *Thucyd.* consulent. WESS.

Ibid. Δῆλος ἐκινήθη etc.) Quod additur, ὡς λέγουσι Δῆλιοι, monstrat, ut puto, motum istum, quem tum sensisse videbantur *Deli*, rem *Graecis* passim ignotam fuisse, vel dubitanter receptam. Huic certe *Deliorum* narrationi fidem non adhibuit *Thucydides*; qui, paulo ante bellum

Peloponnesiacum, atque adeo septuaginta circiter annis post, quam haec evenerunt Herodoto narrata, inmotam ante Delum scribit prima vice *κινθῆσαι*, lib. II. c. 8. Historici utriusque loca compararunt viri clarissimi *Ios. Wasse*, *Ex. Spanhem.* [ad *Callim. H.* in Del. vs. 11.] et *Iac. Gronov.* et *Herodoti* meminit *Schol. Thucyd.* Quo tempore terram movisse secundum *Thucyd.* senserunt Delii, vixit quidem *Herodotus*, sed haec iam olim scripto consignata dudum ante videtur in vulgus emisisse; ut adeo Delus ipsi dici potuerit, si vera narrabant Delii, tum temporis *πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἡμῶν συνθῆσα*: sic legit etiam ista *Valla*. VALCK.

8. καὶ Ἀπροξίρετω) Arch. Ἀπροξίρετω auctoritatem a *Thucydide*, *Diodoro*, *Cornelio Nepote*, *Stephano Byz.* in Ἀπροξί aliisque aufert. Enim vero *Herodotus* vulgatum probavit lib. VII. 106. et 151. et una cum eo *Ctesias* et *Plutarchus*. Sunt in Persicis nominibus plurima, quorum initium APTA, sunt quoque *Artobazanes*, *Artochines* etc. WESS. — Persuasum equidem habeo, scripturam istam Ἀπροξ. non ab *Herodoto*, sed a sequiorum Graeculorum imperita temeritate esse profectum: quos quid induxerit ut in istum modum mutarint nominis formam, in *Var. Lect.* ad VI. 43, 6. indicavi. S.

14. καὶ ἐν χηρῶν etc.) *Gronovii* iudicium non temno, aliunde haec inculcata opinati. [Vide *Var. Lect.*] Versum non neglexit *Eustath.* hinc acceptum non docens. Immo, si quod suspicor, palam edere licet, quae succedunt, *δυναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαι* etc. [lin. 17 seqq.] sive explanationes titulorum regionum, Grammatici quidpiam olent, non Historici. *Herodotus* sane non ita adsolet. Sed enim maneat in possessione, quam Codicum conspiratio illis asserit. In oraculi versione *ἀκίνητον* immobilem maluit *Henr. Stephanus*, *Schediasm.* I. 22.; *Virgilius* tamen, *Inmotamque soli dedit et contemnere ventos* de Delo. WESS. — Quum et oraculorum responsa frequentissime adponere consueverit *Herodotus*, nec ab ullo alio digressionum genere abhorreant illius *Musae*; non satis equidem caussae video, cur aut oraculi de terrae motu Deliaci mentionem, eo quod illam codices nonnulli praetermiserint, aut cur *Persicorum nominum interpretationem*, quam libri ad unum omnes

h. l. insertam offerunt, a Scriptoris nostri more et ingenio alienam iudicemus. S.

14. καὶ ἐν χρησμῷ ἦν etc.) A Gronovii iudicio non dissiderem, si aliis etiam in Codicibus omitterentur oraculi versus, quaeque versum antecedunt proxima: sed quod addit vir Egregius, non magis Herodoto fuisse causam ascribendi oraculi, quam fuit Thucydidi, id vero miraturos scio, qui utrumque bene noverint. Oracula, portenta, somnia, et similia credulorum ludibria, Thucydides historiae gravitate censuit indigna; Herodotus ista talia non libenter tantum commemorat, sed ita, ut vix notam effugere possit hominis superstitiosi. Quantum hac etiam in parte distent isti duo, vel hic locus esse queat documento: terrae motus Herodoto prodigium esse videbatur, quo mala ventura Deus portenderet; secundum Thucyd. talis persuasio vulgi animos occupaverat, ὁλόγιστο καὶ ἰδόναι ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γινέσθαι σημεῖνα. Sed legat quis Herodot. VII. cap. 57. VIII. 37. 65. 77. IX. 64. et 99. tum Thucyd. II. 17. VI. 70. VII. 79. et in his ingeniorum animadvertet differentiam. Semel tamen Thucydides, lib. II. c. 54., praedictionem memorat Athenis celebratam: Ἡξὺ Δωρικὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς αὐτῷ: et evaluisse tandem scribit, ut λοιμὸς non λιμὸς antiqua vocis scriptura crederetur. ἦν δ' ἔγε, οἶμαι, inquit, ποτὶ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερον, καὶ ξυμβῇ γινέσθαι λιμὸν, κατὰ τὸ εἶκος οὕτως ἔσονται. Hinc etiam constare poterit, quid de talibus senserit Thucydides. et quantum huius cauta perspicacitas Herodoti praestet superstitiosae credulitati. VALCK.

18. Δαριῶς, ἐξέτης) Occupantur eruditissimi viri in his examinandis S. Bochartus, Th. Hyde, Burtonus, et H. Rolandus in primis, Dissert. de Vet. Ling. Persica Sect. 23. 24. 61. [Adde Anquetil, Comment. Acad. Inscript. T. XXXI. pag. 365.] Res est obscura, et in penuria praeae Persarum dialecti implicata. Advertit tamen animum meum 'Εξέτης Arch., cui facile primas tribuo ob haec veteris poetæ apud Hephæstion. Enchirid. pag. 19. 'Εξέτης ἢ δῆρ' ἀνελθοῖς ἀθροίζεται στρατός. Quae quidem Simonidis si aint, (Iac. Uptoni ea coniectura,) pondus addent explicationi, tangentque Darii hanc in Graecos expeditionem: sententia namque, Dario sane infelices comparantur copiae. Haec

vir doctus ad *Dionysium* de Struct. Oration. Sect. 3. p. 25. WESS. — Apud *Hesychium* quidem Persicum vocab. Δαρειός graeco Φρόνιμος respondere perhibetur. Sed mirari hoc loco, ut saepe alias, subit contraria inter se, sibi que ipsis parum constantia, doctissimorum hominum eorundemque prudentissimorum eisdem de rebus simillimisque iudicia. Totum istum locum, quo Persicorum quorundam nominum continetur interpretatio, a *Wesselingio*, strenuo alioqui lectionum omnium, in quas consentiunt *Herodotei* libri, defensore, paullo ante vidimus indignum Scriptore nostro iudicari et a Grammatico quodam adsumtum: *Valckenarius*, is qui tot *ῥήσεις* integrasque sententias, communi codicum consensu *Herodoto* adscriptas, ab aliena manu *Nostro* obtrusas adeoque resecandas censuit, de eiusdem loci sinceritate nullam ne umbram quidem suspicionis sibi obortam significavit. S.

CAP. XCIX. 1. ἐκ τῆς Δήλου) Reduxi quod olim legebatur: iterata enim toties *ἡσίου* vox accidit ingrata, scholii foetus. Προσίσχειντο, tot Codicibus protectum, volentibus relinquo. Non *Aristophanis* Plut. vs. 1097. τῇ μικρῇ προσίσχεται nescio: sed in navium adpulsu qui posuerit, habeo neminem; qui vero προσίσχειν, praeter *Herodotum* innumeros. Neque decerno, *Vallam* deinceps παραπλόντες [pro περιπλ. lin. 4.] τὰς νήσους suis in schedis legisse: in meis nusquam certe. Persae circum *Cycladas*, *Euboeam* petentes, navigarunt. WESS.

CAP. C. 5. τῶν ἱπποβορίων) Sic de coniectura Cl. *Abr. Gronovius* ad *Aelian.* Var. VI. 1., quam Mssti certissimam praestant. De his supra lib. V. 77. Quod autem post pauca [lin. 8.] ex *Arch.* adfertur a *Galeo*, ἐκλιπὲν τὴν πόλιν καὶ ἰθεὺς ἐς τὰ ἄκρα, id additamentum in eo non reperitur. *Laurentius* explevit de suo orationem, ut mollior incederet. Tale de *Thespiensibus* lib. VIII. 50. αὐτίκω ἐκλιπόμενον ἐς Πελοπόννησον. Alia hoc de genere *Cel. Hemsterhusius* ad *Plut.* vs. 1170. WESS.

8 seq. ἐκλιπὲν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα) Indocti lectoris supplementum videtur, quod Codices praebent *Vallae* et *Arch.* ἐκλιπὲν τὴν πόλιν, καὶ ἰθεὺς ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας. Verbum enim *Noster* posuisset adcommodatius, qualia nonnunquam subiiciuntur phrasi ἐκλιπὲν τὴν πόλιν: vid.

quae clar. Taylor adscripsit ad *Lysiae* pag. 48, 49. Herodoteum, quod vulgatur, satis ista commendarent etiam sola VIII. 50., αὐτίων ἐκλειπότην εἰς Πελοπόννησον: alia praeterea dedit Clar. *Abresch.* aptissima Diluc. *Thuc.* pag. 493. Illuc urbe derelicta fugere voluerunt, ubi Persicae classi non patebat accessus. Fuerunt ab antiquissimis temporibus infames Εὐβοίας ἄκραι. Euboicae cautes, ultorque Caphareus, *Virg. Aen.* XI. 260. In *Schol. ad Eurip. Orest.* vs. 432. Nauplius φρουράς ἦν περὶ τὰς ἀκράς τῆς Εὐβοίας: frequens haeret illic etiam menda: scribendum ἄκρας. Εὐβοίας ἄκρας Sophocli memorantur *Trach.* vs. 801. Ut hic Herod. meminit et τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν, VII. 192. *Dion Chrys.* in Euboica pag. 99. D. ὅταν οὕτω πισθῇ τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας ὑπὸ τῶν νεφῶν: orationis initio, μέλις, ait, διασώθῃμεν πρὸς τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας: sic proximum vocabant scopulosum mare. *Ibid.* p. 100. A. ἄγρια καὶ σκληρὰ τῆς νήσου τὰ πρὸς τὸ πλάγιος καὶ ταῦτ' εἶπεν ἰστέν τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας λεγόμενα: scil. *Herodoto* VIII. 13. aliisque. *Philostr.* in *Heroicis* p. 716., τὸ λεγόμενον πῦρ ὑπὸ Ναυπλίου περὶ κοῖλῃν Εὐβοίαν ἐπὶ τοῖς Ἀχαιοῦς ἀρβήναι. *Livius* XXXI. 47. Est, ait, sinus Euboicus, quem Coela vocant, suspectus nautis: prostat ibi docta *Dukeri* nota. Sunt itaque eadem propemodum τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας et τὰ ἄκρα. Cur sic dicantur, ex his *Polyaeni* p. 300., εἰ δὲ ἡ θάλασσα κοῖλη γένοιτο, similibusque et hodieum usitatis licet aestimare. VALCK.

12. ἰὼν τῶν Ἐρετριῶν τὰ πρῶτα) Ionicis Atticisque tristissima locutio. *Euripid. Med.* 917. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆςδε γῆς Κορινθίας τὰ πρῶτ' εἰσθαί: et *Orest.* vs. 1252. τὰ πρῶτα κατὰ Πηλεσγὸν ἴδος Ἀργείων. *Dio Cass.* lib. XXXVI. p. 16. c. ὅτι τὰ τε πρῶτα τῆς βουλῆς ἦν. *Synesius Dion.* p. 35. v. Εὐδοξὸν ἀνδρα τὰ πρῶτα τῶν Ἀριστοτέλους ὁμιλητῶν. Non adcumulo plura. Vide *Ti. Hemsterhusium* ad *Luciani Tim.* c. 35. *WESS.*

CAP. CI. 2. κατὰ τίμεινος) *Cl. Reiskius* loci proprium nomen arbitratur, cuiusmodi Siciliae prope Syracusas Τίμεινος apud *Ethnicographum*. Venit olim in mentem, scriptum hic fuisse primitus κατὰ Ταμύνας, cuius in *Strabonis* lib. X. p. 687. [pag. 447. v. ed. Cas.] clarissima mentio, et in *Stephano Byz.* Cui cum omnes suspicioni refragentur *Mssti*, forte *Nostri* τίμεινος Iovis est Ταμυναι sive Apollinis, (variatur enim in titulo,) quo de

Strabo, ad oppidum Tamynas: tum τὸ τίμενος verius meliusque. WESS. — Sed articulum perinde ignorant libri omnes. S.

Ibid. κατὰ τίμενος) Articulus saltem requireretur κατὰ τὸ τίμενος: sic vicinum Apollinis templum fuisset designatum. Sed *Herodotum* scripsisse suspicor κατὰ Ταμύνας. *Strabonem* sequutus *Harpocrat.* in voc. Ταμύναι: πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἐρετριῶν αἱ Ταμύναι. vid. *Holsten.* ad *Steph. Byz.* In urbis nomine scribendo *Demosithenes* et *Aeschines* sibi constant: ἐν Ταμύναις et εἰς Ταμύνας legitur apud *Dem.* contr. Mid. p. 364, 301. c. *Boeot.* p. 578, 20. *Aesch.* contr. Ctes. pag. 66, 5, 14. qui in Or. de falsa legat. pag. 50, 40. τὴν ἐν Ταμύναις μάχην memorat, laudemque sibi reportatam; quo spectat *Philostr.* p. 508. VALCK.

3. κατασχόντες δὲ εἰς ταῦτα τὰ χωρία) Aestum Gronovii sedant duo Codices, κατασχόντες δὲ ταῦτα praeferentes, omisso εἰς, utique non male. WESS. — Adnotaverat in huius loci vicina e cod. *Med.* aliquid *Gronovius*, quod quo pertineret pendebat animi, quum graeca suae Editionis constitueret, quumque Observationes suas conscriberet. Ex scriptura codicum *Pass.* et *Ask.* quibuscum noster etiam cod. *F.* facit, intelligitur, non εἰς ταῦτα, sed nude ταῦτα cognatum illis codicem *Med.* quoque praeferre. In eamdem sententiam *Valla* graeca verba convertit, potitque his locis; quam versionem *Wess.* etiam tenuit, in Graecis licet εἰς praepositionem servans, unde haec prodibat sententia, navibusque in haec loca adpulsis. S.

9. ἔπαιον ἐπὶ ἑξ ἡμέρας) Expulsum et Cl. Gronovio μὴ servari potuisse *D'Orvillius* ad *Chariton.* VI. 5. pag. 561. opinabatur; haud imprudenter quidem, nisi schedarum voluntas aliud postularet. Eretriae proditores [*lin.* 11.] *Euphorbus* et *Philagrus* sunt in *Plut.* de Garrul. p. 510. B., et *Pausania* VII. 10., ubi in Graecis Φίλαβρος Κυρίου, in Latinis melius. *Strabonem* memoria fefellit, quando lib. X. pag. 687. [pag. 448. a. ed. Cas.] de Eretria, τὴν πόλιν, αἰτ, κατίσκαψαν Πύρραι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει. Nihil hic talis modi. *Platonis* in *Menex.* pag. 240. verba in doctissimi scriptoris haerebant recordatione. Vide *Clar.* *Valckenarium* ad lib. III. 149. WESS.

11. Φίλαγρος ὁ Κυρίου) Hoc congruit Eretriensi nomen, non illud male ominatum Φίλαβρος, quod vulgatur apud Pausan. in catalogo proditorum Graeciae lib. VII. p. 546. Quando mox [lin. 15.] Eretrienses Persae dicuntur ἀνδραποδίσσασθαι κατὰ τὰς Δαρίου ἑτολμᾶς, si iusserat Darius σαγηνεύειν, fecerunt quomodo fecisse scribit praeter ceteros Strabo: vid. notata in lib. III. c. 149. Nullam Herodotum tamen istius rei fecisse mentionem monuerat iam Petavius in Iuliani p. 79. A. VALCK.

CAP. CII. 2. κατίργοντες τι πολλὸν) Laurentii Latina, magnam partem vastaverunt, κατιργάζοντες trium Codicum explicant, ad rem bene, modo isti formae ea inesset notio. Taliter κατιργάζεσθαι in Musis atque apud alios frequens. Fieri fortasse potuit, idem ut significatus illi participio adhaeserit: alioqui κατίργοντες valere oportebit, non, quae viri Cl. [Gronovii] versio, se coercentes, sed Athenienses in angustias cogentes et concludentes, veluti lib. V. 63. [Sic quidem et Thucyd. VI. 6. κατίργον αὐτοὺς τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.] Adsunt et uberes correctionum viae, Reiskii sollertia munitae, κατιργίοντες, multa mala inferentes; καταργίοντες h. e. καταρῃνιόντες, tempus nihil agendo consumentes; καταράττοντες τι πολλὸν, magno impetu irruentes. Eas ego premere non ausim. Vastitatem agrorum, a Persis tum effectam, Plutarch. Aristid. p. 321. A. indicat. WESS.

3 seq. δοκίοντες ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ποιήσιν etc.) Haec, nec Vallae neque ceteris intellecta, recte ceperunt Gronov. et [Bellanger] l'Auteur des Essais de Crit. pag. 184. Vicinum κατίργοντες πολλὸν vellem nobis explicuissent. VALCK. — Hoc quidem percommode a Wesselingio expositum est. S.

4. ὁ Μαραθῶν) Διγενής ἡ λέξις, ὁ καὶ ἡ Μαραθῶν, monitore Eustath. ad Odys. p. 1568, 44.; Ionum ore ἡ Μαραθῶν, ni fallit Thom. Magister: fallere autem H. Stephanus App. de Dialect. pag. 157. decernit, Grammatico Herodotum lib. I. 62. et hoc ipsum aliaque ex c. 107. obiciens. Sed enim ἡ Μαραθῶν hic in schedis: neque latet, quantum sibi amanuenses in mutanda Scriptoris dialecto indulserint. Adde Porphyrium Q. Homer. VIII., τὴν Μαραθῶνα Ionibus vindicare, et eruditos Thomae M. interpretes. WESS.

CAP. CIII. [3 seqq. Μιθριάδης, τοῦ τὸν πάτερ etc.) Conf. cap. 39-41. huius Musae. S.]

16. *πίρην τῆς διὰ Κοίλης καλομένης ὁδοῦ*) Sic Io. Meursium Ceram. Gem. c. 24. secutus pingi iussi. *Διακοίλης*, nexis yocibus, consistere non potest. Atticae Κοίλη e Marcellino scriptisque marmoribus nota, haud longe Ceramico aberat. Unde Aelian. Nat. Anim. XII. 40. Μιλτιάδης δὲ ταῖς ἑκπους ταῖς τρεῖς Ὀλύμπια ἀπολούμενας ἔβαλεν ἐν Κεραμεικῷ καὶ Εὐαγόρας ὁ Λακων. Quae cuncta hinc derivata cum sint, bene Iac. Perizonius ad Aeliani Var. IX. 32. τρεῖς Ὀλυμπιάδας reposuit, alioqui τρεῖς Ὀλύμπια, cum Cl. Io. Matth. Gesnero, qui de equabus huiusmodi erudite in Columellam de Re Rust. III. 9. WESS.

Ibid. τῆς διακοίλης καλ. ὁδοῦ) Cum Io. Meursio in Ceramico Gem. c. 24. scribendum censeo, *πίρην τῆς διὰ Κοίλης καλομένης ὁδοῦ*, ultra viam, quae, quod trans Coelam ducat, nomen inde suum accepit. Fuit enim sepulchrale Cimonis monumentum prope urbem ἐν Κοίλῃ, atque adeo ultra viam, quae vocabatur ἡ διὰ Κοίλης ὁδός. Marcellin. in vita Thucyd. p. 3, 25. πρὸς ταῖς Μελίτῃσι πύλαις καλουμένης ἔστιν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμωνία μνήματα. Huic vitae subiectus scriptor incertus, a praecedentium auctore diversissimus, (cuius incipiunt observata p. 7, 46. [ed. Duker] ab Ἰστίῳ) p. 9, 25., ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν πυλῶν ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ Κοίλη καλεῖται. conf. tertius vitae Thuc. scriptor p. 12, 12. Praeter Archinum, Meursio memoratum de Pop. Att. in Κοίλῃ, qui ἐκ Κοίλης censerentur cives innotuerunt Attici Chaeredemus Εὐαγγέλου, Phidon, et Leptines ex Schol. in Aristoph. Av. 1128., Isocrate p. 375. v. Demosth. p. 397, 104. VALCK.

20. *πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι*) Consimili structura εἰς μὴν δὲ τῶν ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσι lib. IV. 51. et lib. IX. 107. καὶ ἡγάγετο ἐς ἰωῦτοῦ Δαρείου τὴν γυναῖκα, filii Darii uxorem. Error Thomae Mag., παρὰ τῷ πατρὶ explicantis ἦγον τῷ πάππῳ, reprehensus merito fuit a P. Leopardo Emend. VII. 20. et I. Rutgersio Var. Lect. I. p. 33. WESS. — At sicut IX. 107. dativus Δαρείῳ non a substantivo γυναῖκα, sed a verbo ἡγάγετο regitur; sic IV. 51. dativus τοῖσι Σκύθῃσι pendet a sequente verbo ἔστι, et h. l. dativus τῷ Κίμωνι a verbo ἦν pendet: quā structurā in graeco sermone nihil usitatius. S.

22. *παρὰ τῷ πατρί Μιλτ.*) Recte Eustath. in Ἰλ. β. pag.

239, 16., ὡς παρ' Ἡροδότῳ Πάτρως δ' ἀπὸ πατρικοῦ ἀδελφοῦ
 θείοῦ, οὕτω νῦν (I. β. 661.) δ' ἀπὸ μητρικοῦ, Μήτρως. Hac
 etiam in voce sibi constat *Herodotus* lib. II. c. 133. IV. 76.
 VII. 10. In his nostris errasse *Thomam Magist. I. Rutgers.*
 ostendit *Var. Lect. pag. 33. VALCK.*

CAP. CIV. 8. καὶ ὑπὸ δικαστήριον) Additā ex *Codd.*
 copulā sermonem, nonnihil antea hiulcum, instruxi.
 Quod proxime autem [lin. 7.] ταινιεύτιν μιν οἱ ἔχθροι, in μιν
 docti viri suspicione conversum memini, quoniam αὐτὸν
 ἀγαγόντις consequitur. Elicerem ego posterius potius fide
 eorundem librorum, si quae rei necessitas; qualis in *He-*
rodotea redundantia et aliorum nulla. Confer *Diodoro* ad-
 posita lib. I. 97. IV. 39. *WESS.*

CAP. CV. 2. Φειδιππίδην) *Corn.* Nepos expressit,
Philippidemque cursorem eius generis, qui hemerodromi
vocantur; ubi in cursoris, prorsus uti hic, nomine libri
 non conspirant, *Phidippidem* dantes. In *Polluce* III. 148.
 Φειδιππίδης ἡμεροδρόμος, hinc, opinor, acceptus: eadem *Lu-*
ciani scriptura T. I. 727., *Plut. Malign.* p. 862. A., *Pausan.*
 I. 28., *Libanii* T. I. p. 138., *Plinii* Hist. N. VII. 20., *Solini*
Polyh. c. 1. Non me clam est, Viros clar. *Salmasium Pal-*
meriumque Φειδιππίδην ubique praeferre ob *Herodoti* exem-
 plum: at dubium illud est. Relinebo tamen, valde me-
 tuens de explorata scriptionis eius veritate, Φειδιππίδην. *He-*
merodromos, οὐ χρωμένους ὑποδήμασι ἐν ταῖς ὁδοῖς, *Musonius ἀν-*
ποδησίαν collaudans in *Stob. Sermon.* I. p. 18., testimonio esse
 voluit: plura de iisdem et elegantia vetus scriptor in *Steph.*
Sched. VI. 2. *WESS.*

7. Ἀθηναίοισι κελύσαι ἀπαγγεῖλαι) Eadem hinc de *Panē*
 narrat *Pausan.* I. p. 68. similia *Suidas* in Ἰππίας. Huic, a
Miltiade forsan excogitatae, fraudi similem commentus
 est *Pericles*, narratam *Frontino Stratag.* I. cap. xi, 10. Et
 summi duces *Archidamus*, *Agessilaus*, *Epaminondas*, ple-
 bis superstitione scienter leguntur usu. Tegeatis non mi-
 nus quam *Atheniensibus* istam *Panis* adparitionem visam
 fuisse veram ex *Pausaniae* constat *Arcad.* p. 710. In *Schol.*
 msto ad *Aristidis* *Panathen.* *Philippidae*, seu *Phidippidae*,
 dixisse fertur *Pan*: ὅτι τῇ μάχῃ παρίσσομαι ἐπὶ δὲ Ἀθηναίοις
 τιμᾶν με. Huic quoque divino iussui libenter *Athenienses*
 rebus compositis obsecundasse docet *Herod.* [lin. 12.] ἰδρύ-
Herodot. T. VI. P. I.

σαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει Πανὸς ἱόν. Testis est et Pan ipse Lucianus T. I. p. 272. [Dial. Deor. XXII. 3.] Ἀθηναῖοις συμμαχίας οὕτως ἤρισται ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστίον ἤρθη μοι τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. Panis αὐλιν et τὸ τοῦ Πανὸς dixit Aristoph. Lys. vs. 722. et 910. Alia dedit Meurs. Athen. Att. II. c. 8. In Schol. ed. ad Aristid. T. II. p. 172., Pani dicuntur βωμὸν ἰδρύσασθαι et θυσίας ἐπιτελεῖσαι. Herodotea, καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται, [lin. 14.] Meursius attigit in Gr. Feriata voc. Λαμπάς. VALCK.

9. γενομένου σφίσι χρησίμου) Odiosa vocis ἤδη repetitio nunc cessabit. Hermogenis Schol. in praegressis eam neglexit, εἵναι οὗτος αὐτοῖς repraesentans. Potior Pass. voluntas, in quam Reiskii inclinavit opinatio, mox, [lin. 10.] sicuti in duobus Msstis, τὰ δ' ἔτι legentis, proba utique sententia. Scholiastes ille τὰ δὲ, καὶ ἱσμένον tantum. WESS. — Quum in ed. Gron. aliisque ante Wess. sic legeretur, ἰόντος εἵναι ἤδη Ἀθηναίσις, καὶ πολλαχοῦ γενομένου ἤδη σφίσι χρησίμου, perspicte Reiskius monuerat, priori loco delendam ἤδη particulam: eamque cum Scholiaste Hermogenis recte ibi ignorant codices nostri F. et Paris. b. ac puto equidem etiam alii, in hisque cod. Pass. e quo quum notatum reperisset Wess. ignorare eum in hac regione istam particulam, ad iniquum locum referens eam notam Vir doctissimus, priori loco ἤδη tenuit, et posteriori loco abiecit. Pro εἵναι, quod nunc legitur, forsitan εἰνόνου scripserat Herodotus, ut voluit Koen ad Gregor. Dial. ion. §. 71. S.

CAP. CVI. 2. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθ. ἄττιος) Obscura de Phidippide Plutarchi insectatio est, iniusta tamen. Spatium ab illo cursore, absolutum biduo, stadiis mcccxl finiit Solinus et magnus eius interpretes p. 33.; Plinius vero mxxl. Hist. Nat. VII. 20. ubi docte Harduinus. WESS.

Ibid. δευτεραῖος --- ἦν ἐν Σπάρτῃ) Plusquam mille ducenta stadia biduo confecisse Salmas. monuit ad Solin. p. 45. Miror quod scribit Plutarch. de Herod. Malign. p. 862. Phidippidem παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης γυγνημένον. Ante pugnam Marathoniam Spartam missus, victoriae reportatae nuncius Athenas venit, Luciano teste T. I. p. 727. [Pro Laps. inter Salut. c. 5.] Λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας, --- Χαίρετε, νικῶμεν, καὶ τοῦτο εἰπὼν συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ

τῷ χαίρειν συνεκπιῦσαι: ubi forte scribi praestiterit ἰναποθαι-
νῖν τῇ ἀγγείᾳ. In Scholiis ineditis ad Aristidis Panathen.
vatis iussu Plataeis missus ad ignem sacrum Delphis pe-
tendum ἀπῆλθεν εἰς Δελφοὺς, καὶ ἦλθεν αὐθημιγρόν χιλιούς σταδίων
ποίησας καὶ ἰλθὼν εἰς Πλαταιάς, καὶ ῥίψας ἐν μίσῳ τὸ πῦρ ἐτελεύ-
τησι, μὴ ἐνεγκῶν τὸν κάματον. VALCK.

12. ἂν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μνηός εἰνάτη) Sermonis indolem
hoc postulare Gronovius agnovit. Bene Vindob. et Plutar-
chus, in cuius Glor. Athen. p. 349. E. ἔκτη μὲν ἱσταμένη
Βοηδρομιῶνος simili peccato. Superius c. 57. καὶ ἰβδόμας ἱστα-
μένου τοῦ μνηός. Plutarch. Sympos. VIII. p. 717. B. τῇ ἔκτη
τοῦ Θαρρηλιῶνος ἱσταμένου. In talibus enimvero pauca abun-
de sunt. Hic criminosa Plutarchi accusatio Malign. p. 861.
F. Herodotum asperrime stringens, examen meretur. Negat
τῆς πανσελήνου religione Spartanob ab expeditionibus absti-
nuisse; audacter ea in re Pausaniae, Luciano, si tamen is
auctor Ἀστρολογίας, c. 25., scriptori περὶ Ποταμῶν, cui Plu-
tarchi nomen inponitur, Hermogeni, et quos plures Io.
Meursius Miscell. Lacon. II. 9. appellavit, obnixus. Ad
hoc, partae victoriae Marathoniae diem sextum fuisse
Boëdromionis, in perpetuum eius monumentum ad poste-
ros sacratum: quod, ne vacillantem putes, ter insinuat,
etiam in Camilli Vit. p. 138. A. falsum propterea largi-
ter Herodotum, alios turpiter circumscribere, coelum ip-
sum, dierum rationem, omnes res confundere. Gravis
profecto accusatio; sed in insectatoris reditura (sicuti pru-
denter Ioach. Camerarius Prooem. in Herodot. p. 715. ed.
Gronov.) caput. Nam de lege, (verba eruditi eius viri sunt)
deque praelii die, sua fide adfirmante utroque, venia,
opinor, dabitur ei, qui fidem Herodoti, proxime ad Mara-
thonii certaminis aetatem pertinentis, atque ex illis, qui
conflictui adfuerunt, haud pauca edocti, pluris sibi fa-
ciendam quam Plutarchi putaverit. At sextus tamen Boë-
dromionis dies sollemnis illi victoriae Athenis? Esto.
Quid enim, si mense, cuius nomen Herodotus pressit, Me-
tagitnione, quo Spartae Carnia celebrabantur, pugna in
campo Marathonio fuerit pugnata? Carnia sane, pariter-
que luna, nondum pleno orbe fulgens, ne abitum Laca-
edemonii maturarent, impedimento erant, uti lib. VII.
206. Ita praelium festo illo die, quod accusator non dif-

fitetur, fuit prius, relato deinde in sextum Boëdromionis. Haec et plura pro *Herodoto* eruditissimus *Freret*, *Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 138. ed. Paris.* Dici speciose poterit, *Carniorum* nullam hic mentionem. Servemus ergo mensem Boëdromionem, et pugnam in xvi. eius diem conferamus. Nam Spartani nono mensis die ad belli consortionem invitati, post plenilunium confecto tridui itinere, Persis tantum quod profligatis, Athenas advolarunt. Sit, inquam, certamini dies xvi. Boëdromionis, potuit victoriae memoria anteverti, et sexto die sacrari, quod Mysteriorum sollemnia extremo eodem mense sanctissima essent, aut alia de causa. Neque insolens et praeter usum, ut victoriae sollemnis pompa alio celebraretur tempore, quam reportata ipsa fuerat. Persas Graeci ad Plataeas quarto Boëdromionis straverunt; *Eleutheria* tamen, recordationi eius rei dicata, die xiv. Maemacterionis peragebantur, *Plut. Aristid. p. 332. A.* Qua in opinatione de consensu *Cl. Ed. Corsini* *Fastor. Attic. Diss. IV. p. 184.* gaudeo. Alia *H. Dodwell* de Cyclis *Diss. VIII. p. 330.* Utram autem cunque in re adeo remota adoptemus defensionem, *Plutarchus* causa cadet. *WESS.*

CAP. CVII. 3. ἐν τῷ ὕπνῳ) Quibus supervacuae hae voces, arbitrium illis relinquo. Adduntur infra c. 118. et 131. etiam III. 30. et 65., absunt VII. 12. De huiusce-modi per quietem visis Iocasta callide, Πολλοὶ γὰρ ἦδη καὶ ὄνειρασι βρετῶν Μητρὶ ξυμεινιάσθησαν· ἀλλὰ ταῦθ' ὄτῳ Παρ' οὐδὲν ἴσται, ἅπαντα τὸν βίον φέροι, in *Soph. Oed. Tyr. vs. 1000.*, quo et *Cl. Burmannus* usus ad *Suetonii Caesar. c. 7.* Eum *Casaubonum*que vide. Ego vero [lin. 4.] συνιβάλετο, cuius in talibus creberrimus usus, reposui. *WESS.*

12. παρὶν τι καὶ βῆξαι μεζόνως) Non sane miror, si istud quoque sternutamentum adparuerit ominosum *Herodoto*, εἰπόντι ὡς Ἰππίας - - ἔπαρε καὶ ἔβηξε μεῖζον τοῦ συνήθους, iuxta *Eustathium* in *Od. p. 647.* Ne *Xenophon* quidem παρμὸν memorare dedignatus in historia, *Κυρ. Ἀναβ. III. p. 178, 15.*, ne mali militibus videretur ominis sternumentum, ut οἰωνὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος accipiendum persuasit. Insaniam popularem ridendo feliciter confutavit *Timotheus* apud *Polyaen. III. c. 10, 2.* vid. *Davis.* in *Ciceron.* de *Div. II. 40.* *VALCK.*

13. οἷα δὲ οἱ πρεσβυτέρω ἰόντι) Concinne Mss. quorum iudicio [lin. 12.] μέζον praestabilius. Vere deinceps ὁ ὀδών. Eustath. Ἰακόν δὲ φασιν ὁ ὀδών, Iliad. A'. p. 854, 14. [p. 795. ed. Bas.] testisque moris Ionici locupletissimus Hippocrates. Hippiae παρμὸν et dentem excussum excrispsit in Suidae Ἰαπίας Aelianus aut Scriptorum alius quis. WESS.

CAP. CVIII. 4. πόνους - - - συχνούς ἤδη ἀναίρεστο) Scribendum arbitror ἀναίρεστο, vel ἀνααιρεῖστο, positum Herodoteo more pro ἀνῆρητο, susceperant, ut vertit Valla; qui, nisi sic legerit, sensit tempus idem requiri, quale praecesserat ἰδιώκεισαν. VALCK. — Perspecte Vir doctissimus; cuius emendationem Mssti libri firmarunt. S.

8 seqq. Quae dixisse narrantur Plataeënsibus Lacedaemonii, Herodoti praesertim ea de re iudicium, non miror invidiosa Spartanisque iniuria visa Plutarcho, qui T. II. p. 861. Οὐκ αὖν, inquit, εἰ μὴ κακοῦθης Ἡρόδοτος, ἐπιβουλαὶ μὲν καὶ κακοῦθεις Λακεδαιμόνιοι, ἀναίσθητοι δὲ Ἀθηναῖοι παρακρουσθέντες, Πλαταιεῖς δὲ οὐ κατ' εὐνοίαν οὐδὲ τιμῇ, ἀλλὰ πολέμου πρόφασιν, εἰς μίσον ἤρθησαν. Quid mirum inter aemulos, et suis quemque commodis invigilantes? Herodotea Spartanorum ingenio atque institutis minime disconveniunt. VALCK.

8. Ἡμεῖς μὲν ἐκαστέρῳ τι οἰκίμεν) Suum scriptori rediit. Ἐκαστέρῳ alicum erat, corrigendumque ex Foesii (Oecon. Hippocr. p. 184.) doctrina. Herodoti sunt lib. III. 101. οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ἐκαστέρῳ τῶν Περσέων οἰκίουσι. Hesychius: Ἐκαστέρῳ, πῆρῳ. Saepe Apollon. Rhod. IV. 90. etc. Mox ψυχὴ ἐπικουρή [lin. 10.] uti νίκη ψυχῇ IX. 49. et ἰλπίς ψυχῇ Euripid. Iph. Aul. vs. 1014. et Iosephi Bel. Iud. I. 18, 3. WESS.

11. συμβουλευόμεν δι' ὑμῖν δοῦναι ὑμῖας etc.) Res testificatione Thucydidis lib. III. 55. extra dubii periculum, non insectationis Plutarchi, malignitatis hic manifesta cubilia detegentis. Spartani-ne Plataeënsibus οὐ κατὰ εὐνοίαν, ut Atheniensibus se iungerent, suaserint; an hos bello Boeotico, Plataeënsium caussa, expositos voluerint; dictu quidem nunc difficile. Cognitissimi tamen Athenis totaque Graeciὰ Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, Euripid. Andromach. vs. 446. WESS.

17. οἱ δὲ οὐκ ἠπίστησαν) Qui hic scribendum credidit οὐκ ἠπίστησαν, non recordabatur quod saepe legerat apud Sophoclem, ἀπιστῆσαι positum pro ἀπειθῆσαι. Saepius id ipsum legeremus apud veteres, si per correctores licuisset. Qui vulgo ἀπειθής, illis etiam ἄπιστος dicebatur: ἀπιστῆν idem erat ac ἀπειθεῖν, vel εἶναι ἀπειθῆ. Zonaras in Lexico Ms. Ἄπιστος λέγεται καὶ ὁ μὴ πισθόμενος, ὡς Φερί Πλάτων' καὶ Εὐνοφῶν Κύρου παιδείας α' (p. 4, 14. p. 26, 11.) Εὐπιστοτάτους, (τοὺς) εὐπειθεστάτους ἢ μάλιστα πισθόμενους. Luculentus testis est Harpocraton, Ἄπιστῆν, ἀπὸ τοῦ ἀπειθεῖν, dixisse scribens Antiphontem et Isocratem: Ἄπιστῆν, τὴν ἀπειθειαν, Demosthenem (p. 70, 43. p. 71, 53.) aliosque plures. Antiphontis oratio citata periit: in Isocratis vulgatur ad Philippum Epist. p. 409. A. εἰ μὲν ἐπίσθης - - εἰ δ' ἠπίθης: reponendum ἠπίσθησας ex Harpocr. Conf. Hesych. in Ἠπίσθησιν. Inter Leunclavium et H. Steph. motam litem componere conatus Hutchinson ad Xenoph. Κυρ. Παιδ. p. 114. Sophoclis excitat loca, quibus nixus Stephano suffragatur: sed Sophoclea debet ille Aem. Porto, qui collegerat illa initio notarum in Xenoph. Ad Hesych. in Ἄπιστῆν et in Ἄπιστος errat Küster: recte iudicat clar. Abresch. conf. Porti Lex. Ion. in Ἀπιστος et Ti. Hemsterhuis ad Lucian. p. 179. VALCK.

26. ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο) In iudicio finium regundorum Boeoti non acquieverunt; inde ἀναγνόντες ἀπαλλάσσοντο, suadentes discesserunt Corinthii, ex fide librorum quorundam; pro Scriptoris dialecto haud insuave, uti H. Stephani Portique collectanea demonstrant. Sed muto nihil. De Hysiiis [lin. 31.] ante disputatum lib. V. 74. WESS.

CAP. CIX. [2 seq. ὀλίγους γὰρ εἶναι, στρατιῇ - - συμβαλεῖν) Intellige ὡς vel ὥστε συμβαλεῖν. S.]

6. ὁ τῷ νυάμῳ λαχὼν Ἀθ. πολέμαρχεσσιν) Athenis νυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἰρεῖσθαι legitimum facit Pythagoras in Luciani Vitar. Auct. c. 6. et plures, a Davisio nominati ad Max. Tyr. Diss. XXII. p. 582. Io. autem Meursius, primum omnium Polemarchum Callimachum hunc creans, Att. Lect. II. 14. in fraudem Simsonium induit Chron. A. M. 3514., deceptum Pausaniae verbis I. 15., ubi Kühnius melius. WESS.

8. ἢν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμ.) Incogitanter Io. Meursio Callimachus iste dicitur Athenis primus polcmarchi munus

obiisse, Att. Lect. II. c. 14. *Meursium sequitur Kühnius ad Poll. VIII. 92.* Ut primus forte Polemarchorum Callimachus decem ducibus hoc tempore fuerit adiunctus undecimus, qui in acie honoratiorem ex lege locum teneret, (a qua suspicione non multum absuit *Iac. Perizon. ad Aeliani Var. Hist. p. 421.*) certo constat non primum fuisse Callimachum apud Athenienses polemarchum. *Pausaniae verba I. p. 37.* quibus solis niti potuit *Meursius*, vel aliter accipienda sunt, vel ita leviter refingenda, ut de Callimacho scripserit, ὃς, Ἀθηναίους πολίμαρχων, (vid. *Herodiani Philetaer. a Piersono vulgatus p. 441.*) ἤρξατο nempe μάχεσθαι, vel τῆς μάχης. Apud *Herod. c. 111.* τοῦ μὲν δὲ ξιῶ κίριος ἦν ὁ πολίμαρχος Καλλίμαχος: de eodem Polemo *Soph. p. 3.* ἐξῆρχε γὰρ, καὶ τοῖς πρώτοις ἔταττεν αὐτὸν ἡ πολίμαρχία. Nobile votum, quo Dianae τῇ Ἀγροτέρᾳ ante pugnam Marathoniam se obstrinxerunt Athenienses, fecisse dicitur Callimachus polemarchus in *Schol. ad Aristoph. Eq. vs. 657.* Recte *Meurs.* observat, *Athen. Att. II. c. 5.*, eadem sacra postea quotannis fecisse Dianae polemarchum, quia primus olim Callimachus polemarchus ita instituit. Nolle eadem pag. scripsisset vir egregius, votum illud, Dianae factum, ante *Xenophontem Herodotum* quoque retulisse lib. VI.; quem malignitatis accusat eo nomine *Plutarchus.* Apud *Plutarch. T. II. p. 862. n.* pro Φησὶ scribendum Φασί, nam votum nusquam memorat neque sacri solennis originem *Herodotus*, atque idcirco *Plutarcho* accusatur negligentiae l. c. ἰσπουδῆκώς περὶ τὰς Ἀθήνας διαφερόντως, οὐδὲ τὴν πρὸς Ἀγρᾶς πομπὴν ἱστορήσας, ἣν πέμπουσιν ἔτι νῦν τῇ Ἑκάτῃ χαριστήρια τῆς νίκης ἱερταύζοντες: in var. lect. πρὸς Ἀγροτέραν legitur; nisi sit ex Codicibus, alterum non mutarem, in primis cum sequatur τῇ Ἑκάτῃ. Scripserat - ne forsitan τῇ ἑκτῇ Θαργηλιῶνος? Isthoc die quotannis Athenienses τῇ Ἀγροτέρᾳ ἀποθύουσι τὰς χιμαῖρας iuxta *Aelian. Var. Hist. II. 25.* Qui huius sacri meminerunt viri docti, caute abstinerunt loco *Xenoph. Ἑλλ. IV. p. 302, 17. VALCK.*

14 et seqq. ἰς κίνδυνον ἦκουσι μέγιστον) Scribi potuit: νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἰς κίνδυνον ἦκουσι μέγιστον: ut forte legit *Valla.* Herodoteo, ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, idem significat hoc *Demosth. p. 204. αΦ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις:* et *Lysiae p. 115. ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι αἰμύνητοι εἰσίν.* Deinceps, [lin. 28.]

ταῦτα ὃν πάντα, ait, ἐς σὲ νῦν τείνει: sicut Eurip. Phoen. vs. 438. Ἄλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διαλύσις κακῶν. Paene ultima Miltiadis, [lin. 31.] ἦν δὲ τῶν ἀποσπειδόντων τὴν συμβουλὴν ἔλῃ, satis adparet quid sibi velint: una tamen adiecta littera, una ablata, clariora evaderent: τὴν δὲ (nempe γνώμην) τῶν ἀποσπειδόντων τὴν συμβολὴν ἦν ἔλῃ. Sed eleganter corrigit Reiskius, ἦν δὲ τῶν ἀποσπειδόντων τὴν συμβολὴν ἔχῃ: vertitque si vero iis adhaerescas qui student conflictum impedire. τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος dicitur Thrasybulus Thucydidi VIII. 81. De Callimacho polemarcho Polemon p. 16. τῶν ἄλλων πολυμάχων διελάν ἐντιθεμένων τῷ πλήθει, ἡ τούτου ψήφος προσγενομένη τὴν ὅλην συμβολὴν ἐποίησε. Calida saepe ducum consilia suā videtur auctoritate moderatus polemarchus; cuius tamen in bellis sequentibus Atheniensium rara fit mentio. VALCK.

16. δίδοται) Laurentii palam est, nisi versio sit liberior, ad δίδικται ducit; quo modo corrector Pass. et Reiskii conjectura, loco δίδεικται. Haud contemptibile vulgatum, (quod virum eruditum non fugit,) quid ab Hippia Medisque in Athenienses decretum fuerit, significans. Tale δίδοται IX. 73. et δίδοται sive δεδόκηται γίνεσθαι VII. 16. WESS.

22. καλεόντων συμβαλίειν) Iucundior additamento oratio, et consuetudini propior. Supra c. 106. ἦν -- μνησὲς εἰνάτην εἰνάτη δὲ etc. et IX. 11. στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους; ξείνους γὰρ ἐκάλεον etc. Adde lib. III. 12. WESS.

32. τὴν συμβολὴν) Hoc flagitat res ipsa, optime ab Arch. oblatum. Necessitatem mutationis agnoscunt viri docti, de adhaerente ἔλῃ solliciti. Scite Reiskius, ἦν δὲ τῶν ἀποσπ. τὴν συμβολὴν ἔχῃ: si vero iis adhaerescas, qui student conflictum inpedire. Ἐχέσθαι τινος notum admodum: permutaturque in Cod. Ask. c. 116. ἔλῃν loco εἰχον. Abreschius ἦν δὲ τῶν ἀποσπ. τὴν συμβολὴν ἔλῃ, adscito ἡ γνώμη. Tritum sane Nostro ὡς ἐμὴ γνώμη αἰεὶ II. 43. III. 45. IV. 127. plena dictione, quam defectam illis vocibus non recorder. Esto, in illo Mstorum silentio, sua cuique optio. Mihi dudum placuit, ἦν δὲ τὰ τῶν ἀποσπειδόντων τὴν συμβολὴν ἔλῃ, ut τὰ perierit ob sequens τῶν. WESS. — Vide Var. Lect. S.

CAP. CXI. 4. τὸν πολυμάχον ἔχον κίρας τὸ δεξιόν.) Rhetor Glaucias in Plutarchi Sympos. I. 10. Acantidis pugnὰ Marathonîa cornu dextrum Aeschyli testimonio con-

tribuit, atque ex illis Callimachum polemarchum fuisse, quippe Aphidnaeum. Quod non quidem recusandum, modo praecipua ratio Callimachi, tanquam polemarchi, ducatur. Rex olim in cornu dextro imperabat, teste Euripide Supplic. vs. 657. Mutatâ reipublicae formâ polemarcho honor iste cessit. De serie tribuum, et quo se ordine exceperint, [lin. 5 seq.] ampla disquisitio Ed. Corsini Fast. Att. Diss. III. p. 119. et praecipue Diss. IV. WESS. — Conf. Taylor Lect. Lys. cap. 3. p. 235 seq. ed. Reisk. S.

CAP. CXII. 7. ὀρίωντες αὐτοὺς ὀλίγους) Eieci ἰόντας Codicum imperio; haud inmemor creberrimi in Musis, nec semper necessarij, eiusdem usus. Si narranti Pausaniae veritas constat, diu ante Athenienses δρόμῳ ἰς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔχρωντο Messenij, lib. IV. c. 8. Prisci certe Graeci non ita, Poëta Iliad. Γ'. 8. indice. WESS.

13. πρῶτοί τε ἀνίσχοντο) Ubi Miltiades Aristidis T. III. p. 283. ἰδιώτας ἐξαγαγόν, ὡς εἰπὶν, ἱκανήγαρα νικηφόρους: Schol. in Codice clar. P. Burm. Ἰδιώτας λέγει οὐ τῶν πελταμικῶν, ἀλλὰ νίκης -- ἡ -- οὐ μάχης ἀπείρους, ἀλλὰ τριαύτης Μηδικῆς νίκης. καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ στ' λέγει, ἔτι τὸ (ἀν τότε?) πρῶτον Ἕλληνας ὑπέστησαν σχῆμα διατάσθαι Μηδικόν. vid. Maxim. Tyr. xxx. 6. Aristoph. Nub. vs. 958. et 981. VALCK.

CAP. CXIII. 11. πῦρ τι αἶτεον) Est cui πῦρ τι αἶτεον blanditur, obliato eam verbi formam Graecis auribus insolentem esse. Ignem sibi postulabant, quo fugientium Persarum naves incenderent. WESS. in Addendis. — Scribens ista Herodotus, ut multa saepius alia Homerica, sic h. l. respexisse videtur illud Hectoris ex Iliad. ε'. 718. adclamantis Troianis. Οἴσσετε πῦρ. S.

CAP. CXIV. 1. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ) Glossam cum vera voce Gronovius mutavit optime. Πόνον, Nostri studio, Procopius creberrime: veluti, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ γενόμενος, Bel. Pers. II. 25. Ex Sosicratis Graecis Rutilius Lupus de Figur. Sent. p. 3. Deinde in ipso belli labore ac periculo deseruit nos Philippus. Callimachi nomen, quod Codicibus nonnullis abest, delere non sustineo, quippe orationem colorans. Ipsum autem innumeris confixum sagittis et iaculis inmotum stetisse, nugantur Rhetores: ἔμειν ἐν τῷ τῆς στάσεως σχήματι, καὶ ἰδοὺ ἐστάναι, πιστὴν μὴ δυνάμενος, Polemo Or. 1. p. 2. WESS.

4. Κυναίγειρος) Sic *Aeschylus* fratrem plerique indigent. At Κυνέγειρος est (quemadmodum et schedis *Med.* et *Paris.*) poetis. Οὐ σὲ μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε Φᾶρις, *Anthol.* lib. IV. p. 453. ubi *Brodaeus*. Laudabilis *Cynaegiri* audacia a *Justino* lib. II. 9. *Polemone* Or. 1. atque aliis ita pingitur, ut supra fidem longe sit. Fluxit ex frivola *Atheniensium* et *Sophistarum* iactantia, in certamine *Marathonio* inmanem in modum exsultante. *WESS.* — Conf. *Iacobs* ad *Anal. Br.* T. II. p. 200. S.

Ibid. Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος) *Cynaegiri* militis *Atheniensis* rabiem, *Persicam* navem manu retinentis, explicatius enarrat *Iustinus* II. 9. *Callimacho* quid evenisse diceretur tacet *Herodotus*, obortam *Epizelo* coecitatem tradens c. 117. *Sophistarum* ingeniis exercendis *Callimachus* praesertim et *Cynaegirus* praebuere materiam: duae nobis supersunt *Polemonis* orationes, utriusque laudes decantantis: de *Callimacho* non nominato vid. *Aristid.* *Panathen.* I. p. 216. *Scholias* ibi Ms. et *Cynaegiri* facinus enarrat, et *Callimacho* quid evenerit. Tres istos patriae defensores egregios memorant *Aelian.* de *Nat. An.* VII. 38. *Maximus Tyr.* V. 9. τὴν Κυναίγειρου χεῖρα, καὶ τὴν Πολυζήλου συμφορὰν, καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα: ubi docuit *Davisius* alibi quoque *Herodoti* *Epizelum* [c. 117, 5.] dictum Πολύζηλον, et *Plutarcho*. *Epizeli* loco *Stesilaum* nominat cum *Miltiade*, *Callimacho*, et *Cynegiro*, *Tzetzes* *Chil.* I. vs. 867. Unum de decem ducibus *Stesilaum* in praelio cecidisse novimus ex *Herodoto*; plerorumque nomina ignorantur, quorum gloriam *Miltiades* obscuravit, qui δέκατος αὐτὸς στρατηγὴσας, μόνος, ὡς εἰπὼν, ὀνομάζεται, καὶ ταῦτα Ἀριστίδου τοῦ Λυσιμάχου παρόντος, ut scribit *Aristid.* T. III. p. 286. Milites gregarios *Cynaegirum* et *Epizelum*, sive *Polyzelum*, in duces transformavit qui *Plutarchi* nomen mentitus confinxit *Parallela* quae vocant *minora*, T. II. p. 305. c. quique magnam mendacis libelli partem, ista quoque, descripsit *Stobaeus* p. 91, 11. Propter tot egregia vetustatis monumenta credere maluissem, *Stobaeanis* hic illic ex isto fuisse libello ab alia manu inculcata; sed in suo *Florilegio* eadem iam legisse *Photium* monstrant *Scriptores* citati, quorum nomina et opera pleraque etiam omnia ficta sunt. *VALCK.*

[5. τῶν ἀφλάστων. Vide *Heynii* *Observ.* ad *Iliad.* ὁ. 717. et quae mox ad c. 115, 2. notamus. S.]

CAP. CXV. [2. ἱκανοποιούμενοι) Interpretatus sum in puppim remigantes, tamquam esset ἐνὶ πρύμνῃ ἀναχωρούμενοι, quo Noster lib. VIII. c. 84. utitur: similiter Larcher, ils se retirèrent sans revirer de bord, coll. Schol. Thucyd. I. 50. Quae interpretatio haud male conveniret huic loco, si proris littori obversis stetissent naves. Atque hoc ipsum quidem ita cogitari posset, si ἀφλαστα, (c. 114, 5.) quae manu tenuisse Cynaegirus perhibetur, cum Grammaticis nonnullis (de quibus Heynius ad Iliad. ο'. 717. et ι'. 242.) eadem intelligere liceret quae alias ἀκροστόλια. Sed hi quum a doctioribus manifesti erroris arguantur, *aplustre* in puppi navis fuisse praecise contendentibus; rectius ἱκανοποιούμενοι intelligetur citatis (*valide pulsatis*) remis sese recipientes. Neque enim magis huius loci est Gronovii interpretatio, quam *Vesselingius* etiam tenuit, *navibus caeteris inhibuerunt*, dictione ex *Ciceron.* ad *Attic.* lib. XIII. Epist. 21. repetita. S.]

4. τὰ ἐξ Ἐρετρίας ἀνδράποδα) Offenderunt *Plutarchum* τὰ ἀνδράποδα, de captivis Eretriensibus. Potuisset leniore vocabulo αἰχμαλώτους, uti deinceps, eos Scriptor describere: hic ex Persarum iudicio, quibus utique pro mancipiis capti illi, sive ἀνδραποδισμῶν post pauca. Mox [lin. 5.] ἀπικουμένους ἰς τὸ ἄστυ speciem praefert, nihil amplius. **WESS.**

6. αἰτὴν δὲ ἔσχε 'Αθηναίοισι etc.) Large coniecturis indulgetur. αἰτὴν ἔσχε 'Αθηναίοισι non aliud erit ac 'Αθηναίους, et hoc ἀπὸ τοῦ, οἱ 'Αθηναῖοι ἔσχον αἰτὴν, Athenienses culpam sustinuerunt; sic *Portus*, non considerato, ne quid amplius dicam, haec Athenienses non tangere, sed Persas. *Plutarchi* αἰτὴν δὲ ἔσχον laudatore gaudet docto viro, acceduntque ex parte quadam libri αἰτὴν ostendentes: tum mox [lin. 7.] αὐτοῖσι, uti duobus in Codd., oportebit. Sententia sane tolerabilis: Ferebantur Atheniensibus ipsis *Alcmaeonidarum* fraude haec machinati. Non raro enim αἰτίαν ἔχουσιν, idem ac, dici, nominari, ferri, κατηγορεύσθαι, *Casaubono* in *Athen.* IX. 2. [Animadv. T. V. p. 15. nuperae edit.] eiusque exemplo ad *Aeschin.* Dial. 1, 2. *Horreo*, docte monentibus. Sed enim ἔσχον nusquam in schedis. Gronovii sententiam, inpeditam multum, adnotationes explanant. Vulgata mihi non displicent, modo αἰτὴν δὲ ἔσχε αὐτοῦ; ἐν 'Αθηναίοισι struantur. Consimili-

ter lib. V. 70. τὸν δὲ Κλειμένην εἶχε αἰτὴν φοιτᾶν: et cap. 71. Φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτὴν ἔχει Ἀλκμαιωνίδας: quae et in *Porti penu.* WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

Ibid. αἰτὴν δὲ ἔσχε Ἀθην.) *Plutarchi* editi lectio T. II. p. 862. c. αἰτὴν δὲ ἔσχε, mihi, ut aliis, genuina videretur, nisi hic sequeretur αὐτοὺς. Αἰτίαν ἔχειν, ut saepe apud alios, apud *Plutarchum* etiam significat dici, perhiberi, ex. gr. T. II. p. 803. c. 807. E. 850. B. 959. E. 1134. N. vid. *Casaub.* in *Athen.* IX. p. 368. b. Mos usitatus scribendi illic quoque substitui potuit *Herodoteo*. Quod aliis diceretur, αἰτίαν ἔχουσιν Ἀλκμαιωνίδαι Φονεῦσαι αὐτοὺς, vel τοῦ φόνου αὐτῶν, (ut *Aesch.* *Eumen.* vs. 582.) id *Herodoto* dicitur, Φονεῦσαι αὐτοὺς αἰτὴν ἔχει Ἀλκμαιωνίδας, V. 71. ut c. 70. τὸν Κλειμένην εἶχε αἰτὴν φοιτᾶν. Ad istam normam ordine suo hic verba collocari potuerant: αἰτὴν δὲ ἔσχε αὐτοὺς (ἐν) Ἀθηναίοις ταῦτα ἐπινοῆσθαι, istud excogitasse perhibebantur apud *Athenienses* ἐξ Ἀλκμαιωνιδῶν μηχανῆς. *Plutarchi* tamen lectionem, si Codices praebuerent, reciperem. VALCK.

CAP. CXVI. 2. ὡς ποδῶν εἶχον) *Medicei* ἤκον non capio; scribae peccatum ex εἶχον formasse videtur. *Infra* lib. IX. 58. ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον: et VIII. 107. ὡς τάχιος εἶχε ἕκαστος, sic enim scripti codices. WESS.

Ibid. Ἀθηναίοι δὲ, ὡς ποδῶν εἶχοντο, τάχιστα ἰσθῆτον) Dubito sit-ne τὸ τάχιστα natum ex interpretamento; sed minime cunctanter corrigo, ὡς ποδῶν εἶχον. Hoc in talibus semper invenietur: ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε ὡς εἶχον τάχους ὡς ποδῶν, vel ἢ ποδῶν εἶχον, apud *Thucyd.* p. 440, 6. 447, 39. *Demosth.* p. 740, 148. *Xenoph.* p. 309, 41. etc. *Herodotus* IX. 58. ἰδίῳκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, quantum quisque pedibus valebant. VIII. 107. ὡς τάχιος εἶχε ἕκαστος restituetur ex Codd. vid. *Diss. Herod.* p. 129. et *Clar. Wess.* ad *Diodori* II. p. 628. De aquila eleganter *Aelian.* *Nat. Anim.* VII. 11. ὥσπερ οὖν ὄρνις τε ἄμα καὶ πτερῶν εἶχεν ἑμπηδᾶ, quanto potuit maximo alarum volatu, *Gesner.* *Livius* XXXV. 26. cetera classis, praetoria nave amissa, quantum quaeque remis valuit, fugerunt. Aut ad hunc e campo *Marathonio* properantium reditum, aut ad illud tempus, quo primum obviam ibant *Persis*, pertinet quod scribit *Clemens Alex.* I. *Strom.* pag. 418. VALCK. — Potuerat quidem abesse vox τάχιστα: potest vero etiam, pro copia praesertim quam amat

Noster, percommode locum suum tueri. Et verba quidem commode sic distinguuntur: Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ποδῶν εἶχον, τάχιστα etc. Possis vero etiam τάχιστα tamquam ad ὡς perti-
nens accipere, quasi dixisset ὡς τάχιστα εἶχον ποδῶν. S.

4 seq. Ἡρακλεῖον -- ἐν ἄλλῃ Ἡρακλ.) Duo illa Herculis templa Harpocraton etiam memorat in Ἡρακλείᾳ, ubi Val-
lesius attigit Herodotea. VALCK.

CAP. CXVII. 2. κατὰ ἐξακισχιλίων etc.) Plutarchi Ma-
lign. p. 862. D. iudicio, ἀνατίθραπται τῆς νίκης τὸ μέγεθος, καὶ
τὸ τέλος εἰς οὐδὲν ἤκει περιβεβῆτον κατορθώματος, ob exiguum
adeo caesorum numerum. Quod illi condonamus, ni-
mium memori inscriptionis, Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι
Μαραθῶνι ἔκτισαν Μήδων ἑνὴν μυριάδα. Herodotus veracis of-
ficiū Scriptoris functus est, Atheniensium laudibus nec
detrahens, neque, quod exprobratum acerbius, blandiens.
Ceterum Epizelus Cuphagorae fil. recentioribus Πολύζηλος
audit, Plutarcho, Suidae, Stobaeo et Maximo Tyr. Diss. V.
ubi p. 513. Cl. Davisius. WESS. — De Epizelo etiam Val-
ckenar. monuerat, ad cap. 1:4, 4. S.

10. λίγειν δὲ αὐτὸν ἤκουσα) Sic acceperunt ista nonnulli,
ac si ipsum narrantem audisset Herodotus Epizelum; quae
ab aliis accepisse se duplici formula significat. Contra IX.
16., ταῦτε ἤδη τὰ ἐπίλοιπα ἤκουον Θερσάνδρου: hinc utique lon-
ge diversum esset, λίγειν ἤκουσα (vel ἐνυθόμεν) Θέρσανδρον.
In his errantes recte corrigit eruditus Auctor des Essais de
Critique p. 187. VALCK.

CAP. CXVIII. 4. ζήτησιν ἐποίητο τῶν νῶν) Cor-
rigendum suspicor, ἐξίτασιν ἐποίητο: neque enim quae
adessent quaerendae naves erant, sed perscrutandae; λίαν
ἀκριβῶς ἐξετάζων invenit Datis in Phoenissa nave signum
Apollinis, a sacrilegis furtim atque inscio duce subre-
ptum. Phrases sunt usitatissimae, ἐξίτασιν ὅπλων ποιῆσθαι,
vel ἀνδρῶν, vel τοῦ ἱππικοῦ. In Attica lege, quam habet Pe-
litus p. 209., pro Γενίσθαι ζήτησιν, emendari debet, γενίσθαι
ἐξίτασιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς Ἀρξιαρχικοῖς γραμματέεσι:
ut legitur in Isaai fragmento apud Dionys. Halic. T. II. p.
175, 11. conf. Harpocr. in Διαλέφσεις. VALCK. — Vo-
cem ζήτησιν non debuisse sollicitari, ut taceam librorum
omnium et Suidae (voc. Δᾶτις) consensum, vel frequens
usus vocabuli ζητητής, inquisitor, poterat docere, de quo
consuli Harpocraton potest. S.

10. ἐς Δῆλον τὸ Θηβαίων) *Pausanias*, repertam in navi Phoenissa Apollinis imaginem Nostri verbis describens, traditam ait lib. X. c. 28. pag. 867. *Ταναγραίοις ἐς Δῆλον*, contractiore usus narratione. Namque in Tanagraeorum agro, ipsisque Bocotiae finibus maritimis *Delium* illud; de quo ad *Diodori* XII. 69. Multum autem conducunt ad *Herodoti* finiendam aetatem xx. isti, quibus evolutis in Tanagraeorum *Delium* Apollinis signum rediit, anni. WESS.

CAP. CXIX. 9. Ἀρδέρικκα) In barbara voce nihil tento, ignarus quid praestet: certum est, discrepare, situm si spectes, abs similis tituli loco lib. I. 185. *Philostratus* collocat, ex *Damidis* monumentis, Eretrienses in Medorum regione, unius, sed citati cursus, diei itinere a Babylone, Vit. *Apoll.* lib. I. 24. Itaque, nisi a *Damide* decipimur, medii ferme Susa inter et Babylonem sedes a Dario acceperunt. WESS.

13. ἀρύσσονται) Sic malui, ut propior ad verum via foret. Scripsisse ἀρύονται aut ἀρύονται doctiores consentiunt: nam *Porti* ἀρρύονται pro communi ἀναρύονται, hocque pro ἀναρύονται placere non potest. Fontem *Philostratus* bitumine, oleo et aqua, sale neglecto, scaturiisse, imprudenter perhibet. WESS. — Vide *Var. Lect.* Quemadmodum perinde et ἀφύω et ἀφύσω, sic perinde et ἀρύω et ἀρύσω olim in usu fuisse probabile est; unde substant. ὁ ἀρύστηρ, haustum. S.

18. τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσι ἐν ἀγγείοις, τὸ) Horum ultima quatuor docta [si Deo placet] disputatione hinc *Cel. Gronov.* amovet. Tum equidem τὸ δὲ ἔλαιον οἱ Πέρσαι καλῶνται τοῦτο βαδινάκην ex schedis legerem, ut illud duntaxat oleum *Radinacen* Persae nuncupaverint. Habent tamen τριφάσια ὀδὸν, quae amoliendis auxiliantur: bitumen et sales statim ut diffusa sunt, dicuntur concrevisse: et, quid oleo factum, tacebitur? At premere hoc renuo. De cultu, scribendi modo, et Eretriensium exsulum sepulturae ritu *Philostrati* *Damis* plura, nonnullis intempestivā *Clar. Olearii* curā perversis. WESS. — Non fere dubitandum videtur genuina esse quatuor ista verba, quae cum *Aldo* codices *Arch. Vind.* et *Pd.* agnoscunt, in pluribus quidem aliis neglecta. In eorum autem numero, qui illa ignorant, poni debuisse etiam *Pass.* videtur, qui deinde cum aliis, quibus

illa desunt, vocem τοῦτο inserit; quam vocem haud dubie eodem loco etiam codex *Med.* exhibet, licet adnotare neglexerit *Gronov.* Caeterum perantiquus et ad iudicandam codicum *Herodoteorum*, qui ad nostram aetatem pervenerunt, cognationem notabilis est iste Librorum dissensus. S.

CAP. CXX. 7. μετὰ δὲ αἰνίσαντες) Aequè concinnum αἰνίσαντες ex membranis. Venerunt Spartani τῇ ὑστέρῳ τῆς μάχης in *Platon.* *Menex.* p. 240. c. WESS.

CAP. CXXI. 1. Quod hic legitur Θῶμα δὲ μοι, idem fuit in *Plutarchi* *Malign.* p. 862. F. olim, prava nunc et hiantē oratione, sed facillime hinc sarcienda. WESS. — Lacunam apud *Plutarchum* ex *Nostro* supplevit *nepherus Editor Hutten*, Vol. XII. p. 310. S.

Ibid. οὐκ ἰνδύομαι τὸν λόγον) Narratam sibi, vel ab aliis scripto mandatam, Atheniensium quorundam suspicionem tot argumentis repellit *Herodotus*, ut in his etiam vendendis modum excessisse videatur *Plutarchus* de *Herod. Malign.* p. 862. E. et 863. contendens primum et solum *Herodotum* istam accusationem commemorasse: πρῶτος, inquit, ἀνθρώπων ἐπιήνοχας ἐγκλήματα. --- σὺ κατηγορεῖς, εἰτα ἀπολογῇ καὶ γράφεις κατ' ἐπιφανῶν ἀνδρῶν διαβολὰς, ἃς πάλιν ἀναιρεῖς. ἀπιστῶν δὲ, σιαυτῷ δηλονότι, σιαυτοῦ γὰρ ἀκήκοας λόγοντος, Ἀλκιμαϊωνίδας ἀνασχεῖν ἀσπίδα νεκρῶν καὶ φεύγουσι τοῖς βαρβάροις. VALCK.

4 et seqq. Καλλίη -- Ἰππονίκου δὲ πατρί etc.) Horum vellem historicus mentionem omisisset, haud sane necessariam. Quod prioribus subdit *Plutarch.* de *Callia* et *Hipponico*, habet illud multo maiorem veri speciem; nam isthac certe via sibi videtur *Herodotus* occasionem parasse *Calliam* laudandi, patrem *Hipponici*; patri, sic legitur apud *Plutarchum*, προσέειπεν τὸν υἱὸν Ἰππονίκον, ὃς ἦν καθ' Ἡρόδοτον ἐν τοῖς πλουσιωτάτοις Ἀθηναίων. Ista quidem acerbissima videbitur criminatio consideranti quae *Plutarchus* alibi de *Herodoto* prodidit, suos etiam nonnunquam testes excitans, veluti *Diylum* historicum Atticum p. 862. B. et 864. c. D. *Aristophanem* Boeotum, quaeque *Nostro* minus honorifica narrat *Dion Chrys.* in *Corinthiaca* p. 456. c. Sed ista *Plutarchi* difficultate non carent: neque enim *Herodoto* fuisse dicitur *Hipponicus* unus ex Atheniensium ditissimis, nec

primi istius Calliae filius Hipponicus aetate floruit *Herodoti*. Suspisor verba quaedam *Plutarchi* transposita sic in proximis olim fuisse lecta: Τοῖς δὲ Καλλίου τοῦ Φαιήπου χρησάμενος ἱπταίνεις, καὶ προσάψας αὐτῷ τὸν υἱὸν Ἰππώνικον, αἰμολόγησεν ὅτι μηδὲν τῶν πραγμάτων διαμίνων, ἀλλὰ θεραπεία καὶ χάριτι τοῦ Ἰππώνικου (ὃς ἦν καθ' Ἡρόδοτον ἐν τοῖς πλουσιωτάτοις Ἀθηναίων) τὸν Καλλίαν παρτίβαλιν: ut Calliae laudes filiique Hipponici nomen in hanc historiae partem inculcasse dicatur, quo gratificaretur Hipponico, huius nominis in ista familia secundo, qui, καθ' Ἡρόδοτον, aetate *Herodoti*, unus erat ex *Atheniensium* ditissimis. Primus quidem Callias Phaenippi fil. fuit pecuniosus; sed secundus praesertim Callias, thesauro quodam ditatus, [conf. *Athen. lib. XII. cap. 52.*] filium reliquit Hipponicum itidem secundum, qui (*Plut. I. p. 321. n.*) Graecorum fuisse fertur ditissimus. Callias iste secundus, velut Princeps legationis ad Artaxerxem missae, *Herodoto* quoque memoratus in transcurso lib. VII. c. 151. Idem Aristidi velut aequali dissimillimus saepius opponitur: vid. celeberr. *Hemsterh. ad Luciani Timon. pag. 137.* Quod legitur apud *Stobaeum* p. 521, 13. εἴγε μὴ τῶν ποτὶ Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος αἰμείνων ἦν Ἀριστίδου καὶ Σωκράτους (Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλῆους) ἐν πτωχείᾳ τῆς ἀρετῆς: id mea sententia ferri nequit: scioli videtur adsummentum Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλῆους, et non nominatus Callias Hipponici fil. fuisse designatus: conf. *Aristides Soph. T. I. p. 340. Lucian. T. II. p. 638. et 696. Themist. II. p. 36. n.* Huius familiae historiam non paucis adhuc difficultatibus impeditam fatetur vir summus ad *Lucian.* [*Hemsterh. ad Tim. I. 1.*] Qui de illa egerunt, citantur ad *Diodor. Sic. lib. XII. cap. 4. n. 23. VALCK.*

CAP. CXXII. 1 et seqq. Καλλίῳ δὲ τούτῳ etc.) Memorabile Calliae elogium cur trium Codicum scriptores contemptui habitum praeterierint, caussam non perspicio, nisi illi id ignorarint, adsutum aliunde. Gronovio cupide largior, rerum nexum, si omnia ista exsulent, non dissolvi: perhibere praeterea honoris et magnificentiae testimonium, quale vix aliud. Si *Herodoto* auferantur, id sane fatendum est, non indocti admodumque recentis esse hominis, sed adprime in Calliae negotiis et familia calientis. Pertinet eo victoria Olympica, quam Olymp. liv.

indeptus est, νικηκῶς ἴππῳ, ut scholia habent ad Comici Nub. vs. 284. Io. Meursius oblitus eorum, quae in *Herodoto*, imprudenter ex Critici Olympiade LIV. fecit τετάρτην καὶ ἰσδομνηκοστήν, sive LXXIV., de Archont. lib. II. 4. Pisi- strati enim bonorum sector vitam tam longe haud exten- dit. De Phaenippo Calliaeque gente plura Palmerius Exercit. p. 754. et Perizon. ad Var. Aeliani XIV. 16. WESS.

Ibid. Καλλίῳ δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ etc.) Hic sane mi- ror Codicis Medicei bonitatem, in quo nihil horum repe- riri scribit Gronov. Quod viro clarissimo, idem mihi quoque verum videtur, quaecunque continentur hoc ca- pite in laudem Calliae, ab alia fuisse manu adiecta, ho- minis forte non longe recentioris in gratiam Calliae cuius- dam vel Hipponici: atque idem sensisse videntur antiqua- rii, qui in Codicibus ista censuere praetermittenda: sed, si vel in omnibus legerentur, nihilominus indigna prorsus illa iudicarem *Herodoto*. Quibus illa modis lecta sibi *Plutarchus* excepisset, turpi adulatione in laudem ditissi- mae familiae composita! [At satis invidiose Nostrum in- cusavit *Plutarchus*, Calliae laudes non nisi in *Hipponici gra- tiam* ab illo huic narrationi fuisse insertas.] Horum con- ditor, imitator ille quidem *Herodoti*, sibi tamen nati- vam in scribendo faciem dissimulare non potuit. Prima illa, Καλλίῳ δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ἵστί πάντα τινὰ ἔχειν, Sophistam sapiunt, non *Herodotum*; quem, isto nusquam modo loquentem, ordine verborum perturbato voluit imitari. ἄξιόν ἵστί sequente infinitivo non est *Herodoteum*, quantum memini. [At vide hoc ex lib. I. c. 14, 6. τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἵστί.] Sed cur tandem decet unumquemque istius Calliae πολλαχοῦ meminisse? [Quid- ni vero πολλαχοῦ, qualibet oblata occasione, laudetur ab om- nibus vir laude praecipua dignus?] τούτο μὲν, inquit, --- τούτο δὲ, --- τούτο δὲ ---, tria nobis enumerat, pro- pter quae memoratu videri deberet omnibus dignissimus: τούτο μὲν γάρ, αἰτ, τὰ προλελεγμένα ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθεῶν τὴν πατρίδα. Quenam illa tandem? virum praecellentem Pisi- stratum oderat invidus, et, ut erat pecuniosus, eiecti quae publicata fuerant emit. [At de eodem viro ibidem memo- raverat *Herodotus*, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔχιστα ἐς αὐτὸν πάντα ἐμη- χανῶτο.] Τούτο δὲ, αἰτ, τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησι, ἵππῳ νικήσας etc.

Herodot. T. VI. P. I.

Q

Sed quid ibi fecit adeo prae ceteris laudabile? an forte ταπινίῳ δῶσας totam panegyrim excepit convivio? nam ἵππῳ νικᾶσαι, et τῷ ἵππῳ διῦτον γινέσθαι, quod cum multis habuit commune, nihil adeo erat cur prae aliis Nostro memoratis Olympionicis posterorum esset memoria dignus. Φανερὸν δῆναι ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστην δαπάνην: ea, opinor, laus, si quid illa est, Calliis et Hipponicis congruit. [Atqui est hoc illud ipsum, quod paullo ante requirebat Vir doctissimus, quaerens: *An forte ταπινίῳ δῶσας totum panegyrim excepit convivio?* Sed et ipsae per se victoriae in illis certaminum solennitatibus reportatae quanta fuerint apud Graecos laudis materia novimus omnes: earumque mentionem ab eodem Herodoto in virorum quorumque elogiis, quos Musae eius illustrant, frequentissime factam videmus.] Quod addit denique *de filiabus*, in libro Oeconomico patribus forsitan in exemplum proponi potuerat; sed propterea nunquam in historia Herodoto Callias fuisset dignus visus saeculorum memoria. [Immo vero ipsa illa admirabilis amabilisque aequitas et indulgentia, qua adversus filias suas usus erat Callias, quo magis aliena illa fuit a constanti Graecorum more, tanto maiori laude et honorifica ad posteros commemoratione digna videri Scriptori nostro, optimo viro, debuit.] Tandem abiiciantur ista; et Herodotea male divulsa cohaerebunt. VALCK. — Ego vero mihi videor luculente satis ostendisse, immerito νοθείας adeo suspectam Herodotoque indignam visam esse Viris doctissimis istam de Calliae laudibus παραθήκη. S.

CAP. CXXIII. 10. ἔπαισαν τοὺς λοιποὺς τυραννίδωντας) Inculcarunt ex praecedentibus λοιποὺς, hic prorsus inutile. Non equidem nescio defensionem vocabulo quaesitam ex lib. VII. 41., sed debilem admodum. Reiskii conjectura postulat τοῦ λοιποῦ, deinceps. WESS. — Quum paullo superius, pro λοιποὺς, quod Wess. cum Gronov. receperat, ὑπολοιποὺς alii dederint libri, haud incommode λοιποὺς hic tueri suum locum posse videtur. S.

CAP. CXXV. 11 seqq. ὁ δὲ Ἀλκμαίων πρὸς τὴν δωμῆν — τοιαύτη ἐπιτηδεύσας προσίφερι etc.) Primum προσίφερι scribi malim una litera auctius προσιφεῖρι. Aviditas Alcaeonis, dono nondum contenta, πρὸς τὴν δωμῆν τοῦσαν τοιαύτην τοιαύτη ἐπιτηδεύσας προσιφεῖρι: insuper talia commentus est.

Commentum hominis ridiculum indignatus bis enarrat *Dion. Chrys.* primum paucis sub finem Or. XVII. p. 253. deinceps explicatius et ad Nostri ductum, Or. LXXVIII. p. 659. Thesaurum scribit ingressum Alcmaeona χιτών τε ποδήρη καταζωσάμενον, καὶ τὸν κόλπον ἐμπλήσαντα γυναικίῳ καὶ βαθύν, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐξέπτενδες μεγάλα καὶ κοῖλα ὑποδησάμενος· τίλος δὲ τὴν κόμην διασπάσαντα (leg. διαπύσαντα ex *Herod.*) καὶ τὰ γένεια τῷ ψήγματι, καὶ τὸ στόμα ἐμπλήσαντα καὶ τὰς γνάθους ἑκατέρας, μόλις ἔξω βαδίζειν, --- γέλωτα καὶ θίαν Κροίσῳ παρέχοντα καὶ Λυδοῖς. In *Herodoteis Diss. Clar. Wess.* p. 116. obtulit κόλπον πολλύν, procul dubio genuinum: [lin. 13. ubi alii βαθύν.] illinc parum distant manus quantum extendi poterant, πᾶσαι χεῖρες dictae *Callim. Hymn. Dianae* vs. 27. *Sophoclis*, πολλὴν γλώτταν ἐκχίας μάτην in *Stobaeo* pag. 163, 27. quaeque dantur similia. VALCK. — Κόλπος πολλός, sinus amplius. Ut *πλῆθος*, I. 203, 6. 204, 4. IV. 123, 10. (ubi vide *Adn.*) sic et πολλύς, de amplitudine, IV. 39, 8. 109, 9. VII. 14, 7. Verbum vero προσέειπε sollicitatum nollem, peraptum huic loco: ad donum illud (scil. capiendum) tale inventum adtulit *Callias*. Ipsa illa notio, quam verbo προσέειπε expressam *Valckenarius* voluerat, in verbo ἐπιτηδύνας inest. S. |

12 seq. ἰνδύς κιθῶνα μέγαν) Adiectivo ob *Med.* silentium infestior *Cl. Gronov.* fuit; non ego. *Dio Chrysost.* explicat χιτῶνα ποδήρη, bene satis, Orat. LXXVIII. pag. 659. n. Mox κόλπον πολλύν non adspernor, ob *Eustathium*: [vide *Var. Lect.* et *Adnot.* proxime praecedentem.] potuit utique ex rariore usu librariis displicere, et propterea mutari. *Dio* tamen γυναικίῳ καὶ βαθύν sinum fuisse ait. Quod *Eustathius* autem κόλπον interpretatur τὸ ἄνω τοῦ πέπλου, minime laudo: inprobavit et *Gronovius* similem glossam *Varini Favonini*, ex *Homeri* sumtam explanatore. WESS.

16. παρτίσσει παρὰ τὰς κνήμας) *Harpocratonis* Ἀποσάξαντα, ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τμήμα, καὶ ἀποπληρώσαντα, Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἔκτῃ, huc olim referri posse putabam, siquidem nulla huic verbo opportunior tota hac *Musa* statio. At vide, quae supra c. 44. disputata fuerunt. Κοθόρνοους ubique instauravi, schedis et *Scriptore* lib. I. 155. praecedentibus. Adsolent *Iones* Θ in T saepe convertere, vicissim quoque; nec promiscue in omnibus tamen. WESS. — Ad-

vertere quidem animum Editoris debuerat scriptura illa *κορόνηος*, quam ter deinceps hac in pericope exhibet *Aldinum* exemplum. Sed suspectam eandem reddere utique debuit quum aliorum omnium librorum dissensus, (nam etiam *ms. Pass.* cum aliis *κορόρν.* scribit, quem in *Var. Lect.* ad h. l. nominare oblitus sum.) tum quod a nemine Grammaticorum adnotata ista scriptura reperitur. Facere quidem cum *Aldo* videri codex *Med.* poterat, eo quod scripturam istam *Gronovius* tenuit, qui in Nota ad *lin.* 14. diserte etiam ait, in cod. *Med.* *κορόνηος* εἶς scribi. Sed, aut valde equidem fallor, aut ista Notula solummodo ad vocem εἶς pertinet, quam ibi codex *Med.* cum *Ask. Pass.* et *F.* pro τοῦς habet: scripturam *κορόρν.* vero (quam in cod. *Med.* sicut in aliis repertum iri, si quis eum denuo excusserit, suspicor) enotare ex illo codice olim neglexerat *Gronov.* quum illum Florentiae tractaret, quemadmodum multa alia diligentiam illius effugisse compertum habemus. Virum vero doctum, qui *Aldinae* praefuit éditioni, subinde contra praescriptum codicum, et praeter necessitatem, verborum formas obtrusisse *Herodoto*, quas ionismus requirere illi visus erat, iam idemtidem observavimus. S.

19. διαπάσας) *Dio Chrysost.* τὴν κόμην διαπάσαντα καὶ τὰ γένεια τῷ ψήγματι reliquisse, dubio caret: absurdum διασπάντα explosum merito est. Tangit *Rhetor* eandem historiam *Or.* xvii. p. 253. c. Quid *Tzetzae* oculos, ut *Alcmaeonem* dentibus comam, auro gravem, dixerit retinentem, praestrinxerit, non adsequor. Falsum certe et nugatorium de *Pindaro*, quasi eadem ille de *Alcmaeone*. Graecos eius interpretes ad *Pyth. Od.* VII. iustius nominasset. WESS.

26. οὕτω τεθριπποτροφέας) In argumento secundo *Nubium Aristoph.* ἡ τῶν Ἀλκμαίωνιδῶν οἰκία --- ἐξ ἀρχῆς, ὡς φησὶν Ἡρόδοτος, τεθριπποτρόφος ἦν καὶ πολλὰς ἀνηρημῆν νίκας, τὰς μὲν Ὀλυμπιάσι, τὰς δὲ Πυθοῖ, etc. *Bigis* primus *Atheniensium Alcmaeon* victoriam reportasse dicitur *Olympiacam Isocrati Or.* de *Bigis* p. 351. c. ζῦγι πρώτος Ἀλκμαίων τῶν πολυτῶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκητι. VALCK.

27. Ὀλυμπιάδα ἀναιρείται) In laudibus *Alcmaeonidarum* apud *Pindarum Pyth. Od.* VII. 13. praeter alias sacrorum

certaminum victorias, μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπίας, a Criticis Megacli, Alcmaeonis patri, Olymp. xlvii. assignata: quorum quidem adfirmatio haud scio an Poëtae, unam duntaxat Olympicam Alcmaeonidarum lauream celebrantis, bene consulat famae, si Alcmaeoni, Megacelis fil., altera debeatur ex Nostri testimonio. Malim opinari, idem Olympici ludi praemium a Pindaro et Herodoto praedicari. WESS.

CAP. CXXVI. 5. τοῦ Μύρωνος, τοῦ Ἀνδρείω) Avus Clisthenis Pausaniae II. 8. Πύρων est, ubi Kühnius Orthagorae Sicyonii tyranni filium censuit, Andrei sive Andreae non recordatus. Orthagoram, familiae principem, agnovi lib. V. 67., deditque eundem Plut. Ser. Num. Vind. pag. 553. A., Σικωνίοις μὲν Ὀρθαγόρας γινόμενος τύραννος, καὶ μετ' ἐκείνων οἱ περὶ Μύρωνα καὶ Κλισθένην, τὴν ἀπολασίαν ἔπαυσαν, verum Myroni titulum egregie asserens, in Pausania vitiosum ac reformandum. WESS. — Proavo Clisthenis nomen Andreas fuit, non Andreus. Ἀνδρείω in medio decurtatum ex Ἀνδρείω, a nominat. Ἀνδρείας, ionice Ἀνδρέης. Sic Πυθίω VII. 181, 3. pro Πυθίω, a nom. Πυθίας, ion. Πυθίης. Conf. Var. Lect. ad I. 180, 5. S.

CAP. CXXVII. 2. ὃς ἐστὶ πλείστον δὴ χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀπίμωτος) His quae proxima subiiciuntur apud Athen. XII. pag. 541. c. εἶποντο γοῦν αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταί, verba videntur Timaei. De Smindyridis luxurie Iac. egit Perizon. in Aeliani Var. Hist. IX. cap. 24. attigerat H. Vales. in Exc. ex Diodoro p. 40. [Vide Diodor. T. II. p. 550. ed. Wess.] Illud Herodoti, πλείστον -- εἰς ἀνὴρ, adhibuit de Antiphonte oratore Thucyd. VIII. c. 68. τοὺς ἀγωνιζομένους -- πλείστα εἰς ἀνὴρ -- δυνάμενος ὠφελεῖν, unus omnium maxime. Cyrus Xenophontis Ἀναβ. I. p. 159, 16. δῶρα πλείστα μὲν, οἶμαι, εἰς γὰρ ἀνὴρ ὧν ἐλάμβανε. Conf. Aesch. Pers. vs. 327. Praeter Smindyridem ex Italia Sicyona venit [lin. 4.] procus Agaristae Δάματος Ἀμύριος: sic enim pro Δάμας ὁ Σαμύριος optime restituit Galeus ex Arch. Ἀμυρίς etiam Italiota proverbio fuit nobilitatus, de quo plura dedit ex Pausaniae Lex. Eustathius in Ἰλ. β. pag. 225., quam Diogenian. Cent. III. Prov. 26. Oraculum, quo respiciunt, servavit Athen. XII. p. 520. A. Hos ex Italia procus Agaristae designari voluit Dion Chrys. XI. pag. 163. D. ubi Plisthenis nomini nomen Clisthenis cum Casaubono substituendum est. VALCK.

4. Δάμας ὁ Σαμύριος) Si Arch. et Valla parum iuventur, Δάμασος Ἀμύριος, *Damasus Amyris F.*, erit. Amyris iste propter προσποιήτον μανίαν ἐθαυμάσθη apud Eustath. Iliad. B'. p. 298, 6. abstulitque σοφοῦ titulum. Venit ille Sybaritarum quidem ad Delphos legatus; quo minime negatur, Siriten domo fuisse. Praeclara ergo Th. Galei divinationo. WESS.

[7. οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου) Nisi in fine huius dictionis, ut in *Var. Lect.* hariolatus sum, vocab. μῦθος intercidit; haud dubie, pro importuna hoc loco δὲ particula, aut δὲ scripserat Herodotus, ut lin. 16. et 21. aut μὲν, ut lin. 5. et eadem lin. 21. S.]

8. ὑπερφύοντες τι Ἑλλήνας ἰσχυροί) Nihil muto. [Oblitus equidem eram in *Var. Lect.* adnotare, ἰσχυόν pro ἰσχυροί scribi in Arch. et Vind.] Pausanias VI. 3. οἱ πάντες ἄνθρωποι διαραπύουσι τὰ ὑπερέχοντα τῇ ἰσχυρί. Titormi robur corporis, Milonis viribus exsuperantius, describunt Aelian. XII. 22. et Athen. X. 2. [cap. 4. nostrae ed. pag. 412. f. ed. Cas.] Ambiguum autem [lin. 9.] καὶ φυγόντος ἀνθρώπους explicatur verbis similibus lib. IV. 174. οἱ πάντα ἀνθρώπων φεύγουσι καὶ πάντες ὁμίλην, qui fugiunt quemcunque hominem et cuiuscunque commercium. Potuerat quoque [lin. 10.] τῆς Αἰολίδος pro bono putari, siquidem Calydon et pars Aetoliae Aetolis olim. Hesychium vide in Αἰολικὸν Θῆμα, et quae ibi eruditissimus Valesius. Athic Codicum potior iussus. WESS. — Nescio quo casu accidit, ut in nostra *Var. Lect.* illa etiam Wesselingii Notula omissa sit, quae ad vocem Αἰτωλίδος lin. 10. spectabat. Est illa autem huiusmodi: „Αἰτωλίδος Med. Pass. Ask. Arch. Paris. B. Valla, cum Ald. „Αἰολίδος alii.“ Quod ita dixit Vir doctus, ut significaret, alios codices, illis exceptis quos nominavit, Αἰολίδος praeferre cum Aldo. Iam Aldina quidem editio et caeterae ante Gronovium Editiones Αἰολίδος utique exhibent: sed in Αἰτωλίδος cum Med. reliquisque non modo noster cod. F. verum etiam Parisienses quatuor, nisi me omnia fallunt, consentiunt. Puto vero cum eisdem facere Vindobonensem, e quo haec scriptura hanc ipsam ob causam non enotata est, quoniam ille h. l. a Mediceo, cum quo collatus est, non discedebat. S.

11 seqq. Φεῖδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου πατρὶς Αἰωκίδης, Φεῖδω-

ρος δι τοῦ τὰ μέτρα etc.) Sunt haec turpiter interpolata, luxata certe et mutila. *Phidon*, qui pondera et mensuras Peloponnesiis invenit, et Olympiade VIII. Eleos certaminum praesidio privavit, multo prior *Phidone* est, cuius filius *Leocedes* inter procos *Agaristae* nomen profitebatur. Non latuit ea loci insulsitas viros praeclaros *Palmerium Gronovium*que, quorum hic opitulaturus, *Φειδωνος παῖς Λεωκίδης*, ἀπὸ Φειδωνος δι τοῦ Ἀργείων τυράννου, τοῦ τὰ μέτρα etc. ille vero *Φειδωνος* τοῦ Ἀργείου παῖς *Λεωκίδης*, τυράννου δι Φειδωνος ἀπὸ γένους, τοῦ τὰ μέτρα etc. Quae ego quidem laudare, certa praestare non possum. Prisci *Phidonis τυράννων τῶν Ἑλλήσι μάλιστα ὑβρίσαντος* memoria in *Pausaniae* VI. 22. WESS. — De superiore illo *Phidone*, emendationem *Gronovii* probans *Larcherus* adcurate egit in *Adnotatione* ad hunc locum: et de aetate quidem illius ac de mensurarum ac ponderum usu, quem in Peloponnesum introduxisse perhibetur, ad *Strab.* VIII. pag. 358. ed. Cas. ad *Plin.* VII. 56. (57.) et ad *Marmora Oxon.* Epoch. 31. provocavit; de insolentia vero eiusdem in *agonothetas Eleenses* admissa, praeter *Pausaniam a Wess.* laudatum, ad eundem *Strabonis* locum modo citatum. De eodem homine consuli potest eiusdem *Larcheri* *Commentatio* in *Actis Acad. Inscript.* T. XLVI. p. 43 seqq. S.

17. Ἀζὴν ἐκ Παίδου) Conmode *Ortelius* et *Palmerius* Πάδου κόμης ἐπίπαια ex *Pausaniae* *Arcadicis* cap. 23. compararunt, quibus contento esse licet. Nam *Παλαισπόλιος*, ex suspicione *Cl. de Pauw*, de *Arcadiae Mantinea*, locuplete caret teste, abique longius. Multum quoque *Codicum* quorundam Πάδου πόλιος versavi, sed irrita opera. Certum est, *Phormionem*, *Castores* hospitio excipientem in *Plutarch.* T. II. p. 1103. A., diversum videri ab *Euphorione*, *Laphanis* patre: hic *Arcas* ex *Azania*, ille *Spartiatia*, et dubiae hospitalitatis apud *Pausan.* III. 16. WESS.

27. ἐκ δι Θισσ. ἡλθι) *Med.* et *Ask.* ἤρχι considerationem haud merebatur, quippe scribarum vitium, et a *Steph. Byz.* damnatum: quo in *Scriptore Διακτοριδης γὰρ Κρανώνιος*; refingitur ἀντὶ Κρανώνιος *Miscell.* Nov. Tom. IV. pag. 246., temere admodum. Ipsa sunt *Herodoti* verba, quae in portunum illud γὰρ resecandum, sicuti *Pinedo* et *Holsenius* perspexerunt, clare docent. *Scopadarum* familiam hinc *Ccl. Perizon.* ad *Aeliani* Var. XII. 1. illustravit. WESS.

CAP. CXXVIII. [5. καὶ τῆς ὀργῆς) 'Οργή h. l. *ingenium, indoles, animi impetus*: qua de notione in Adnot. ad I. 73, 18. p. 86. dictum. S.]

6. καὶ συνάπασι) Prave scribebatur καὶ σὺν ἅπασι. Rectius supra, lib. V. 49. ἔσα οὐδὲ τοῖσι συνάπασι ἄλλοισι. Plura Gronov. lib. I. 98. Quod deinceps autem [lin. 8.] pro ἐν τῇ συνιστίῃ, ostentant libri ἐν τῇ συνιστοῖ, tale profecto adparet, ut progredientem iniecta quasi manu moretur. Antea [I. 85, 3.] ἐν τῇ ὧν παρελθούσῃ εὖιστοῖ de praeterlapsa felicitate admirati fuimus: de absentia vero, τῇ ἀπιστοῖ τῆς μάχης lib. IX. 84. Inde-ne ἐν τῇ συνιστοῖ, in familiarī usu ipsoque convictu, deflectit? Equidem arbitrari id, Ionici moris gnarus, nequeo. Sed vide adscripta lib. I. 85. WESS. — Ut εὖιστῶ et ἀπιστῶ a verbo εἰμί, *sum*, derivantur; sic et vocab. συνιστῶ, ab eodem verbo ductum, idem prorsus ac συνουσία, quod paullo ante positum, valebit. Atqui manifeste videtur Scriptor h. l. vocabulum ponere voluisse, quod paullo saltem diversum a superiore significatum haberet. Iam, ut συνιστία, sic et συνουσία quidem convivium subinde significat, veluti II. 78, 1. sed συνουσία latiore habet significationem, quamlibet etiam conversationem et familiarem usum indicans; nunc igitur illa generalior notio vocabulo συνιστία, quod nihil aliud nisi convivium significat, restringitur. S.

CAP. CXXIX. 2. τῆς τε κατακλήσεως τοῦ γάμου) Est, cui placuit, τῆς τε κατακλήσεως τοῦ γάμου, *concludendarum nuptiarum*, dictione apud Graecos ignota, in Germaniae finibus frequente. Loci sententiam Hippoclidæ verba explicant, ὅτι παρίσθιν ἢ μετὰ τῆς γυναῖκος ἢ μόνος κατεκλήθησόμενος, *adesse se, ut aut cum Agarista aut solus acceumbat*, in Diodori T. II. p. 550. Mox [lin 3.] κρίνει ex membranis melius. WESS. — Germanicum vocab. *Beylager* id ipsum exprimit, quod κατακλίσιν τοῦ γάμου Herodotus dicit. S.

[7 seq. κατίχων πολλόν τοὺς ἄλλους ὁ Ἰπποκλιδῆς) *Valla*, quasi προϊχων τῶν ἄλλων legisset, *quum longe alios antecederet*: quam fere in sententiam etiam κατίχων τοὺς ἄλλους accipi posse Corayus (apud Larcherum) censuit: quo etiam tendit Schulzii (in Herodoti Bellis Persicis) ad hunc locum adnotatio. *Vallae* interpretationem quum tenuisset Gronovius, illius loco *Wesseling*. hanc posuit, *quum longe deti-*

neret; perapte ad consuetum verbi usum, sed sensu haud satis perspicuo. Larcherus in hanc partem accepit, animos omnium advertens, attentionem omnium in se prae ceteris convertens. Equidem, quum continendi, cohibendi notione passim Herodotus verbum *κατέχιν* frequentet, in eam fere sententiam illud h. l. interpretatus sum, quam H. Steph. in Thes. Gr. Ling. T. I. col. 1345. ex Isocrate adnotavit, dicens: „Invenio autem *κατέχιν* et pro Cohibeo vel potius „Reprimo loquentem, et quasi Silentium ei impono.“ S.]

[9. αὐλῆσαι ἱμῖλαιαν) Tragicus saltandi canendique modus ἡ Ἑμῖλαια plerumque intelligitur, honestusque censebatur. Vide *Athen.* I. p. 21. e. XIV. 631. c. et *Hesych.* hac voce. Monuit vero idem *Hesychius*, eodem nomine ab *Aeschylō* satyricum etiam modum indigitari, qui alias *sicinnis*: atque ea notione forsā *ἱμῖλαια* h. l. fuerit accipienda. S.]

11. ὑπόπτῃσι) Sic Mssti; aliud nihil mutantes. Cl. Reiskii conjectura ἀπῆπτῃσι, despuebat, speciem praefert, sicuti et ἀπσιώπησι, qua non auferor. Ὑπόπτῃσι Clisthenes, saltatorio illo Hippoclidæ orbe viso, de proco suspicatus levissima quaevis. Potest alioqui ὑποπτίνῃν, limis et iratis oculis adspexisse Clisthenem, ut ὑποβλέπῃν, ὑπιδῆν, innuere; de qua eius vocabuli dote erudite Cl. Ernesti ad *Callimachi* Hymn. Del. vs. 62. Scripsi post pauca [lin. 12.] ἐκείνου σὶ οἱ ob Codices. WESS. — Vide *Var. Lect.* S.

14. Λακωνικά σχήματα) In *Arch.* glossa adest, a Galeo dissimulata. Σχήματα sive σχημάτια saltantium lucem accipiunt ex magni Animadversoris lib. XIV. 6. in *Athenaeum*. [Casaub. ad *Athen.* XIV. p. 628. d. Conf. eundem *Athen.* I. 21. c.] Iam, τὴν κεφαλὴν ἱκτάς ἐπὶ τὴν τράπεζαν, sic *Zenobius* Cent. V. 31. eloquitur, ἐπὶ κρᾶς κυβιτήσας, non ἐπὶ κρῖος, quod *Schottus* vulgavit et male vertit, in adnotatis insuper delinquens varie. WESS.

16. τοῖσι σελῖσι ἱχειρονόμητο) Attigit ista saepius et cum similibus comparavit *Eustath.* in *Hom.* Ἰλ. α. p. 120, 44. ψ. p. 1460, 21. *Od.* ε. p. 219, 10. [p. 159. 1334. et 1531. ed. Rom.] Contra τὸ χειρονόμῃν, gesticulari, ταῖς χειρὶν ἐρριῖσθαι dixit *Antiphanes* apud *Athen.* IV. pag. 134. b., qui nobis XI. p. 482. e. ex *Andromeda* *Sophoclis* hunc unicum servavit senarium: Ἰπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολῆς χθόνα; interpretatur *Eustath.* ἱππότης ἦναι, ἢ διὰ πλοῦτον, p. 1281,

20. [p. 1205. ed. Rom.] Sed hoc ad aliud etiam genus referri potest, D'Orvillio Viro Cl. operose tractatum in *Chariton*. p. 395. et seqq. Alia quaedam notata sunt ad *Eurip.* *Phoen.* vs. 28., ubi omitti non debuerant *Philostrati* ἱπποκόμος τῶν καμήλων e lib. II. de Vit. Apoll. c. 1. et ex cap. 6. ἱππῶται τῆς ἀγίλης ταύτης, elephantis equorum loco vecti, T. Hemsterh. in *Lucian.* p. 401. Conf. I. Meursii Orchestra in *Χιρονεμία*. VALCK.

22. ἀπωρχήσας γε μὴν τὸν γάμον) Clisthenis dictum merito videbatur *Athenaeo* XIV. pag. 628. D. χαίμεν καὶ σήμεϊον δακνοίας πεπαιδευμένης. Optime G. Budaeum sequutus H. Steph. Thes. L. Gr. II. pag. 1485., interpretatur, τῇ ἀσχμεσύνῃ τῆς ἐρχήσεως τὸν γάμον ἀπίβαδας. Herodoti verbum *Suidas* adhibuit in Οὐ Φορτίς Ἰπποκλιδῆ. Ἐξωρχήσῃ τὸν γάμον scripsit *Zenob.* Cent. V. Prov. 31., monente *Küstero*: conf. *Diogenian.* VII. 21. *Erasmus* et H. Steph. *Plutarchi* verba iam compararunt, quae leguntur in *Herodotum* acerbissima T. II. p. 867. B. Forte verbi memor in hac narratione *Aelianus* de Nat. An. XVI. 23. proprio significato scripsit τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο, de equis, qui in bello ad tibiam saltantes, excussis scissoribus cladem dominis attulissent. Ad ἐξωρχισθαι apta quaedam dedit *Laur. Normann.* in *Aristid.* p. 590. VALCK.

CAP. CXXX. 2 seqq. πάντας ὑμᾶς ἱκανῶς etc.) Similis Iovis ad uxorem filiasque excusatio in *Luciani* Dial. Deor. XX. 1., forsā ad hanc Clisthenis efficta. Ob eam autem Cl. de Pauw valde suspecta superior declaratio ἀπωρχήσας γε μὴν τὸν γάμον: neque enim talia districtē locutum dicere ista haec potuisse. Fortasse fuisse, ἀπωρχήσας γε μὴν τὸν γάμον: h. e. fili Tisandri matrimonium ita forte desaltes; vel quia haec gesticulatio mihi displicet, vel quia valetudinem tuam in periculum adducis hac saltandi forma. Sic vir doctus, haud sane advertens superiore dicto ἀπωρχήσας etc. Hippoclidem spe nuptiarum prorsus excidisse, his vero blande reliquos conpellari procos. WESS.

10. Μεγακλῆϊ ἱγγυῶ παῖδα) Oblatam accipiens conditionem Megacles mox dicebat ἱγγυᾶσθαι. In talibus ὁ δίδους ἱγγυᾶ· ἱγγυᾶται ὁ λαμβάνων, apud *Isaeum* p. 40, 37. 42. p. 41, 27. *Pausan.* IV. pag. 302. f. Eadem significandi differentia multa distabant in Attico foro. VALCK.

CAP. CXXXI. 2. Ἀλκιωνίδαὶ ἰβώσθησαν) Oblitus horum H. Steph. in Recensu Vocum Herodoti, verba Scriptoris lib. VIII. 124. Θιμιστοκλῆς ἰβώσθη τε καὶ ἰδοξώθη --- ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα reformat ἰβώθη, facto ex ἰβοήθη, cui calculum non addo. Utrumque ex βόω, per Syncopen ex βοάω, genito; quod Sylburgius ad Clenardum et Portus ostenderunt. WESS. — Herodoteum ἰβώσθησαν vulgo diceretur διβοήσσαν. In βωθῆναι insertà literà sequentis erat asperitas mollienda. VALCK.

[4. Κλεισθίνης ὁ τὰς Φυλαίς etc.) Vide lib. V. c. 66. S.]

CAP. CXXXII. [1. ἐν Μαραθῶνι τρώμα γινόμενον) Adiectum malles τρώμα Πέρσῃσι γινόμεν. Sed ignorant id vocab. libri omnes. S.]

CAP. CXXXIII. 3. στρατινόμειοι τριήρεις) Addi plerumque triremium numerus solet. Haud ergo scio an sperni τριήρει debeant, ut una triremi Marathonem Parii cum Persis venerint. Valla ita et duo Codices. Malui [lin. 5.] πρόσχημα λόγου (quod lib. IV. 167.) ex Arch. WESS.

9. κατελειμμένους) Herodotei moris esse κατελειθῆναι ἐς τὸ τεῖχος et ἐντὸς τεύχος, nemo non novit. Itaque bene Vind., a quo una littera alii differunt, uti saepe erratur. Vid. IX. 30. et 69., atque D'Orvillium ad Charit. VII. 3. p. 601. Qui ἐσπίμπων κήρυκας [lin. 10.] dederunt, numerum reddiderunt iusto auctiorem. WESS.

9. ἐπολιόρκει Παρίους ἑγκατελειμμένους) Una de duabus litera praetermissa scripserat, opinor, ἑγκατελειμμένους, ut saepius in talibus κατελειθῆναι ἐς τὸ τεῖχος ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐς τὸ ἄστυ. Apud Nepot. c. 7. Miltiades urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit. Ephorus, e quo suam summissee Cornelium narrationem vidit Lambinus, apud Steph. Byz. in Πάρος, de Miltiade, Πάρον, ait, --- κθεζόμενος (προσκαθεζόμενος scribendum puto) ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων. Mirarer quomodo scribi posset ad Κατέκλεισαν in Scholiis ad Thucyd. V. p. 367, 68. ταῦτίστι τῶν εἰσαγωγῶν ἢ τῆς θαλάττης αὐτοὺς ἀπέκλεισαν: nisi dederit Thucydides, ἑγκατέκλεισαν --- Μακεδονίας Ἀθηναῖοι Περδίκκων, ut Sophocles dixit in Ai. vs. 1292. ἐκλείων ἑγκακλισμένους, pro ἐντὸς ἐκλείων κεκλισμένους. VALCK.

10. ἐσπίμπων κήρυκας) Scripserat usitato, ni fallor, more κήρυκα, quod praebent margo Steph. et Valla. Ex

diversis proxima lectionibus sic constituerem: αἵτις ἑκατὸν τάλαστα, Φάς; ἢν μὴ οἱ δῶσιν, οὐκ ἀπονοστήσειν τὴν στρατιάν, πρὶν ἢ ἐξέλθῃ σφίλας. [Vide Var. Lect.] Paulo post interpunctione mutata scribendum: καὶ, τῇ μάλιστα ἴσκι ἑκάστοτε ἐπίμαχον, τοῦ τείχεος τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο (vel ἐξήρετο) δεπλήσιον τοῦ ἀρχαίου. Scribi quoque potuit, τὸ τοῦ τείχεος, sed alterum praefero. *Thucyd.* IV. 115., ἦ --- ἢν ἐπίμαχώτατον, nempe τὸ τείχισμα. *Xenoph.* p. 360, 13. VALCK. — Potest vero etiam, τοῦ τείχεος ad superiora relato, commodè intelligi ἐπίμαχόν τι (vel μέρος, aut ἐπίμαχον χωρίον, ex l. 84, 15.) τοῦ τείχεος. S.

10 seq. ἢν μὴ οἱ δῶσι) Aldi aliorumque δῶσιν calamo debetur aberranti; cetera Florentinis nihil concedunt, immo potiora sunt. Neque displicet ἀπαναστήσειν τὴν στρατιάν, a Valla versum, et iudicio duorum Codicum probatum. Alterum certe utrum aut glossa aut corruptela est. In *Paro Miltiadae* studio oppugnata discrepat nonnihil *Ephorus* in *Ethnicogr.* voce Πάρος, et *Cornelius Nepos* Vit. *Miltiad.* c. 7., ubi *Lambinus*. Quod deinceps [lin. 15.] καὶ τῇ μάλιστα ἴσκι etc., contendi cum lib. I. 84. poterit. WESS.

CAP. CXXXIV. 10. τὸ ἔρκος Δισμοφύρου Δήμητρος) *Septum templi*, ἔρκος Nostro, περιβόλον dixerunt *Plato* T. III. p. 116. c. et saepe *Pausan.*, qui, nulla quoque templi mentione facta, lib. VIII. p. 664. περιβόλον θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων, *Cereris* et *Proserpinae*, quarum sacerdos *Herodotea* fuit *Timo*: p. 675. ἐντιῦθεν ἐς τὸν ἱερὸν περιβόλον τῆς Δισποίνης (filiae *Neptuni* *Cererisque*) ἰστὶν εἰσοδος. *Septum* si *Miltiadi* licuisset ingredi *Cereris*, viro certe fas non erat ἵέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον. Sic eximie sanctius penetrale vocabant, in quo mystica sacra *Cereris* recondebantur. Attigit *Hemsterh.* in *Aristoph.* *Plut.* p. 275. et in *Lucian.* p. 136. vid. *Hesych.* in Ἀνάκτορον. In *Plutarch.* de *Is. et Osir.* p. 161. [p. 378. D. E.] ubi μέγαρον in μεγαλάρτια mutanda censebat ill. *Ex. Spanhem.* ad *Callim.* p. 673. legerem: Βοιωτοὶ, ὅτι τὰ τῆς Ἀχαιῶς μέγαρον κινούσιν. Profano non licebat *Miltiadi* κινεῖν τι τῶν ἀκινήτων. De aliorum etiam templorum interiori recessu ἀνάκτορα frequenter *Euripides*, μέγαρον adhibet *Herodotus*. VALCK.

15. Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης) Nullum *Suidae* ἐπελθούσης in libris praesidium, et merito. *Sophocles* *Elect.* vs. 1118. Τέ

ὃ ἔστιν, ὃ ξὶν' ὥς μ' ὑπέρχεται φόβος. Pluribus nihil opus. WESS.

CAP. CXXXV. 11. ἐκφήσαν) Libet in hoc acquiescere, etsi notabiliter Arch. ἐκφήσαν. Mox οὐ Τιμοῦν εἶναι αἰτίν τούτων [lin. 13.] Cl. de Pauw, deletō articulo, non esse Timoun culpandam, sed etc. [At perinde τὴν αἰτίν bene habet.] Eleganter Liban. T. I. p. 486. ἀλλ' ἡ κρίνασα Διὸς μὴ εὖ τελευτῆσαι τὸν μέγαν Μιλτιάδην, αὐτὴ τοῦτο τὸ κακὸν ἔπιμψε, haec Nostri aemulatus, addito accusatore Xanthippo. WESS.

CAP. CXXXVI. 5. τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα) Ephorum sequitur probabiliter Nepos. Scholion est ineditum in Aristid. T. III. p. 292. Ἐνα λέγει τὸν Μιλτιάδην· ὅτι γὰρ ἐκρίνετο ἐπὶ τῇ Πάρῳ, ἠθέλησαν αὐτὸν κατακρημνίσαι. ὁ δὲ Περύτας εἰσιθὼν ἔζη (ἐξητήσατο) αὐτόν. ἡ δὲ αἰτία τῆς Πάρου αὕτη ἦν, καταδουλοῦσθαι τὰς νῆσους τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ἐξαλῶν εἰς Πάρον πρῶτην, καὶ παρελθὼν τὸ (εἰς τὸ) ἱερὸν μεμολυσμένος αἵματι τῶν πολέμιων οἱ μὲν φασὶν ὡς βίβει ἐβλήθη· οἱ δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους κατηνέχθη· κατὰ γὰρ οὖν τὸν μηρὸν ὑπέστρεψεν ἀπρακτοὶ αἰὲ ἐκρίνετο. Postrema sic emendata sunt, κατὰ γὰρ οὖν τὸν μ. ὑπ. ἀπρακτος, καὶ ἐκρίνετο. VALCK.

6. αὐτὸς μὲν παριῶν οὐκ ἀπελογίετο) In fine suae pro Miltiade apologiae Aristides, οὐδὲν πλὴον, inquit, τοῖς δικασταῖς δείκναι τοῦ τραύματος, οὐ δακρύσαντα, οὐ παῖδια ἀναβιβασάμενον. Postrema rectius omisisset Sophista. In his sua Nepos debet, opinor, Ephoro. Secundum Herodotum, verba pro eo fecerunt amici, [lin. 8-10.] τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι γινομένης πολλὰ ἐπιμενημένοι, καὶ ὡς ἐλὼν Ἀἰμῶν τε καὶ τισάμενος τοὺς Πελασγοὺς παρίδωκε Ἀθηναίοισι. Si sic scripta Codex praeberet antiquus, voces τὴν Ἀἰμῶν αἵρεσιν ex nota marginali crederem adiectas. VALCK. — Perinde vero suspicari licebat, post τὴν Ἀἰμῶν αἵρεσιν intercidisse fortasse verbum aliquod, veluti ἐπιλέγοντες, aut in eandem sententiam aliud. Sed fortasse etiam neutra opus erat coniectura. Verbum ἐπιμενημένοι proinde et cum accusat. et cum genit. casu iungi potest. Itaque, sicut et aliàs variare multis modis constructionem orationis amat Noster, et ab alio structurae genere ad aliud subito transire, sic fortasse et hoc ἀνακολουθίας genus, quod in vulgata huius loci scriptura consentientibus libris inest, licitum sibi iudicavit. S.

9. τῆς ἐν Μακεδῶνι) Quod schedae adiungunt γινόμενης, necessarium quidem non est, Herodoteum tamen: conf. lib. VII. 1. Tale etiam τὸ ἐν M. γινόμενον τραῦμα, supra c. 132. Continuum nexum aut debebat scribi καὶ τῆς Ἀῆμι-
νου αἰρέσεως, quae Pavii doctrina, aut, quod et Valckenario Nostro in opinionem venit, ex parte tolli, legique καὶ ὡς ἰλῶν Ἀῆμιον etc. [Vide superiorem Adnot.] His iungo ex Gruteri Thes. p. ccccxviii. 6. epigramma priscum, ΠΑΝ-
ΤΕΣ, ΜΙΑΤΙΑΔΗ, ΤΑΛΑΡΦΙΑ ΕΡΓΑ ΙΣΑΣΙΝ ΠΕΡΣΑΙ, ΚΑΙ
ΜΑΡΑΘΩΝ ΣΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ΤΕΜΕΝΟΣ: cuius quidem τα-
λαρῆια, si pingeretur, τὰ σ' ἀρήια, non morarentur lecto-
res. Alia Cl. P. Burmannus Sec. ad Anthol. Lat. II. p. 195.
WESS.

11. προσγενόμενον δι τοῦ δήμου etc.) Venerat Miltiades in barathri periculum ex Platonis narratione in Gorg. p. 516. E.; cui adstipulatur Aristides T. II. p. 224. Ed. Ieb. Alii id reticent. sollempni in talibus variatione. Mox [lin. 14.] σφακίλειαντός τε τοῦ μηροῦ etc. ex Mastis cultum accepit: vulgati enim iteratum pronomen accidebat insuave. Supra quoque lib. III. 66. Cambysi similis sideratio, ubi vide de Galeno. WESS.

CAP. CXXXVII. 2. ἐπὶ τι ἐκ τῶς Ἀττικῆς etc.) Si qui ἐκ τῆς et ἐξεβλήθησαν melius opinabuntur, favebunt schedae. Certum est, ἐξελάθησαν, in his libris creberrimum, non recte a Gronovio ἐξελάσθησαν promulgari. Vid. lib. IV. 145. — Immo vide quae ibi in Var. Lect. ad l. 4. notavimus, et conf. eiusdem cap. 145. lin. 16. S.

[7. τὴν σφίσι ὑπὸ τὸν Ὑμησσόν] In Var. Lect. monere debueram; in edd. ante Schaeff. et in mstis omnibus σφίσι αὐτοῖσι, aut σφίσι αὐτοῖσιν (ut in nostro F.) scribi; nos vero cum Schaeff. posteriorem abiecissem vocem, rectius facturos si in αὐτοὶ (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) mutassemus S.]

8. μισθὸν τοῦ τείχους etc.) Τείχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν signatur lib. V. c. 64. et ab Ampl. Bouherio, Diss. Herod. c. 9. p. 100. WESS.

10. τὴν πρότερον εἶναι κακὴν) Quod paulo legitur ante, εἶδεν, hic meo iudicio aptius esset, quam εἶναι: illic ad ambiguum evitandum omitti potuit: ἐπὶ τι γὰρ ἰδὲν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώραν, τὴν σφίσι αὐτοῖσι (ipsis, Pelasgis nempe) ὑπὸ τὸν Ὑμησσόν εἶδεν οἰκῆσαι μισθὸν τοῦ τείχους τοῦ περὶ τὴν

ἀκρόπολιν κοτε ἑλλαμίνου. Ut *Valla*, cepit ista *Io. Meurs. Cecrop.* cap. 5. Conf. *M. Solan. ad Lucian.* T. II. p. 22. *Schol. in Eurip. Phoen.* vs. 24. [at ibi nihil huc spectans:] et in *Schol. ad Aristoph. Av.* vs. 833. Τυρσηῶν τείχοςμα Πιλαργικόν, quod attigit *I. G. Graevius* in Prooem. ad *Callim.* VALCK. — At ἰούσαν (l. 7.) commodè suum locum tuetur: ἡτε τὴν, ionice pro ἡ, positum, in oratione infinita recte cum εἶναι constructitur, sicut ταύτην ὡς ἰδίῃν, et paullo ante ἐπὶ το γὰρ ἰδίῃν. S.

16. θυμαίρας τε καὶ παῖδας) Ultima tria suspicione premuntur haud iniusta: sexus sequioris si putentur, cum nullae tum ancillae, tueri sedem haud poterunt: τοὺς παῖδας ex Msstis ubi admiseris, quid fiet brevi secuturis, ὅπως δὲ ἔλθοιεν αὐταί? Erant praeterea veteri more puellae ὑδροφόροι. Tali Gordium ἰτυχιῖν παρθένῃ ὑδρευομένην tradit *Arrian.* Ἀναβ. Ἀλ. II. 3. et apud *Poëtam Od. K.* vs. 105. κοῦρη δὲ ξύμβληντο πρὸ ἄστεος ὑδρεύσθ. Parum itaque absum a proscriptione earum vocum, laudibusque *Arch.*, suo eas suffragio damnantis. WESS. — Nisi prorsus abiiciendae, saltem (ut admodum suspectae) uncis includendae a nobis fuerant tres illae aut quatuor voces. S.]

27. ἄλλα τε δὴ σχοῖν χωρία, καὶ Ἀῆμνον) Ex margine ed. *Steph.* restitui potuerat καὶ δὴ καὶ Ἀῆμνον. Sic solent istae voculae adhiberi: I. 29. Sardes venerunt ἄλλοι τε, - καὶ δὴ καὶ Σόλων. Cap. 129. καὶ ἄλλα λείπον - καὶ δὴ καὶ εἶρετό μιν. IV. 150. ex Codd. scriptum, εἴποντο δὲ οἱ καὶ ἄλλοι τῶν πολιτῶν, καὶ δὴ καὶ Βάκτος. VALCK. — Vide *Var. Lect. S.*

CAP. CXXXVIII. 3. πεντηκοντήρους κτησαμένοι) Opportunius κτησαμένοι, positis navibus, videri potest; nisi tum demum naves sibi Pelasgos parasse placeat, quae vix credibilis de insulani opinio. Rapuerum autem insidiatores καπηφόρους παρθένους, πλεύσαντες εἰς Βραυρών, teste *Philochoro* apud Scholiasten Venetum, a *Bongiovanni* publicatum, in *Iliad. A.* vs. 465. [Schol. *Villois.* ad Ἰλ. α'. vs. 594.] Vide ad lib. IV. 145. WESS.

8. γλώσσάν τε τὴν Ἀττικὴν, καὶ etc.) *Herodotum* sequutus *Didymus* apud *Schol. in Eurip. Hec.* vs. 886. αἱ δὲ τοὺς παῖδας, inquit, τὴν πατρίαν φωνὴν καὶ τὰ ἥθη ἰδίδαξαν. Quae succedunt ibidem vitiosa, οἱ δὲ συνήρχοντο τότε ἀλλήλοις, sic videntur corrigenda: οἱ δὲ συνήρχοντο τε ἀλλήλοις, καὶ, εἴ τις τύπτει

ἀπ' αὐτῶν τινα, ἰβόηθων ἅπαντες: expressa sunt ista ex Herodoteis, quae respicit Eustath. in 'Ιλ. α. p. 119, 41. [p. 158. ed. Rom.] Conf. Zenob. Cent. IV. Prov. 91. VALCK.

11. εἴ τις τύπτει τις αὐτῶν) Vera Reiskii e Mssis correctio est. Critici in Euripid. Hecub. 887. καὶ εἴ τις τύπτει ἀπ' αὐτῶν τινα, ἰβόηθων ἅπαντες, sermone aliquantum mutato. Deinceps [lin. 14.] καὶ πολλὸν ἐπαρτέριον ex schedis recipi poterit. WESS.

[15 seqq. καὶ σφισι βουλευμένοισι δεινόν τι εἰδόντι etc.) Val- la: considerantesque rem esse indignam etc. Wess. cum Gron: considerantesque indignatio quaedam intravit; Si autem isti pueri etc. Iam pulcre quidem novimus, δεινὸν ποιῆσθαι τι saepius commode reddi posse indignari aliqua re: (cf. III. 155, 7. ibique not.) sed cum verbo ἰδόντων (quod aliquanto etiam mollius quam εἰσέλθωαι est, et subire, obrepere, insinuare se significat) et cum his quae hic consequuntur, parum commode indignandi notio convenire videtur. Longe vero magis ab auctoris mente discedit Iacobsii, Viri clarissimi, interpretatio (in Atticis p. 385.) δεινὸν h. l. crudele Pelasgorum de occidendis pueris consilium intelligentis. Frequentissime δεινὸν apud Nostrum rem metuendum, periculosam, periculum, significat: I. 84, 8. 120, 22. 143, 3. 151, 9. VII. 157, 18. 203, 8. etc. Igitur hoc Herodotus dicit, deliberantes illos incessit metus; subiit illorum animos cogitatio quid in posterum ab his pueris metuendum sit, si iam nunc etc. S.]

23. τοὺς ἅμα Θόαντι etc.) Thoantem Hypsipylae pietate conservatum poëtae perhibent. Alia omnia Herodotus, vitii suspectus propterea Casp. Barthio ad Papinii Stat. Theb. V. vs. 328. Nemo, decernenti, de Thoante hoc tradidit. Igitur duae voces ἅμα Θόαντι, aut glossema sunt, aut corrupta est prior, et legendum, παρὰ Θόαντος. Quid si vero Herodotus, utsaepe, separatas ab aliis habuerit rationes? Habuisse autem, membranae clamant omnes, et laudati ad Euripid. Hecub. [vs. 887.] interpretes, καὶ μετὰ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες τοὺς σὺν Θόαντι πάντας ἀπίκτιναν. δι' αὐφότερα οὖν ταῦτα ἡ παροιμία ἰδόθη, τὰ Λήμνια κακὰ. Errant fateor in tempore necis, alioqui Nostro conspirantes plenissime. De famoso Lemniis dicto [praeter Paroemiographos] multa Stanleius ad Coëph. Aeschyli vs. 631. WESS. — De Lemniorum virorum caede a mulieribus patrata consuli Apollo-

dorus potest I. 9, 17. et *Apollon. Rhod.* I. 608 seqq. Quod vero de Thoante Herodotum separatas ab aliis auctoribus rationes habuisse scribit Vir doctissimus, pro ea sententia ad Euripidis Scholiasten frustra provocatur; quippe quem sua, loco citato, ex ipso Herodoto hausisse (partim quidem nonnihil mutata, partim vero memoriae lapsu depravata) dubitari vix potest. Credibile est utique, legisse cum apud *Herodotum*, quod et libri nostri exhibent, τοὺς ἅμα Θόαντι, suo vero arbitratu σύν pro ἅμα, non discrepante sententia, posuisse. Sed illud h. l. quaeri haud immerito posse videtur, recte-ne verba ista Scriptoris nostri acceperint Interpretes, quos et ego imprudens secutus in Latinis posui, *maritos suos simul cum Thoante occidentes*. Id si ille voluisset, non τοὺς ἅμα Θόαντι scripturus erat, sed nude ἅμα Θόαντι ἄνδρας σφίγγοντες. Adiectus articulus indicat τοὺς ἅμα Θόαντι γενομένους, qui cum Thoante (i. e. Thoantis aetate) vixerunt: quo indicatur tempus, quo ea res gesta est; non negatur, caede exemptum per filiae pietatem fuisse Thoantem. S.

CAP. CXL. 4. καταλύσας) Utrum *Valla*, vertendo solvens, καταλύσας habuerit ante oculos, valde dubium: certe Scholion aut aberratio est, cuiusmodi καταστήσας *Arch.* Praecessit πέν - - - ἑξάντη - - - ἐς τὴν ἡμετέραν: redibitque ἑξάντους lib. VII. 183. Apud *Diodorum* XIV. 103. scripti libri πεμπταῖος δὲ καταλύσας ἐς τὴν Μισσην: antea καταλύσας, quod hic in *Etonensi*. WESS.

8. Ἡφαίστιος) Lemnus δῖος erat, quarum *Hephaestia* in parte insulae versus orientem solem, *Myrina* ad eius occasum; prodente, qui ad utramque invisit, *Galeno* lib. IX. *Simpl. Medic.* p. 118. Quo vero utraque modo Atheniensium in ditionem venerit, *Charax* in *Stephani* Ἡφαίστιος memoravit, praeclarâ Cl. *Valckenarii* adiutus et defensus operâ. WESS.

Ibid. Ἡφαίστιος μὲν νῦν ἐπιθόρτο) In his quoque diversum ab *Herodoto* sequutus auctorem *Nepos*, tandem tamen, qui Lemnum incolebant, secunda fortuna adversariorum captos, narrat ex insula demigrasse. *Herodoto* tota dicitur insula sub Atheniensium redacta potestatem; nam primum, inquit, Ἡφαίστιος ἐπιθόρτο, tandem et coacti Μυρινάοι παρίσταναν. Duae tantum erant urbes in insula Lemno, Μύ-
Herod. T. VI. P. I. R

ρῖνα, et Ἡφαιστία, quapropter dicta fuit διπολις secundum alios et *Etymologum* p. 279, 5. conf. *Harpocrat.* in Ἡφαιστία, *Schol. Hom.* in Ἰλ. d. 593. et *Berkel.* ad *Steph.* in Μύρινα. Sed ad *Herodotum* pertinet inprimis insigne fragmentum *Chronicorum Characis*, quod minus intellectum hactenus apud *Steph. Byz.* nobis fuit servatum in Ἡφαιστία. Priora istius fragm. verba sic reficienda videntur: Χάραξ - - - φσιν, ὅτι οἱ Μυριναῖοι, τῶν Πελασγικῶν ὑποσχίστων οὐ φροντίσαντες, ἀπέκλυσαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, καὶ κείνος πολιορκίᾳ παρεστήσατο αὐτούς. Sequentibus gravius vulnus fuit inflictum: Τῶν δ' Ἡφαιστιῶν τύραννος ὧν φοβηθεὶς τὴν δύναμιν ἔφη χαρίζομενος τοῖς Ἀθηναίοις, φίλοις εὖσιν, ἰμπεδοῦν τὰ ὁμολογηθέντα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν, καὶ ἀμαχίᾳ παρέδωκε τὴν πόλιν. Est qui voci τύραννος subiectum ὧν deleri voluerit, vestigium veri nominis olim a Charace positi, τύραννος Ἑρμων. His sac subiecta fuisse, (τῶν Περσῶν) φοβηθεὶς τὴν δύναμιν, omnia recte se habebunt. *Hermonis* nomen satis commendabit *Zenob.* Cent. III. Prov. 85. in Ἑρμώνιος χάρις: ubi in eadem historia, diversimode narrata, Ἑρμων βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαμίου τὴν δύναμιν φοβηθεὶς, προσποιήσάμενος δὲ ἑκὼν δίδοναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. In *Characis* verbis, quod properanti *Salmasio* exciderat, *Berkelius* non debuerat in contextum inferre, καὶ κείνος τὴν πολιορκίαν παρεστήσατο αὐτοῖς: illa vix Graeca; sincera sunt ante vulgata, καὶ κείνος πολιορκίᾳ παρεστήσατο αὐτούς, qui prius obsidione cinctos sub potestatem suam redegit. De iisdem *Myrinaeis Herodotus*, ἐπολιορκίοντο, ait, ἵς δ' καὶ οὗτοι παρέστησαν, donec et hi in dedicationem venerunt. Conf. lib. VI. c. 99. *Demosth.* c. *Androt.* p. 386, 28. Eiusdem est p. 6, 25. Ὀλυνθοὶ παραστήσεται. In istum sensum praeter ceteros bis terve παραστήσασθαι *Thucydides* adhibuit, docente *Dukero* in *Add.* ad p. 73. pro ὑποχίρην ποιῆσθαι, et sic *Herodot.* IV. 136. III. 45. Attigit hunc usum *Schol. Soph.* *Oed.* in Col. vs. 910. VALCK.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SEPTIMUM.

CAP. I. [Lin. 3. κτεχαργμίνον) *Hesychius*: Κτεχαργμίνος ὠργισμίνος. *Euripides Med.* 156. κείνῳ τὸδε μὴ χαράσσου. *S.*]

8. πολλῶ πλίω ἐπιτάσσων) *Optime Mssti*; e quorum uno παρείχον perplacet. Sic suus sermoni color et nexus redibit. Statim καὶ πλοῖα, [lin. 9.] etsi quibusdam in *Codd.* neglecta, non removeo, *Arrianus Indic.* c. 19. Νῆες δὲ αἱ σύμπασαι -- αἷτε μακρὰ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα, καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ, discrimen inter νῆας et πλοῖα adfirmans. *Gronovium* hic consule et *Valcken.* ad lib. VI. 48. *WESS.*

8. πολλῶ τε πλείον) *Superfluum est τε*, neque bene cohaerent πλείον -- καὶ νῆας -- καὶ πλοῖα. *Codicum lectio, H. Stephano et Galeo memorata*, genuina est, πολλῶ πλίω: nam vicinis congruit, et formam vocis praebebat Nostro usitatam; quem scripsisse suspicor πολλῶ πλίω ἐπιτάσσων ἐκαστοῖσι, ἢ πρότερον παρείχον, (nempe pro παρίχιν, παρείχον enotatum ex *Arch.*) νῆας τε, καὶ ἵππους, καὶ οἶτον, καὶ πλοῖα, naves bellicas, et πλοῖα, ἱππαγωγὰ et σιτηγὰ: vide notata ad lib. VI. c. 48. *VALCK.*

10. Ἀσίη ἰδονῖτο ἐπὶ τρία ἔτια) Tueri sese πᾶσα potuisset, ni stetisset per schedas. *Appianus Bell. Civ. lib. IV.* [c. 52.] p. 995. τὰ ὑπερόρια πάντα πολέμοις -- ἰδονῖτο. *Herodianus VII.* 5. πᾶν δὲ τὸ Λιβύων ἔθνος εὐθὺς ἰδεδόνητο. Non exscribo *Gregor. Naz. Or. XXVIII.* p. 483. D. neque *Agathiam Schol. lib. II.* p. 30. *Tzetzes Chil. I.* 870. τρεῖς ὅλους ἐπὶ χρόνους turbatam Asiam, conductasque undique copias scribit; seculi more, quo de *Hemsterh.* ad *Plut. Comici* p. 407. *WESS.*

CAP. II. [3 seq. ὡς δεῖ μιν etc.) ὡς, quemadmodum, prout, caussali notione, quoniam. Pronomen μιν quum ad *Darium* referatur, commodius utique videbatur, si libri de-

dissent, ὡς ἴδε, μν. Nunc, quoniam intelligi voluit Scriptor ad quemlibet Regem pertinuisse illam legem, proprie dicendum fuerat, ὡς δὲ τὸν βασιλᾶ, ἀποδίδαντα διάδοχον, aut aliquid tale. Consequens particula οὕτω lin. 5. valet ita demum, nempe postquam regni successorem designavit. S.]

4 seq. ἀποδίδαντα βασιλῆα - - - στρατιῶσθαι) Secundum Persarum legem, soli forte memoratam Herodoto, ante expeditionem susceptam a Rege designandus erat, qui, si quid ipsi humanitus accidisset, in regnum succederet. Ex Herodoto non liquet, sic designatum successorem, si pater e bello salvus rediisset, cum illo velut collegam regnasse, quod viri docti tamen statuuisse videntur: vid. Ez. Spanhem. ad Iulian. p. 278 seq. Quam deinceps enarrat Darii filiorum litem ab ipso Dario secundum Xerxen pronunciatam, illam post patris obitum a patruo velut arbitro compositam, alium auctorem sequuti, tradiderunt Iustinus II. 10. et Plutarch. T. II. p. 488. d. hinc Simson. Chron. A. M. 3520. conf. Iulian. Or. I. p. 33. v. et Spanhem. p. 217. VALCK.

Ibid. κατὰ τὸν Περσίων νόμον) Legem hanc Persarum, solius, quod quidem memini, Herodoti testimonio cognitam, B. Brisson. Regn. Pers. lib. I. 9. tetigit. Lata prudenter fuit, ne, rege peregre fati functo, de successione, damno civium, iure aut mage ferro disceptaretur. Eadem causâ Eurystheus, in Heraclidas profecturus, Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ αἰκίον, Atreo commisit apud Thucyd. I. 9. Quod Iustinus autem de Dario, ab Artaxerxe patre in regni societatem adseito, contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur, lib. X. c. 1. id hinc convellitur. Confer Ez. Spanhem. ad Iuliani Or. I. pag. 279. WESS.

9. ἐπρόβου 'Αρτοβαζάνης) Hinc Hesychius: 'Επρόβου, πρεσβύτερος ἦν. Thomas M. in Πρεσβευόνται: Πρεσβύνω, καὶ τὸ πρεσβύτερός εἰμι: quam in rem haec adfert Herodoti et Thucydidis verba. Sophoclis Polynices Oed. in Col. vs. 1418. [1422. ed. Br.] Αἰσχρὸν - - - τὸ πρεσβυόντ' ἐμὶ Οὐτῷ γιγᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα: erat ille quidem secundum Euripiden natu minor; sed Soph. in eodem dixerat dramate vs. 366. 'Ο μὲν νεώζων καὶ χρόνῳ μείων γηγώς Τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνίκην θρόνων 'Αποστρίψκει. Herodoti 'Αρτοβαζάνης, (Plutarcho et Themistio p. 74. d. 'Αραμίνης, atque ita formam

etiam dictus *Iustino*) aetatis privilegio regnum sibi vindicabat, καὶ ὅτι [lin. 12.] νομιζόμενον εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν. In his Herodoti, si vel in aliis non legeretur, ex Eustathii Codice scriberem, καὶ ὅτι νομιζόμενα εἶναι: quem sic legisse liquet ex eius Comm. in 'Ιλ. d. p. 22, 6. et p. 44, 51. παρὰ Ἡροδότου νομιζόμενα, ἀντὶ τοῦ νομιζόμενον: ubi plura collegit similia. conf. H. Steph. in App. Thes. Ling. Gr. p. 46, 150. VALCK. — De nominis proprii scriptura vide Var. Lect. ad h. l. et Adnot. ad VI. 98, 8. Qui Ἀγροβαζ. scripsere Graeculi, hi ad graecum vocab. ἄγρος originem Persici nominis referebant. S.

12. ὅτι νομιζόμενα εἶναι) Nullam νομιζόμενον litem expe-
riretur, ni Pass. et Eustath. eam intenderent: caussam Ioni-
um Atticorumque consuetudo, neutris huiusmodi plurali-
bus gaudentium, urget. Morem, quo natus maior filio-
rum postgenitis in regni successione antefertur, iuri gen-
tium et naturae acceptum Iustinus fert, ut Eusebius Vit.
Constant. I. 21. νόμῳ φύσεως. Videndus est H. Grotius Iur.
Belli et Pac. II. 7. 13. et quae ibi eruditi commentatores.
WESS.

CAP. III. [2. ἀνμάχητος) Vide lib. VI. c. 70. S.]

6. ὡς ἡ φάτις μιν ἔχει) Sicuti rumor de eo fert. Quae qui-
dem dictio tentanda non fuerat. Τοῦτους μὲν τοιαύτη φάτις
ἔχει scripsit lib. VIII. 94. capite vero 6. post pauca, ἵνα
λόγος τίς τε ἔχη. Nec multum Pindari abit Pyth. Od. I. sub
fin. ἰχθὺς φάλαριν κατέχει παντὶ φάτις. Aliā, eaque iucundā
figurā, lib. IX. 83. ἔχει δὲ τινα φάτιν καὶ Διονυσιοφάνης: et
Euripid. Helen. vs. 257. τὸ δ' ἐμὸν ὄνομα Μαψίδιον ἔχει φάτιν.
Sed abstineo manum. WESS.

CAP. IV. [3. μετὰ ταῦτα τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν)
Requisiveram καὶ τὴν Αἰγ. ἀποστ. Sed ignorant articulum
libri omnes. S.]

4. τῷ ὑστέρῳ ἔτει) Anno a pugna Marathonica quinto,
quandoquidem eam apparatus ad novum bellum trienna-
lis exceperat, et quarto anno Aegyptus defecit, Persarum
excusso iugo, uti signatur clarissime c. 1. Supremum
ergo diem Darius obiit sub annum Olymp. LXXIII. secun-
dum. At haec uberius D. Petavius Doctr. Temp. lib. X.
23. et H. Dodwellus Ann. Thucyd. p. 44. WESS.

CAP. V. 3. τὴν στρατιῆς ἄγειρεν) Dixit στρατοῦ ἐπάγειρεν cap. 20. et στρατοῦ ἄγειρεν c. 48.; unde στρατιῆς ἄγειρεν, exercitus quaedam ad praelium excitatio, longe differt: ut recte adeo, adprobantibus Codicibus, *Portus* ἄγειρεν στρατιῆς proscripserit. Saepe peccatur, ut alias ostendi, in στρατιᾷ ἄγειρεν apud *Libanium*, *Procopium* atque alios: quae quoque inter ἄγειρεν et ἐγειρεν adfinitas in Poëta turbas concivit, monitore ad eum *Eustath.* p. 577, 17. [*Iliad.* p. 438, 38. ed. Bas.] Iustum praeterea καὶ δυνάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον, [*lin.* 4.] videlicet *Xerxe*, quod et *Diodorus* indicavit lib. XI. c. 1. Παρ' ἰωῦτῳ, laudatum alibi, non laudant schedae. Vide tamen *Abreschium* *Diluc. Thucydid.* pag. 714. WESS.

3. ἰποίετο τὴν στρατιῆς ἄγειρεν) Ἄγειρεν recipiet ex Codd. munitum in *Diss. Herod.* p. 117. Ut hic *Mardonius* Gobryae fil. dicitur δυνάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον *Περσίῳ*, in excerptis e *Ctesia* Ἀρτάπανες ὁ Ἀρταύρα καὶς γίνεται δυνάτος παρ' αὐτῷ, καὶ *Μαρδόνιος* ὁ παλαιός. Paulo post in istis [*lin.* 9.] ἀλλ' εἰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρῆστοις, quam vim indit clar. *Gronov.* voculae εἰ, illa vereor ut idoneis exemplis possit firmari. εἰ γὰρ pro εἴθε γὰρ poëtis frequentatur, quos imitatur *Noster* l. c. 27. VALCK.

14. ποιεῖσκειτο τήνδε) Ita scripsit: non ποιεῖσκειτο, uti *Florentiae* alibique locorum. Ποιῖσκει IV. 78. et ποιεῖσκειτο *Polymniae* c. 119. analogae sunt; non illud. Vide *Etymolog.* p. 624, 30. Post dein [*lin.* 15.] περικαλλῆς χώρα, deleto intermedio et sermonem turbante εἴη, ex Codicibus sufficit. Recte *Atossa* in *Aeschyli Pers.* vs. 755. *Mardonium* adulatoremque gregem perstringit. WESS.

15 seq. χώρα --- ἀρετὴν τι ἄκη) Recte *Valla* dederat regionem summae bonitatis, ut mirum sit alios hic interpretes [nescio quos; nam tenuit istud *Gron.*] aberrasse. Ἀρετὴν cuiusvis rei vocabant τὴν ἀρίστην διάθεσιν, ἢ καθ' ἣν ἀρίστα διατίθεται τὸ ἔχον. *Metopus Stobaei* p. 7, 11. ἕκαστον τῶν ἰόντων τέλῃον καὶ ἄκρον γίνεται κατὰ τὰν οἰκίαν τᾶς φύσεως ἀρετὰν, ut pro ἀρετᾶς φύσιν docte corripiebat *Nobiliss. Alb. Frisching Bernas. Phintidi* apud *Stob.* p. 443, 46. memorantur ἀρετὰ ἴππων, αἱ τᾶς ἀνοᾶς, et αἱ τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum. (ὀφθαλμοὶ *Hezychio* restituendum pro ὀφθαλμοί.) Similia dantur *Platonis. Archestratus Athen.* III. p. 105. A. Ἀλλὰ παρὲς λῆρον

πολὺν, (lege λῆρον, πολυώνυμον) ἀστακὸν ὄνου· Εἰσὶν μὲν πλεῖστοι πάντων ἀμπερὶ τε κρᾶτιστοι ἐν Λιπαύραις. VALCK. — In *Archestrati* versu mireris λῆρον πολὺν sollicitatum a doctissimo Viro. Nihil illā formulā apud Atticos frequentius: neque huius loci erat vocab. πολυώνυμον. Sana omnia reperies, modo memineris, (quod nos in nupera editione *transversa lineolā* initio versus positā indicavimus) primum hexametri pedem, qui fortasse Οὐ μὴν sive quidlibet aliud fuerat, praetermissum a Deipnosophista fuisse; utpote ad id, quod ille voluerat, nihil facientem. S.

CAP. VI. 6. παρὰ τῶν Ἀλευαδῶν) Graeciae Thesaliaeque hi proditores notantur lib. IX. 57. et a *Pausania* lib. VII. 10. [conf. Nostrum VII. 130 sub fin.] Luxus et opum ad sumtus tolerandos immoderata cupido, ut semper, *Aleuadas* ad perfidiam duxit, *Critia* teste apud *Athen.* lib. XII. 6. p. 527. B. WESS.

Ibid. παρὰ τῶν Ἀλευαδῶν) Larissaeos fratres *Aleuadas*, Ἀλευῶν παῖδας, memorat lib. IX. c. 57. Θῶρηκα, Εὐρύπυλον, et Θρασύδηον. Hi Thessalos primum invitos (VII. 172.) Xerxi prodiderunt. *Pausan.* VII. p. 546. ἔρξῃ ἐπὶ τὴν Ἐλλάδα ἐλαύνοντι Θισσαλία δι' Ἀλευαδῶν προῦδόθη. Postea volentes etiam Thessali, a vicinis Phocensibus irritati, Persarum partes sunt sequuti: *Philostr.* Her. c. xix. 15. In *Epist. Socrat.* 28. Alexander Graecis indicasse dicitur τὴν Ἀλίου καὶ Θισσαλῶν προδοσίαν: ubi scribendum τὴν τῶν Ἀλίου, vel τὴν Ἀλευαδῶν. Vetus et nobilissima familia Larissae viguit *Platonis* etiam et *Demosthenis* aetate; habuit enim Larissae *Gorgias* discipulos Ἀλευαδῶν τοὺς πρώτους, *Platone* teste initio *Menonis* T. II. p. 70. quo spectat in *Lex. Timaeus*: vid. ibi p. 15. [p. 22. ed. sec.] clar. *Ruhnkenius*, et *Vales.* ad *Harpocr.* in *Τετραρχία*. Apud eundem *Harp.* ex *Demosth.* p. 142, 86. memoratus Σίμος, εἰς τῶν Ἀλευαδῶν fuisse dicitur τῶν δουρύντων συμπράξαι τῷ Μακεδόνι. Philippo, nec mirum, nobiles hi Thessali favebant, quorum maiores in Thessalia regnaverant, tum temporis a tyrannis vexata. VALCK.

12. πρὸς τοῦτοις ἔτι πλέον etc.) Perfrequens πρὸς ἔτι τοῦτοις lib. III. 65. IX. 110. invectum ὅτι excludit. Confer *Abreschium* Dil. *Thucyd.* 112. His vero connexa pro valde mendosis *Cl. de Pauw* putans, προσωρτόντο οἱ ἔχοντες ἀμφὶ Ὀνομάκριτον, stimulos *Onomacritus* addebat, formabat; esse

enim οἱ ἔχοντες ἀμφὶ Ὀνομάκριτον ipsum Onomacritum; quod equidem hodie non credo. Pingamus ex schedis Parisinis προσορέοντό οἱ, ἔχοντες etc.; et finis turbarum aderit. Nimirum Pisistratidae amplius quid regi adporrigebant, vaticinum habentes Onomacritum: haec verborum sententia. Hinc porro Onomacriti constat aetas, quam iusto priorem Tatianum statuisset et Clementem Alex. docuit Vossius Poët. Graec. c. 4. p. 23. et Bouherius Diss. Herod. c. 14. p. 154. Cur ille autem [lin. 13.] διαβίτης oraculorum Musaei? Edissertatorem dederat Valla, venditorem vir Celeb.; Thomae Mag. διαβίτης est ὁ καθιστῶν καὶ εἰσπομπῶν, quidam quasi dispensator ac interpres. Διαβίτης καὶ δυνάστης iunguntur in Themistii Or. XXVI. p. 321. v. Vide Harpocrat. in Διαβίτης, et Ulpian. ad Demosth. Olynth. II. p. 14.; namque προκαταλαμβάνει [lin. 14.] cur pristina in sede sit statutum, admonitione non eget. WESS. — De scriptura verbi προσορέοντο, neglecto ex ionica dialecto augmento, in Var. Lect. dixi. Quod vero ista, ἔτι πλὴν προσορέοντό οἱ Vir doctissimus interpretatur amplius quiddam regi adporrigebant, id fere ipsum etiam Gronovius, parum quidem latinum, nec satis perspicuum, in versione posuerat, quum in Vallae latinis praetendebant fuisset. Ferri utcumque utralibet interpretatio posset, si προσόρεγον vel προσώρεγον activā formā dixisset Scriptor: at passivo verbo προσορέοντο haud dubie alia subiecta notio est, quam equidem in nostra versione ex Schneideri fere sententia (in Lexic. crit. proposita) expressi, regi conciliabantur scribens; rectius forsā scripturus, ad regem se adplicabant, instabant regi, eumque urgebant. Paullo minus est, sed eodem fere pertinet, quod infra l. 27. ait προσετίετο, accedebat ad regem, cum eo agebat. Praeterea suspicari licuerit, pro ἔτι πλὴν fortasse ἐπὶ πλὴν scripsisse auctorem: coll. Adnot. ad VI. 42, 1. S.

15. Ἰππάρχου τοῦ Πεισιστράτου) Genuinum τοῦ Πεισιστράτου Codices exhibent, ut Stephani et Arch.; mox perverſam lectionem τοῦ ἑρμηνεύς, [lin. 17.] pro τοῦ Ἑρμηνεύς: idem vitium haeret etiam alibi. Onomacritus ab Hipparcho dicitur [lin. 16.] eiectus ἐξ Ἀθηνῶν, a Laso Hermionensi deprehensus ἐμποίων ἐς τὰ Μουσαίου χηρσμόν. Ante Onomacritum Solon simillima fraude Homereis interserto versu effecerat, ut de Salaminie contententes Megarenses ab Atheniensibus

vincerentur: praeter *Plutarch.* rem narrant *Diogen. Laërt.* I. 48. *Ulpian.* ad *Demosth.* p. 254. et *Eustath.* in *Il.* β. p. 215, 42. Quod his *εἰς τὸν κατάλογον*, vel *ἐμβαλεῖν*, et *παρὴντινι πεπλασμένοι*, id *Herodoto* dicitur *ἡμιοῖσται*, et *Pausaniae* II. p. 171. memoranti *Ἡσιόδον ἢ τῶν* *τινα ἡμιοῖστικῶτων* *ἐς τὰ Ἡσιόδου τὰ ἔπη*, *συνθέντα ἐς τὴν Μισηνίων χάριν*. Hinc distat quod idem scribit IX. p. 762. *Ἡσιόδον ἢ τὸν Ἡσιόδου Θεογονίαν ἡμιοῖσσαντα* de eo, qui ingenii filiolum *Hesiodo* contribuerat et velut in adoptionem emancipaverat. VALCK. — De similibus *Onomacriti* fraudibus vide *Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 136. et *Porsonum* ad *Eurip. Orest.* vs. 5. S.

19. ἀφανίζετο κατὰ τῆς θαλ.) Geminum c. 235. κατὰ τῆς θαλάσσης καταδύνειναι. *Plato Tim.* p. 25. ν. Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δύνει ἡφανίσθη. Recte schedae. WESS.

27. οἱ τε Πισιστρατίδαι) Addunt Codices conplures καὶ οἱ Ἀλευαῖδαι, quae *Med.* et duo alii praeterierunt, fortasse scribarum ex simili terminatione lapsu; cuiusmodi omissionum in *Herodoti* Msstis prostant exempla innumera. *Celeb.* tamen *Gronovius* dispunxit, iuncta disputatione, cui rescribere nolo. WESS. — Vide in *Var. Lect.* notata. S.

CAP. VII. 2 seq. διυτίρῳ μὲν ἔτι - - - πρῶτα στρατηίην ποιεῖται) Tempus Aegyptiae expeditionis et Graecae tractabitur c. 20; nunc, πρῶτα στρατηίην ποιεῖτο in proximis fuisse primitus, moneo. Vide ad I. 205. WESS. — Aberravit calamus *Viri* praestantissimi: ποιεῖται praeferrunt edd. et scripti libri omnes: nec vero στρατηίην ante *Wess.* edebatur, sed στρατηίην consentientibus fere msstis, quod rectissime ille in στρατηίην mutavit, quod et a nobis cum *Schaeff.* VII. 38, 13. et 174, 2. factum. Conf. I. 71, 1. I. 171, 2. II. 111, 3. V. 77, 2. S.

5. πολλὸν δουλοτόρην) Tale πολλὸν ἐλάττων I. 77. et δυνατότεροι πολλὸν III. 103. ubi *Gronov.* *Achaemenem* *Ctesias* Pers. c. 32. Ἀχαιμενίδην fratremque *Artaxerxis* perhibet, aberrans. Res certa ex lib. III. 13. et *Diodoro* XI. 74. cladem Persicam et *Achaemenis* necem cum *Olymp.* LXXIX. 3. annoque *Artaxerxis* tertio componente. WESS.

CAP. VIII. 2. σύλλογον ἐπίκλητον) Posteriores una voce σύγκλητον dixisse, quod scribit *Galeus*, non opinor:

concio populi extra ordinem Athenis coacta σύγκλητος ἐκκλησία Demostheni dicitur et Aeschini: concionem Argivam σύλλογον πόλεως et ἑκκλητον Ἀργίων ὄχλον dixit Eurip. in Or. vs. 728. et 611. ἀγορῇ Homerus: erat vero Homero βουλὴ τῶν ἐκκρίτων μόνων. Tale Herodotus intelligit sanctius consilium, quod ex delectis Principibusque Persarum constabat. ἀποκλήτους vocabant Aetoli: Livius XXXV. c. 34., Apocletos -- vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris. Ἐκκλητὸν vel Ἐκκλητὸν Syracusani: Hesych. Ἐκκλητὸς, ἡ τῶν ἐξέχων ἀθροίσις ἐν Συρακούσαις. Eustath. in Ἰλ. β. p. 130, 30. Βουλὴν ἱποίμιν σύγκλητον --- ὅθεν Τραγικός τις, (Soph. Ant. vs. 165.) σύγκλητον λίσχην γιρόντων τὸ τοιοῦτον ἀνόμασιν, Ἡρόδοτος δὲ σύλλογον ἐκκλητον λέγει Περσῶν. VALCK.

5. ἤλξε Ξέρξης ταῦτε) Totam Xerxis orationem, μετακκομισμένην εἰς τὴν Ἀτθίδα διάλεκτον, exhibet Dionys. Halic. T. II. p. 307, 308., velut insigne specimen, quo demonstraret, Herodoti λέγειν τῆς τε αὐστηραῆς καὶ τῆς ἡδίας ἀρμονίας μίσην εἶναι. In hac quoque μίση τῶν δυῶν ἀρμονιῶν iuxta Dionys. περὶ Συσθ. Ὁνομ. p. 51. princeps eminuit Homerus; quem, longo tamen intervallo, proximi quinam hac in parte sint secuti ibidem docet. VALCK.

8. οὐδαμᾶ καὶ ἡτρεμ. ἐπὶ τε etc.) Attico loquendi more, aut vulgo Graecis usitato, Dionys. οὐδὲνα χρόνον ἡτρεμίσσαμεν, ἐξ οὗ περιλάβομεν τὴν ἡγεμονίαν τῆνδε παρὰ Μήδων. Vocem ἐπὶ relinquere potuerat intactam, Atticis etiam usurpatam pro ἐξ οὗ, vel ἀφ' οὗ χρόνου. Ubi vulgatur in Aristoph. Equit. vs. 5. ἐξ οὗ, Thomas Mag. legit ἐπὶ in voc. Εἰρήμησι: quod vidit monuitque clar. Io. Alberti ad Hesych. in Ἐπίθ. Hoc a Grammaticis saepe redditur ἀφ' οὗ, vel ἐξ οὗ, velut in Aesch. Choëph. 607. Eurip. Androm. 29. etc. [At ἐπὶ τε, pro communi ἐπὶ vel ἀφ' οὗ, Ionibus propria formula est.] In sequentibus nonnulla paulo melius scripta praebet Dionys. quam nobis vulgata prostant. In proximis, [lin. 11.] ἀλλὰ θεὸς τι οὕτω ἄγει, pro ἄγει legisse videtur ἐνάγει, Herodoto prae ceteris frequentatum; nihil enim aliàs habuisset causae, cur ἄγει altero [ἐνάγει] mutasset. Θεῶν ἀγόντων Sophoclis est Oed. in Col. 992. Xenoph. Κύρ. Ἀναβ. VI. pag. 223, 3. ὁ θεὸς ἴσως ἄγει οὕτως. VALCK. — Potest vero etiam Dionysius interpretationis causa ἐνάγει (i. e. inducit, incitat, impellit) pro ἄγει consulto posuisse. S.

22. ἵνα τὸ νότον πρῆσται ὑπερβῶμαι ὑμῖν) Legitur apud Dionys. ἵνα δὲ διανοῦμαι πρᾶτται ὑποθῶ ὑμῖν. Galeus omnino scribendum hic in Herodoto censebat ὑποθῶμαι, atque id ipsum, alibi quoque reponendum alterius loco. Quanto rectius iudicavit H. Steph., probante Wesselingio, pro ὑποθῶμαι corrigendum I. 107. ὑπερβῶμαι τῶν μάγων τοῖσι ὀνομαστόχοις τὸ ἐνύπνιον. Rem cum aliquo communicare, vulgo Graecis ἀνακοινῶσαι et ἀνακοινῶσασθαι, usitatissima Herodoto phrasi dicitur ὑπερβῆναι et ὑπερβῆσθαι τι τινί. Exemplorum affatim collegerunt H. Steph. in Prolegom. (pag. 737. ed. Gron.) et Portus in voce. VALCK.

Ibid. ὑπερβῶμαι ὑμῖν) Unde in Steph. marginem ὑποθῶμαι accesserit, frustra indagavi: futile profecto est, laudeque et adprobatione Galei indignum. Dionysius quidem ὑποθῶ ὑμῖν, sed suo sermone; Noster suo. Sic ἀπικνέ μοι πάντας, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερβῶμαι lib. V. 24., multisque aliis locis in H. Steph. Recens. Voc. Herodoti et Porto. WESS.

26. καὶ Δαρεῖον) Toties πατέρα τὸν ἰμὸν Xerxes, ut congeminationis ista parum sit iucunda, iteravit. Dionysius et bonae notae Codices eam merito damnant. Statim [lin. 28.] pro Ionum ritu οὐκ ἔξελυτό οἱ τιμωρ. belle Arch. WESS. — Vide Var. Lect. ad l. 26. S.

31. πυρώσω τὰς Ἀθήνας) Mardonius ad Regem, εὐ δὲ πυρώσας τὰς Ἀθήνας ἀπὸ λῆξ lib. VIII. 102. Eustathius, παρὰ Ἡροδότου πυρώσαι κεῖται τὸ ἐμπρῆσαι ἐν τῷ, πυρώσω τὰς Ἀθήνας κεῖται καὶ ἡ λέξις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, ἀμφικίονας ναυὺς πυρώσων ἦλθεν, ἤγουν καύσων: quae sunt Antig. vs. 290. WESS.

34. ἀπικόμενοι ἐνέπρσαν) Praecessit ἐλθόντες: et ἀπικόμενοι eadem verborum sequetur in periodo. Offensi repetitione Pavius ac Reiskius corrigunt, ille ἀδικόμενοι, sive, uti voluisse opinor, ἀδικόμενοι: hic ἀπισταμένω, deficiente. Quibus de coniecturis tantum observo, utramque a Dionysio pessum dari: legit is Herodotea, ut sunt, ἀπικόμενοι prudenter omittens; quo quidem sublato suus sermoni habitus integer et dignitas. Sunt sane in Musis redundantiae exempla similia, quibus lib. VI. 30. locus fuit. Mallem tamen, ut sedulo dicam, ne toties δις ταυτόν. Mox [lin. 35.] ἡ μὲν αὖς οἶα ἔρξαν grandius mihi adurgit, et conmoto regi congruentius. WESS.

35. ὁ μίας εἰς ἔβαν, ἐς τὴν σφετέρ.) *Dionys.* ὁ μᾶς [at recte *Sylburgii* codex ἡ μᾶς dabit] εἰς ἔδρασαν, ἐς τὴν γῆν τὴν σφετέρην ἀποβάνας, --- ἐπισταθὶ που πάντες. Ad hoc exemplum *Herodoteis* duas voculas intersererem, unam eiicerem, ut legeretur, ἐς τὴν γῆν τὴν σφετέρην: deinde, εἰς ἔβαν --- ἐπισταθὶ που πάντες. Ut supra ἰδόντα στρατεύεσθαι, *Dionys.* προθυμούμενον στρατεύεσθαι, sic in vicinis, [lin. 38.] ἀνάρηται ἐπ' αὐτοὺς [recte αὐτοὺς noster ms. F. cum aliis] στρατεύεσθαι, interpretatur ἀνάρηται ἐπ' αὐτοὺς στρατ. Lib. VI. c. 88. Athenienses dixerat ἀναστῆναι ἔβαν Αἰγινήτας κακῶς: in istum sensum ἐξηρμηνεύς interdum ab aliis adhibetur. VALCK.

43. ὁ ἥλος ἐμουρίουσαν) *Dionysii* schedarumque ἔμουρον ἰοῦσαν parilis est elegantiae. [Immo haud dubie multis modis hoc, quod ante *Gron.* edebatur, praestat alteri.] *Xerxis* iactantia plures incessit, numis inscribentes ex Ποῦτα non sufficit orbis, uti *Philippus II.* Hispaniarum rex apud *I. Iac. Luckium*, *Sylog. Num.* pag. 279. Eadem *Alexandri* vanitas, καὶ ὅρος τῆς ταύτης ἀρχῆς, οὐσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρος ὁ θεὸς ἐποίησι, in *Arriani* Ἀναβ. V. 26., non remniscentis egregios versus, quos patri *Philippo* paucis ante necem horis *Neoptolemus* accinuit *Biblioth. Diodori* XVI. 92. WESS.

49. ὅτι ἡμῖν αἵ τιοι --- ὅτι ἀνάτιοι) Ista *Dionysio* restitui debebant pro ὅτι ἡμῖν ἀντίοι --- ὅτι Ἀθηναῖοι. [cf. c. 9, 6-11.] Quae his proxima subiecta erant in *Eton.* Cod. Ἡμεῖς μὲν τοσαῦτα ἀγαθὰ ἔχομεν, non lecta *Dionysio*, sunt interpolatoris. [Nec tamen indigna *Scriptore* nostro deberent videri, si modo vel unus insuper et alter ex diversa familia codex eadem exhiberet.] Pro χρήσι παρῖναι, [lin. 53.] *Arch.* dat χρή συμπαρῖναι: *Dionysius* δὲ παρῖναι. Idem *Dionys.* paulo post exhibet δώσω αὐτῷ δωρεάν ἢ δὴ τιμωτάτην ἢ νομίζεται ἐν ἡμετέρᾳ: scripsisse videtur δωρεάν, ἢ δὴ τιμωτάτη νομίζεται ἐν ἡμετέρᾳ: postremum, *Vallae* quoque repertum, adfirmat margo *Steph.* VALCK. — Quod *Vallae* versio in nostra domo habet, inde quidem satis tuto haud colligitur, reperisse illum in graeco suo codice ἡμετέρᾳ aut ἡμετέρᾳ. Quam vero *Wesselingius* [lin. 55.] cum *Gron.* recepit scripturam ἐν ἡμετέρου, eandem apud *Nostrum* iam I. 35, 18. observavimus, ubi vide a *Wess.* notata. Similiter vero etiam auctor *Homerici* hymni in

Mercur. vs. 370. ἄλλαν ἐς ἡμετέρου dixit. Quorum formularum mentionem in Additamentis ad Bosii Ellipses pag. 345. faciens Schaeferus, (idem Vir doctus, qui in Herodoti Editione utroque loco scripturam ἐν ἡμετέρου intactam reliquit.) „quibus machinis, ait, permirae huic locutioni sensus eliciendus sit, Ilgenius docet ad Hymn. Homer. pag. 443.“ Ipse vero Schaeferus doctissimo Corayo se adsentiri profitetur, in Notis ad Heliodor. p. 199 seq. scripturam istam, ἐν aut ἐς ἡμετέρου, ubicumque reperiatur, vitiosam iudicanti. Quibus ego Viris doctissimis facile largior, in his talibus locutionibus haud adparere quodnam substantivum nomen ad adiectivum ἡμετέρου subintelligi commode possit. Simul vero et illud, primum, velim reputari, nihilo magis adparere aut intelligi posse, qua causa quove casu factum sit, ut pro eo, quod in promptu fuerat, ἐν ἡμετέρω, scil. οἴκῳ, ἐν ἡμετέρῃ, scil. χώρῃ, ἐς ἡμετέρον, scil. δόμον vel δόμα, non uno loco, sed pluribus in veterum auctorum locis, probati alioquin codices (vide Var. Lect.) in miram istam scripturam ἐν ἡμετέρου, ἐς ἡμετέρου, consentiant. Deinde cogitari velim, quam multae reperiantur in omnium populorum linguis loquendi formulae, quibus, quantumvis cum istae syntaxeos regulis pugnent, usus tamen, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi, auctoritatem conciliavit. Quo magis WESSELI-
NIUM probavi, ad eadem verba ἐν ἡμετέρου haec adnotan-
tem: „Temeritatis foret, in scriptis Dionysii et Herodo-
teis exstans respuere. Vide lib. I. c. 35.“ S.

56 seq. ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλύν ὑμῖν δοκῶ, etc.) Est haec ultima Xerxis oratio verbis in speciem lenissimis concep-
ta; arrogantissima, quam Regi tribuit Valerius Max. IX. c. 5., ubi, Graeciae bellum indicturus, Asiae principibus: *Ne viderer*, inquit, *meo tantummodo usus consilio*, (ἰδιοβου-
λύν) *vos contraxi: ceterum mementote parendum magis vo-
bis esse, quam suadendum*. VALCK. — Xerxes haec pero-
rans, αὐθάδης καὶ μονογνώμων, quales in Dionysii Ant. Rom. II. p. 86. reges plures, videri non vult; reapse parendum magis quam suadendum, ut verissime Valerius IX. 5., in-
nuens. WESS.

CAP. IX. 5. καταγέλασας ὑμῖν) Plures si ὑμῶν aut
ὑμῶν prae se ferrent, pro reiicula non haberem. Supra

V. 68. *πλείστοι καταγίλασι τῶν Σικυωνίων*. Plato pr. Lach. *εἰσι γάρ τινες οἱ τῶν τοιούτων καταγελῶσι*. Vulgatum in his libris crebrum. WESS. — Nolenti excidit doctissimo Viro, ut ὁμῶν, ὁμῶν, ὁμῶν in ista Adnot. scriberet: ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν in animo habuerat. Nam et ἡμῶν recte in contextu cum aliis omnibus edidit, et ἡμῶν in Var. Lect. ex ms. Vind. citavit: ac nescio an et ἡμῶν, non ὁμῶν, ex Arch. adnotari debuerit. Caeterum verbum *καταγελᾶν* aliaque similia, quae alias vi praepositionis *κατὰ* cum genitivo casu iungi solent, cum dativo construere Herodotus amat: vide III. 37, 5. 38, 2. 155, 8. IV. 79, 15. quo minus sollicitari debet scriptura h. l. vulgata. Conf. Var. Lect. VII. 10, 71. S.

10. ὑπάρξαντας ἀδικίης) Quia forte vox in Arch. cod. mendosa legebatur, miror in mentem venisse Galeo, ut Herodotum scripsisse putaret ὑπάρξαντας ἀλίτας [peccatores] οὐ τιμ. nisi forte scriptum voluerit ὑπάρξαντας ἀδικίης ἀλίτας οὐ τιμωροσόμεθα: nam verbum ὑπάρξει apud Herod. in talibus semper participium vel genitivum sibi iunctum habet: I. 5. IV. 1. VII. 8. IX. 77. e quibus nihil hic novandum liquet. VALCK.

23. ἐπιάν γὰρ ἀλλήλοισι etc.) Graecorum inscitiae ac stupori acceptum fertur, quod summis Achaeorum in laudibus apud Polybium XIII. 1. [cap. 3. nostrae edit.] Magni sane animi et bellum humano more administrandi argumentum olim sollemnis erat clarigatio: immo et iustitiae Tibarenorum studio geminum gentis eius institutum Critici ad Apollon. Rh. II. 1012. arcessunt. Ut nunc vero seculum est, Mardonii valet sententia; qui in alia omnia eunt, exploduntur. Lege Ampl. Bynkershoekii Quaest. Iur. Publ. I. 2. WESS.

28 seq. κήρυξι — καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς) Optime additur, καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχησι: verbis Graeci dirimere debent controversias, et quovis potius modo quam ferro atque armis. Fefellerunt virum doctum voces κήρυξι καὶ ἀγγέλοισι, quae aequae pertinent ad καταλαμβάνειν, quam ad διαχωρῶνους. Ut hic καταλαμβάνειν dirimere controversias, sic lib. III. cap. 128. ἐρίζοντας Δαρίος κατελάμβανεν. Sententiae Herodoteae congruit hoc Eurip. in Phoen. 518. χρεὴν δ' αὐτὸν οὐχ ὀπλοῖσι τὰς διαλλαγὰς, Μῆτιρ, ποιῆσθαι· πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος, "Ο καὶ

εἰδητος πολυμῶν δρᾶστιν ἄν. Secundum *Isocrat.* Panathen. p. 267. c. veteres Athenienses aliarum civitatum πρὸς βίαις καὶ λόγοις ἔκαστῳ ἐπιμαρτυροῦντο τὰς διαφορὰς: postea maluerunt πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἑκατέρωθεν διαλύσθαι, quod de Lacedaemoniis dicitur apud *Thucyd.* I. c. 140. vere de Philippo apud *Lucian.* T. III. p. 516. Hinc in *Epist.* apud *Demosth.* pag. 94., πότιρον, ait *Philippus*, κάλλιον ἔστιν ὅπλοις ἢ λόγοις διακρίνισθαι. VALCK.

34. οὐκ ἦλθεν ἐς τοῦτον λόγον, ὥστε μάχισθαι) Sentio hoc [τούτου, non τούτου] praestare. Si de colloquio Mardonius, tum certe οὐκ ἦλθόν μοι ἐς λόγους dixisset. Id voluit, nunquam ad eius rei rationem et causam, ut secum in certamen descenderent, venisse. Congruit lib. III. 99. ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοὶ τινες αὐτῶν ἀπικινούνται. WESS. — Hoc loco ἦλθεν ἐς τοῦτον λόγον videri poterat id significare quod in versione expressi, induxerunt in animum: at collato altero loco, III. 99, 11. intelligitur, ἐς τοῦτον λόγον apud Nostrum nihil fere aliud, quam ἐς τοῦτο, sonare. S.

36. πόλεμον προσφέρειν) Quod hic vulgabatur πόλεμον προσφέρειν, a docto viro bello praestans, κατὰ πόλεμον, explicatur. Mihi ex *Arch.* προσφέρειν potius; et eo quidem usu, quo βίαν προσφέρειν, ἀνάγκην προσφέρειν, atque alia. WESS. — Quam frequenter, quave de causa, πρὸ et πρὸς permutari solent a librariis, neminem fugit qui vel primoribus labiis Graecas attigit literas. S.

[39. ψευθεῖν γνῶμη) Ferri hoc potest: malueram tamen γνῶμης, sicut est VIII. 40, 8. ἐψευσμένοι γνῶμης, et ψευθεῖναι τῆς ἐλπίδος IX. 61, 18. Et quamvis hic in vulgatum consentiant, quod sciam, libri; memini tamen in vetustis libris terminationes ης et ας cum γ et α (quae olim η et αι scribebantur) saepius permutatas observare. S.]

42. ἀπὸ πέρας πάντα ἀνθρώποισι φίλοι γίνεσθαι) Maniliū nobilissimum, *Omnia conando docilis etc.* et *Theocriti πέρας δὴν πάντα τιλεῖται*, *Idyl.* XV. 62. simillima sunt. Statim ἐπιλεῖνας, [lin. 44.] leniens et quasi laevigans; quale λεῖνας τὸν Μαρδονίου λόγον, lib. VIII. 142. et *Clementis Alex.* Strom. VII. pag. 901. τὴν τῶν λογίων ἀκριβῆ σαφήνιαν λειτουργεῖν καὶ καταλειπεῖν, sumta translatione a ruminantibus pecudibus, qua *Philo* de iisdem τὴν τροφήν ἐπιλειπεῖν, et ἐπιλείαν-σεν τροφῆς, libri de *Poster. Caini* pag. 254. ed. *Mang.* Idem

Iudaeus Epicuri *ἐπιτρώματα*, sive *gulae scitamenta*, uti praeclare *Casaubonus* in *Athen.* XII. 12. [Animadv. Vol. VI. pag. 504. nuperae edit.] traducens, ἃ ἔασιν οἱ φιλήδονοι ἐπιδύσεις εἶναι τῶν προηγουμένων ἡδονῶν lib. III. Alleg. pag. 115. eiusd. Ed., ubi ex Mstis, in quibus *ἐπιδύσεις*, ἐπὶ λέγασαι, posterius si pristinam in possessionem migraverit, redibit sententiae sanitas. Voluptatum priorum lenimenta quaedam indicantur. Verum haec non ago. WESS.

42. ἀπὸ πείρης πάντα) *Theocriteis*, πύρρα θὰν πάντα τολῆται, *Eid.* XV. 62., *Herodoti* verba *Casaub.* admovit *Lect. Theocrit.* p. 275. His *Mardonius* dicitur [lin. 44.] ἐπὶ λέγνας τὴν Ζήξιω γνώμην: ut *Alexander Macedo* λέγνας τὸν *Μαρδονίου λόγον*, VIII. 142., *molliens Mardonii orationem*, *Vallae.* VALCK.

CAP. X. 2 seqq. Ἀρτάβανος etc.) *Artabanus* gravi oratione fratris filio dissuadens expeditionem in Graeciam, dicendi praebuit *Sophistis* materiam: ex *Alexandri* μελίτη specimen nobis exhibet *Philostr.* de Vit. Soph. II. p. 575. VALCK.

7. ὥσπερ τὸν χρυσὸν etc.) Ista quidem aptissima multis placuit comparatio. *Isocrates* in *Panathen.* p. 240. D. ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυτὸν διαβρούμεν καὶ δοκιμάζομεν, ἔτιμα παραδεικνύοντες, etc. *Dionys. Halic.* II. p. 202, 24. οὕτω καὶ χρυσὸς ἐτέρῳ χρυσῷ παρατιθείς κρείττων τε καὶ χείρων εὐρίσκεται. Vetus fuit dictum: Ἡ πορφύρα παρὰ πορφύραν διακριτὴ. *Quintilian.* Inst. Or. XII. c. 10. Ut lana tineta fuco citra purpuram placet; at si contuleris etiam lacernae conspectu melioris obruatur, ut *Ovidius* ait. VALCK.

8. ἐπειὶ δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ) Valde metuo, ut παρατρίψωμεν bonae sit valetudinis. Negant certe periti artifices mutuo auri frictu praestantiam eius metalli internosci discernique posse. *Lydius* lapis τῇ παρατρίψει τὸν χρυσὸν δοκιμάζει, quae *Theophrasti* de Lapid. pag. 397. verba; cognitissimumque illud est examen. Accedit ad haec dissensus *Arch.*, unde, ἐπειὶ δὲ ἐτέρῳ συγκρίνεται, ubi vero cum alio comparetur, si adprobetur, cessabit difficultas. *Vallae* Latina vergunt eodem, et similes priscorum sententiae. Una ex *Dionysii* Epist. ad Pomp. p. 126. sufficiet: οὕτω γὰρ τοι καὶ χρυσὸς ἐτέρῳ χρυσῷ παρατιθείς, κρείττων τε καὶ χείρων εὐρίσκεται. Quid faciendum ergo τῷ παρατρίψωμεν ἐτέρῳ χρυσῷ; exterminandum-ne, revocata *Arch.* lectione? Ha-

bet, ut sum professus, suum ea decus et conmodum; nimium tamen ab aliis deflectit schedis. Equidem, si παραβλίπιν eadem esset potestate, qua παραθεῖν et παραθεῖσθαι in rei cum alia conparatione gaudent, παραβλέψωμεν refingerem, cuius nunc simile exemplum desidero. Scribi poterit παραθεῖσθωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, contenderimus et spectaverimus ad aliud aurum: poterit παραθῆτωμεν aut παραβλέωμεν. Utrumcunque sumatur, constabit conparationis figura. Sed me doctiores considerent. WESS. — Non ego *Wesselingio* doctior: plurimum abest ut cum immensa doctrinae copia praestantissimi Viri, vel ulla ex parte, meam posse conferri tenuitatem putem. Haud aegre tamen intellexi, non sollicitandam esse vulgatam h. l. scripturam, sed in eam sententiam interpretandam, quam in Latinis nostris expressi; gavisusque sum, *Schneiderum*, doctissimum Virum, in *Lexico critico*, et *Schulzium*, in *Notis* ad *Herodoti Bella Persica*, mecum sentientes videre. Ut χρυσὸν παραθεῖν ἄλλῳ χρυσῷ dixit *Herodotus*, sic apud *Theognidem* vs. 585. ed. *Brunck.* est χρυσὸς παρατριβόμενος μολεῖβδῳ, scilicet βάσανον vel ἰν *Βασάνῳ*. Scripturam codicis *Arch.* unice probavit *Larcherus*. S.

10. Ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ etc.) *Artabani* de *Scythis* ad fratrem dictum lib. IV. cap. 83. proditum prostat. WESS.

26. οὐκὼν ἀμφοτέρῃ σφί ἐχώρησε) Et hic haereo. *Gronovii* enim explicatio haud scio *Artabani* mentem an recte exponat. Hoc voluisse videtur: nec terra nec mari expeditionem prosperam fore: de terrestri coniecturam capi ex eventu in agro Attico posse: consimiliter de maritima, si ad praelium res devenierit, suspicandum. Quae *Artabani* si fuerit, uti ego arbitror, sententia, procedet melius nova periodo: Οὐκὼν ἀμφοτέροισι χωρήσει, ἀλλ' ἦν etc. Ergo *neutrubi succedet, sed si* etc. Praecesserat ἦ κατ' ἀμφοτέρω, [lin. 22.] ad quod reditum orator facit: sequetur cap.

11. οὐκὼν ἱξαναχωρεῖν οὐδετέρωσι δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ etc. simili ordine. Haec mihi plausibilia: aliis alia, neque intercedam, blandientur. WESS. — Quod cap. xi. lin. 16. legitur, οὐκὼν ἱξαναχωρεῖν οὐδετέρωσι δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ etc. id, licet in verborum constructione cum his, quae hic lin. 26 seq. habemus, similitudinem aliquam praeferat,

Herodot. T. VI. P. I.

S

tamen longe diversam habet rationem. Ibi omnia plana sunt, et particula ὥν, quae in οὐκων (sive οὐκ ὥν malueris, quod perinde est) continetur, usitatā maxime notione, *Itaque, ergo*, ponitur; hic orationis tenor et sententia loquentis non patitur, ut eadem notione accipiat illa particula. Non enim ex praecedenti oratione concluditur aliquid aut colligitur: sed ad aliud quidpiam pergit oratio, et ὥν particula nonnisi continuativam quamdam vim potest habere. Iam, sicut formula οὐκων sive οὐκ οὐν saepe interrogationi inservit, (quo de usu conf. *Hermann.* ad *Viger.* not. 261.) sic et h. l. accipi poterit; sed ita, ut interrogatio idem valeat ac sententia affirmative expressa cum praecedente particula conditionali εἰ, prorsus ut lib. IV. c. 118, 11. ubi vide notata. Itaque h. l. perinde est ac si dixisset Artabanus, εἰ ὥν οὐκ ἀμφοτέρῃ (i. q. κατ' ἀμφοτέρω, lin. 22.) σφί ἐχώρησε, sive χωρήσει. Conf. *Schaeferi* Notam ad *Bosii* *Ellips.* p. 758. S.

41. μὴ βεβούλευο) Non displiceret μὴ βούλευο, *poli quae*so. Quis enim adeo suffenus, ut *consulto deliberet* in periculum se, ubi nulla necessitas, praecipitare? Nihil tamen innovo. Certum ex schedis [lin. 43.] δοκίη est Ionicum. *WESS.* — Vide ad lin. 41. *Var. Lect.* S.

46. εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναι τὶ θίλει) Sic legerunt *Eustath.* et *Valla.* Recte *Eustath.* in *Ἰλ. β'* p. 131, 38., οὐκ, ait, ἐκ τῶν ἀποσιτισμάτων αἰὲν κριτόν τὰ καλὰ εἴτε καὶ Φαῦλα: suumque illud dictum ex sententia firmat *Herodoti.* Vulgo perverse iudicamus ab eventu: πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβαῖν ἔκαστον τῶν προὑπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται, *Demosth.* pag. 5. quum tamen, ut scribit *Thucyd.* L. 120., πολλὰ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα, κατωρθώθη καὶ ἔτι πλείω, καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι, ἐς τοῦναντίον αἰσχυρῶς περιστή: quia τὴν εὐβουλίαν saepe fortuna destituit: τοῦ εὐτυχεῖν καὶ τοῦ καλῶς βουλευίσθαι - - οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, *Demosthen.* contr. *Aristocr.* p. 421. *VALCK.*

50 seqq. Ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα etc.) Ubi haec descripta prostant apud *Stobaeum* p. 190., rectius ista scripta leguntur, τὰ δὲ μικρὰ οὐδὲν μιν κνίξει: sic legit et *Valla*; parva vero nihil laedit. Praebet etiam *Stobaeus* ἀποσικῆπτει βίβλα et ἰσθάρησαν, utrumque genuinum. Qui *superbos* sequitur ultor, φίλῃσι ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα καλοῦσιν, sive τοὺς μεγα-

ληγορήσαντας, ὡς πλείων φρονούντας, ταπεινῶσαι, ut loquitur Xenoph. Κυρ. Ἀναβ. VI. pag. 223, 3. vid. Aeschyli Pers. vs. 829. VALCK.

52. οὐδὲν μιν κνίζει) Considerarunt haec docti viri, ac si οὐδὲ μιν esset: inde, nihil laedit, nec leviter laedit, aliaque, ad Artabani mentem concinne. Ut nunc sunt et Codices volunt, bene eruditissimus Th. Reinesius Var. Lect. III. 5. ipsum non, sive nihil potius, angunt: sic cap. 12. καὶ εἰρήνη ἐκινεῖ ἢ Ἀρταβάνου γνώμη: Xerzemque angebat Artabani sententia. Idem Reinesius οὐδὲ ἰσὺ φαντάζεσθαι [lin. 51.] bene explicuit, non sinit ultra adparere, efferrī, ostentare se, quippe ἀφκινεῖντα et in nihilum redacta, lib. II. Var. Lect. c. 3.; cui iungi Valckenarius poterit ad Tragici Phoenias. vs. 93. WESS. — φαντάζεσθαι nonnumquam simpliciter conspici, adparere, significat; ut apud Euripid. loco cit. et passim alibi; similiterque apud Nostrum IV. 124, 9. ubi synonyma sunt ἀφκινεῖν et οὐ φαντάζεσθαι. conf. VII. 15, 10. Sed h. l. amplius aliquid dici facile intelligitur; quod haud incommode Valla expressit, nec sinit insolescere. Scilicet, quemadmodum φαντασία non modo speciem, visum, adspectum, sed subinde et sigillatim maiorem quamdam et insigniorem speciem significat; (vide Lexicon Polyb. p. 645.) sic verbum φαντάζεσθαι h. l. denotat insignem aliquam prae se speciem ferre atque ostentare. Conf. H. Stephani Thes. T. IV. pag. 37. a. iam vero κνίζειν non tam angere significat, quam pungere, mordere, irritare. ἐκινεῖ αὐτὸν τῆς γυναίκος ἔρως, VI. 62, 1. non anxit, sed pupugit, ussit illum amor. Xerzem VII. 12, 2. ἐκνιζε, non anxit, sed pupugit, momordit, irritavit Artabani oratio. Hoc loco, quemadmodum mox Deus (Θεοῦς) invidere dicitur arrogantibus; (qua de locutione vide ad I. 32, 6. et ad III. 40, 8. notata;) sic κνίζει μιν significat invidiam illius movent, i. e. vindictam eiusdem in se vertunt. In Var. Lect. ad hunc locum, ubi vitiose excusum „puto ex Paris.“ facile intelligitur „puto et Paris.“ debuisse. S.

53. τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει βίβλια) Optimi hoc coloris est: τὰ βίβλια ex Med. nimium. Opportune Sophoclis Hercules, Trach. vs. 1103. ἐγκατασκήψον βίβλος πάτερ κεραυνῷ. WESS. — Immo vero percommode τὰ βίβλια dedere probati libri, tela sua, vel tela illa, quae paulo ante verbo

περαιοῖ indicata sunt. βλος de fulmine dixerat idem Noster IV. 79, 9. τὰ τοιαῦτα h. l. ad δινδριu pertinet, significatque τὰ μέγιστα. S.

57. δι' ὧν ἰφθάρησαν) Verbi vim agnovit Cel. Gronovius; [scil. extremam indicari perniciem:] ego, quod ille recusavit, suum in locum reposui. [nempe ἰφθάρησαν recepit Wess. quum ἰσφάλησαν in contextu tenuisset Gronov.] δι' ὧν ita si pingatur, metum tonitruque aptum est indicare. Cultius erit multo et Herodoteo schemate δι' ὧν ἰφθάρησαν, loco διεφθάρησαν, quod supra positum. Talia κατ' ὧν ἐπλάσαντο, ἐξ ὧν εἶλον, ἐν ὧν ἔπλησαν lib. II. 85. 86. 87. Elegans haec Cl. Reiskii coniectura et iusta. Stobaei ἀξίως primam amisit syllabam ob similem praecedentem. WESS. — Verbum ἰφθάρησαν in aoristo tempore, (sicut alia paulo ante, in eadem oratione) de eo quod fieri solet, nempe quod saepe factum est itemque in posterum fiet; usitato Graecis more in sententiis generalibus et in proverbiiis. S.

[64. λόγους ματαιούς dicit non modo vanos et temere iactatos sermones, sed et iniuriosos, sicut cap. 15, 5. et III. 120, 4. VI. 68, 8. S.]

68 seqq. διαβολή γάρ ἐστι δεινότατον* etc.) Eadem Pindari mens Pyth. Od. II. fin. Βροτῶν ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέρους διαβολῶν ὑποφάτις, ubi Graeci interpretes, ἀμφοτέρους καὶ τῷ διαβαλλομένῳ καὶ τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσι. Non addo Dion. Chrysost. Or. XI. p. 185. c., nec Iudaeorum scite dicta apud Buxtorfium Lexic. Talm. p. 1160. Consequens οὐ παρίόν τις [lin. 71.] κατηγορίαν defendit Gronovius, neque caret patronis. Accommodatius mihi οὐ παρόντος ex orationis iusta serie. Licebit credo in ista Codicum discordia hoc amplexari. WESS. — Ex Flor. codicis lectione, quam Stobaeus etiam exhibet, sensum eruit Gronov.; mihi videtur inter diversas sincera, quam praebent margo Steph. et Valla, οὐ παρίόντος κατηγορίαν. Absentem dum accusat calumniator ἀδικεῖ: quia ὁ τῇ διαβολῇ λάθρα χρώμενος ὅλον τὸν ἀκροατὴν σφιδερίζεται, — — — τὴν ἀπελογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας παραινεύμενος, iuxta Lucian. de Calumnia non tem. cred. [cap. 8.] T. III. p. 135. et 137. Paucis graviter Isocrat. de Permut. pag. 313. Ε. μέγιστον κακὸν διαβολή, — — ἡ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκίμειν, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας δοκεῖν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπισηκτεῖν. Iudices Athenis ex lege iurare

coquebantur, ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροῦσθαι. VALCK. — Non παρίον τι, sed una voce παρίοντι, dativo casu, scribi apud Stob. et in probatis nonnullis Herodoti codicibus, monui in Var. Lect. ubi quae praeterea adnotavi, et quae supra ad VII. 9, 5. adposui, hic non repetam. Licet verbum παρρησιῶν alibi apud Nostrum cum dat. casu iunctum non meminerim, tamen facile credam, ab ipsius manu esse h. l. παρίοντι, eamque scripturam a nonnullis, quos ea offendisset, librariis in παρίοντων, ab aliis in παρίοντες, fuisse mutata. S.

80. ἢ μὴ -- ἀναβαίνειν) Rarius illud quidem hoc sensu, mutari tamen non debuerat. [Pro eo quod h. l. ἀναβαίνειν est, aliàs ἀπαβαίνειν et ἰμβαίνειν ponit Scriptor.] Proxima [lin. 81. et 83.] formas exhibent, quales Grammatici tribuunt Atticis, Ionibus etiam et Dorienibus usurpata, κτινέσθων et πασχόντων. Prioris formae, [passivae] alterà multo minus frequentatae, praebent exempla Demosthenes, αἰσιόσθων, p. 608, 88. Philostr. περιστέσθων, p. 229. ἀναβεβλήσθων, p. 302. alia illinc etiam attigit Ti. Hemsterhusius ad Luciani ἀπικτήσθων pag. 364. Paulo post [lin. 88.] ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνέων διαφθερέμενον, dixit; ut Pausan. II. p. 192., κυρὸν, διαφθερόμενον ὑπὸ τῶν ἐν θαλάσσης ὀρνέων. Ab ayibus carnivoris dilacerari dicitur et διαφθερόμενον in Aristoph. Av. 338. et vs. 354. "Ἦν ὑπὸ τούτων διαφθερόω; T. H. [Ti. Hemsterh. nescio ubi,] Ut ab istis differar? Horat. Epod. V. 99. Post insepulta membra different lupi, Et Esquilinae alites. Plautus Curcul. IV. 4, 20. Iam ego te faciam ut hic formicae frustillatim differant. VALCK.

88. διαφθερέμενον) Dirum omen. In lamentatione matris Euryali Ποῖτα: Heu terra ignota, canibus data praeda Latinis, alitibusque iaces, Aeneid. IX. 485., ubi De la Cerda docte. Διαφθερέμενον Aldi dispunxit H. Steph. in Prolegom. p. 737. optimeque explanavit Horatiano, Post insepulta membra different lupi. WESS.

CAP. XI. 9 seqq. ἐν Δαρίῳ τοῦ Ὑστάσπης etc.) Frustra Cl. Salmasius (ad Solin. pag. 833.) stemmatis duplicem ordinem describi existimans, μηδὲ τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσιου, post pauca addebat; quo facto poenas Gronovio dedit. Eundem enim generis auctorem Cyrus et Darius agnoverunt Achaemenem. Avus Darii Arsames ex Achaemenidis

ἔστι, veluti c. 51. et saepe alibi. WESS. — Nempe γίνεται ad καλὸν refertur. Vir doctus, cui Wess. non accedit, nescio an Reiskius fuerit: idem quidem in editis Animadverss. nil aliud ad hunc locum, nisi hoc monuit: „ἤδη „bene habet, significatque hic loci nunc tandem aliquan- „do.“ S.

Ibid. ἵνα καὶ τὸ δεινὸν, τὸ πείσομαι etc.) τὸ πείσομαι id mali indicat, quod sua in ditione perpessurus a Graecis rex erat, ni eos adgrederetur ipse. WESS. — Immo per ironiam haec dicta sunt: ut cognoscam illud malum, quod tu, Artabane, mihi ominaris. Perspecte in hanc sententiam verba ista interpretatus est Larcher. In Latinis nostris h. l. vocula ut intercidit: oportebat, ut et ego periculum etc. S.

23. Πέλοψ ὁ Φρύξ, ἰὼν πατέρων τῶν ἰμῶν δούλος) Iactantiae ac Persici fastus specimen haec dant. Nam Pelopis tempore, Phrygia sub Medorum imperio non erat, neque unquam antea fuerat, sic Palmerius in Exercitationibus. Vide tamen Platonem lib. III. de Leg. pag. 685. v. WESS. — Conf. ipsum Herodot. lib. IX. c. 116. S.

20-23. καλὸν --- τιμωρεῖν ἤδη γίνεται) Prostat coniectura Reiskii legentis τιμωρεῖν, ὅ, τι δὴ καὶ γίνεται: mihi quoque his impediti quid inesse videtur, quod forte tolli posset si scriberetur: καλὸν ὧν προπεπονότας ἡμῖας τιμωρεῖν ἦν δὲ δὴ τι γίνεται, ἵνα καὶ τὸ δεινὸν τὸ πείσομαι τοῦτο μάθω, ἰλάσας ἐπ' ἀνδρας τοῦτους, τοῦςγε καὶ Πέλοψ ὁ Φρύξ, ἰὼν ἰμῶν πατέρων δούλος. Subditos, tanquam discipulos, Persarum Reges δούλους vocabant: hanc tamen Xerxis de maioribus suis vaniloquentiam verbo castigavit Palmer. Exercit. p. 31. Aptè hic narratis congruit formula loquendi, ἦν δὲ τι γίνεται, si quid autem evenerit mali. ἰάν τι συμβαίη, ἰάν τι γίνεται, similesque, frequenter occurrunt. VALCK. — Vide paulo ante notata. S.

CAP. XII. [3. νυκτὶ δὲ βουλὴν δίδους) Intellige ἰωυτῶ, nisi prorsus adiectum olim fuit hoc pronomen, quod hodie quidem ignorant libri. Sic vero, eadem sententiā, frequenter λόγον ἰωυτῶ δίδοναι usurpat Noster, I. 209, 11. II. 162, 25. III. 25, 5. etc. S.]

Ibid. εὐρισκί εἰ οὐ πρὶν γμα εἶναι) Contra lib. I. c. 19. Croesus βουλεύμενος εὕρισκε πρῆγμα εἰ εἶναι ἱλαύνειν ὡς τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδεις. vid. Clar. Wessel. ad IV. c. 11. Aristoph. Eccles.

vs. 656. Τί γάρ αὐτῷ πρᾶγμα μάχασθαι. Plebeia locutio hodieum est usitatissima. VALCK.

8. στρατεύμα μὴ ἄγιν) Iure negans vox accessit; frequens, ut docte Gronovius, post verba negandi mentemque mutandi. Notus ex Sophocle, Antig. vs. 449., Euripid. Orest. vs. 1059. mos, doctorumque observationibus ad Aeliani Var. III. 43. [Conf. ad Herod. II. 27, 3. notata.] Δολομῆτιν ἀπάταν Διού, qua somnio Xerxes impulsus post fluctuationes in bellum ruit, explicat ad Aeschylī Pera. vs. 93. Stanleius. WESS.

9. προίπας ἀλίζιν Πέρσας στρατὸν) Revocanda mihi vetus lectio Πέρσας videtur: cum Persis ut copias cogerent denunciaveris, ut recte H. Steph. VALCK. — Quod in nostra Var. Lect. ad h. l. scribitur „utique male,“ id hypothetae negligentiae debetur: „utique non male“ scripserat Wess. Et merito quidem: nam probum utrumlibet, Πέρσας et Πέρσην, eadem sententiā; sed istud praetuli, quod paulo difficiliorem videri poterat habere explicatum. S.

CAP. XIII. 5. ἀγχιστροφῶ) Subitam et priori contrariam sententiam. Tales ἀγχιστροφῶι μεταβολαί Gregorii Naz. Or. XXVIII. p. 473. n. ad Thucydidis exemplum lib. II. 57. Quod statim παρηγορεύμενοι, [lin. 6.] ab Ionibus probatur; solitarium autem Med. ἐπίξισι [lin. 9.] merito D'Orvillius, quippe librarii peccatum, contempsit, ad Chariton. I. 5. p. 57. Congruit ferme Euripid. Iph. Taur. vs. 987. δαίμων τις ὅρῃ δαιμόνων ἐπέξισσι. WESS.

5 seq. Φρονῶν — ἐς τὰ πρῶτα οὕκω ἀνήκω) Idem esset ψυχῆς ἐς τὸ Φρονιμώτατον. Xenoph. Symp. p. 522, 25., ἡ ψυχὴ, ὅσον περ ἂν χρόνον ἦ ἐπὶ τὸ Φρονιμώτερον, καὶ ἀξίμαστοτέρα γίνεται. Ἡβης ἐς τὸ σῶφρον dixit Sophocles in perditae tragoediae fragm. apud Etymolog. in voc. Νῆκος: nam pro vulgatis, ἡβῆσσι τῷ σῶφρονι dubium nullum est quin corrigi debeat. ἡβης ἐς τὸ σῶφρον ἵκρο: vidit et illud Pierseus noster. VALCK.

CAP. XIV. 1. τὸ ὄντι δ' ὄνειρον) Monuit Eustath. τὸ ὄντιον Homeri ritu poni; quo Sophocles, Libanius, Eunapius aliique itidem, quamquam non semper. Non damnabitur credo [lin. 4.] ποιούμενος, neque etiam τὰς τοι ἐξ αὐτίων ἀνασχῆσαι. [lin. 7.] Msti viam monstrant, testati προσδόντα ἀνασχῆσαι glossatori nimium liberali deberi.

[Vide *Var. Lect.*] Saepe mihi, dum his distineor, castiganda amanuensium licentia est; cuiusmodi post nonnulla [CAP. XV. 1.] περιδής γίνεται, utique pristinae scripturae περιδής γινόμενος, ipsa indice verborum serie, posterior multo. WESS.

CAP. XV. 2 seq. πίμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον καλίσοντα) Genuinum arbitror quod praebeuit Med. ἐπὶ Ἀρτάβανον: sed omitti, ni fallor, tum debuerat καλίσοντα: neque enim praepositio ἐπὶ in tali structura censi posset a verbo avulsa. καλίσοντα remanere potuit ex interpretamento olim adscripto καλίσοντα: mittit qui Artabanum ad se vocaret. πίμπειν ἐπὶ τινά significat mittere ad aliquem arcesendum. Xenoph. Κυρ. Παιδ. III. p. 43, 13. Τυράνην ἐκίλευσε πίμπειν ἐπὶ τὸν πατέρα. Thucyd. VI. c. 61. πίμπουσι ναῦν ἐπὶ ἱαῖνον. Cap. 53. dixerat ναῦν - ἤκουσαν ἐπὶ Ἀλκιβιάδην, non adversus Alcibiadem; sed navem, quae ad eum deportandum erat missa; ut recte Corn. Nepos interpretatur in Alcib. cap. 4. In Isaeo corrigerem p. 36, 39., Ποσειδίππον ἱπιμψιν ἐπὶ τὸν ἀστυνόμην: id est ἱπιμψι τὸν ἀστυνόμην καλίσοντα. καλίσον τὴν ἀρχήν, [πίμπειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν] et μεταπίμπισθαι in eadem dixit Isaeus oratione. VALCK. — Familiaris Herodoto abundantia facile persuadere nobis possit, participium καλίσοντα, qua utique non erat opus, ab ipso fuisse adiectum: intelligitur autem καλίσοντα αὐτόν. S.

10. συνειπαίνειν) Nolo mutare; ut animi tamen sententiam declarem, pro genuino et Herodoteo συνειπαίνειν ἰὸν ποιῆν censeo. [quod et ego receptum vellem.] Scriptoris consuetudinem συνειπαίνειν γὰρ εἶσαν οἱ Πέρσαι lib. V. 20. ostendunt, et quae plura Portus. Mox, [lin. 12 seq.] ἐν ᾗδον ἴσιν στρατηλασίην scriptum si foret, tolerabile esset. Nunc laudo vulgatum, redundantiae geminam speciem ignorans. Gronovius in alia abit. [nempe tamquam Herodoteum pleonasmum probans γινίσθαι στρατηλασίην.] WESS.

CAP. XVI. 2. οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύματι) Sermone adauxi: Casus ex verbali pendet substantivo, ut τῷ διὰ ὑπηρεσίᾳ in Platon. Apolog. p. 50. A., τὰ Ἑλλήνων καὶ Μεγάλων Τηλεμάχῳ δῶρα Dion. Chrys. Or. VII. p. 117. c., ἐπιθεσίς τῃ βασιλείᾳ τῶν Σύρων Strabon. XVI. p. 1092. A. [p. 752. c. ed. Cas.] His similia Cl. Dukerus ad Thucyd. V. 46. VII. 50. VIII. 21. De κελεύματι, quod in schedis, superius

lib. IV. 141. Cunctabatur fortasse in regio solio sedere Artabanus, [lin. 3.] quoniam Persis in sella regis consedissee capitale foret, Alexandro apud Curtium VIII. 4. auctore. WESS. — Ad τῷ πρώτῳ οἱ lubens equidem γενομένην intel- ligam, ut ab hoc subintellecto verbo pendeat dativus δ. S.

5. Ἴσον ταῦτο, ὃ βασιλεῦ, etc.) Sive Homericæ seu He- siodeæ simillima putetur Artabani hæc professio, memo- rabilis est; Th. Gatakeri eruditissima illustratione ad An- tonin. Imp. lib. IV. 12. cohonestata, et I. G. Graevii ad He- siodi Ἔργ. vs. 294. Mox τὰ σε καὶ ἀμφοτέρω περὶ ἥκοντα [lin. 7.] ex Fragm. Paris. laudem meretur. Vide lib. VI. 86, 1. Κακῶν ἀνθρώπων ὁμιλίας σφάλλουνσι respondet Paullino Epist. ad Corinth. prior. c. xv, 33., ubi Wetstenius plena manu. WESS.

5. Ἴσον ταῦτο -- παρ' ἡμοῖ κέρκεται) Quæ Stobæus descri- psit pag. 42. Herodotea, Gatakerus comparavit cum nobi- lissimo Hesiodi dicto Ἔργ. κ. Ἡμ. vs. 291, 293., ad M. An- tonin. IV. 12. conf. Graevius ad Ciceron. pro Pub. Sextio c. 40. Proxima, [lin. 6 seq.] qualia legit Valla, Gronovius egregie restituit: τὰ σε καὶ ἀμφοτέρω περιήκοντα κακῶν ὁμι- λίας σφάλλουνσι. Eadem alibi semel Herod. verbum περιήκειν adhibuit structurâ, VI. p. 359, 8. [VI. 86, 13 seq.] τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τὰ τε ἄλλα πάντα περιήκειν τὰ πρώτα, καὶ δὴ καὶ ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης περὶ. Verbum σφάλλουν, Euri- pidi frequentatum, veteribus semper adhibitum activa vir- tute, proprie notat id ipsum quod Latinum fallere in istis Livii XXI. c. 36, 7. lubrica glacie non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente. Sic emendarunt I. F. Gronov. et A. Drakenborch. VALCK.

[6-8. τὰ σε καὶ ἀμφοτέρω περιήκοντα, ἀνθρώπων κακῶν ὁμι- λίας σφάλλουνσι) Schneiderus in Lexic. crit. hunc locum ci- tans, itemque alterum ex VI. 86., περιήκειν interpretatur circumdare, adesse: quæ interpretatio alteri quidem loco ita convenire poterat, si naturalem verborum seriem hanc intelligeres τὰ τε ἄλλα πάντα τὰ πρώτα περιήκειν τοῦτον τὸν ἄνδρα: at hoc loco τὰ καὶ ἀμφοτέρω nullo pacto tamquam subiectum orationis considerari possunt; sed structuræ naturalis ratio haud dubie hæc est, ὁμιλίας ἀνθρώπων κακῶν σφάλλουνσι: οἱ περιήκοντα ταῦτα ἀμφοτέρω. Ex quo intelligitur, generalem formulam constructionis, qua in verbo περιήκειν

utitur Herodotus, hanc esse, ἐγὼ περιήκω τοῦτο. Superest ut videamus quanam sit huic locutioni notio subiecta. Ego cum superioribus Interpretibus, a quibus ne *Schneiderus* quidem dissentit, in hanc sententiam accepi, ego hoc consequor, sive potius (quoniam ἤκω in praesentis temporis forma plerumque significationem praeteriti habet) ego hoc consecutus sum, id est, ego hoc habeo, hoc mihi adest. Consentit *Reiskius*, in *Animadv.* ad VI. 86. scribens: „Significat, si recte intelligo, dictio περιήκειν τὰ πρῶτα idem atque ἤκειν εἰς τὰ πρῶτα.“ Sed mox idem Vir doctus adiecit: „Aut sic: περιήκειν (τοῦτόστι ὑπερβάλλειν) τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους εἰς πάντα τὰ πρῶτα.“ Rursus idem *Reiskius* ad eum locum, in quo nunc versamur, haec notavit: „Περιήκειν hic loci est ἤκειν περὶ (hoc est ὑπὲρ) τινα, προφέρειν, ὑπερβάλλειν, praestare, superare, excellere. Quibus in ambabus rebus te praestantem ceteris.“ Sic ille. Optent docti: ego in superiori interpretatione adquiesco. S.]

8 seqq. κατάπει τὴν - - θάλασσαν πνέοντα etc.) Ad multitudinem transtulerunt oratores, natura sua maris instar tranquillam, demagogorum flabellis tanquam ventis procellosis facile concitandam. Herodotea horumque similia *L. F. Gronov.* attulit ad ista *Livii XXVIII. 27.* Multitudo omnis sicut natura maris per se immobilis est, venti et aurae eient; ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt. [Conf. *Polyb.* XI. 29, 9 seqq. ibique notata.] *Dioni Chrys.* III. pag. 44. c. imperium populare dicitur ποικίλη καὶ παντοδαπή Φορὰ πλῆθος οὐδὲν εἰδὸς ἀπλῶς, ταρραττομένου δι' αἰὶ καὶ ἀγριαιόντος ὑπὸ ἀκολάστων δημοαγωγῶν, ὥσπερ κλυδῶνες [κλυδῶνες] ἀγρίου καὶ χαλεποῦ, ὑπὸ ἀνέμων σκληρῶν μεταβαλλομένου. *VALCK.*

16. τὴν σφαλιρωτέραν σιωτῆ) Non minus adconcomitate τὴν σφαλιρωτάτην Codicum priscorum. Potest utrumque blandiri, si vel posterius pro comparato habeatur. *Magnus Animadv.* ad *Athen.* XIII. 1. [Casaub. in *Athen.* XIII. p. 558. a.] hoc pro usu excitavit *Thaliae* c. 119. ὅς καὶ ἄλλοτριώτατος τοῖς τῶν παιδῶν καὶ ἥσσαν κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι. Clarissime *Euripid. Andr.* vs. 6. Νῦν δ' οὕτως ἄλλη δυστυχέστατη γυνὴ ἔμοῦ πίφκειν. Sed vide *Abreschium* *Dil. Thucyd.* p. 514. *WESS.*

19 seq. Διὸς τινος πομπῆς, οὐκ ἐῶντος) Hoc a correctoribus potius exspectandum, quam quod margo praebet *Steph.*

lectum *Vallae*, οὐκ ἰὼν τὰ σε καταλύειν τὸν στέλον, ad remotius *δνειρον* referendum: sic supra cap. 15. ἐπιφοιτῶν *δνειρον* φαντάζεται μοι, οὐδαμῶς συνεκαινός ποιεῖν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ διαπειλήσαν. More Homérico τὸ *δνειρον* Noster dixit et τὸν *δνειρον*. VALCK.

20. οὐκ ἰὼν τὰ σε καταλύειν) Verius hoc videtur, [quam olim vulgatum ἰώντος,] siquidem *insomnium* spectat: nam quamvis τὸ *δνειρον* depositum supra, τὸν *δνειρον* tamen c. 18. atque alibi usurpavit. Iam τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλανημένα [lin. 21 seq.] in *Vallae* Latinis, quae *adeuntia homines frustrantur*, latius porriguntur, et iterum deinceps. Errantia sunt et vaga *somnia* in Thebaid. X. 106. *Papinii Statii*. Illustres *Homeri Odys.* T. 561. versus non exscribo. WESS.

23 seq. πεπλανῆσθαι αὐταὶ etc.) Quam paulo putabat inferius inserendam vir Doctus, mihi praepositio, saepius e scribendi compendio sic depravata, latere videbatur in prima verbi syllaba, scribendumque adeo: περιπλανῆσθαι αὐταὶ [quidni αὐταὶ?] μάλιστα ἰῶνται αἱ ὄψεις τῶν ὄντοράτων τὰ τις ἡμέρας φερρίζω. Quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident, quaeque aiunt vigilantes agitantque, ea si cui in somno accidant, minus mirandum est: Accius in *Bruto* apud *Cicero*n. de Div. I. 22. VALCK. — Reiskius lin. 24. olim scriptum fuisse περὶ τὰ τις suspicatus erat. S.

26. ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἶχον μετὰ χειρᾶς) Supra c. 5., τὰπερ ἐν χειρὶν ἔχεις, et I. 35. Quum tantum belli in manibus esset, Liv. IV. c. 57. Quamcunque rem habent in manibus, Cic. Tusc. V. c. 7. Longe frequentius obvium ἔχειν τι μετὰ χειρᾶς quo hic sensu rarius occurrit, pro rem animo agitare, vel re quadam occupatum esse, de Themistocle Thucyd. I. 138., ἃ μετὰ χειρᾶς ἔχει καὶ ἐξηγήσασθαι οἶός τι. VALCK.

27. εἰ δ' ἄρα μὴ ἐστὶ) Egregie aptum est ad fraudem ὄραμα Arch., de visis per quietem in *Macrobiani Somn. Scipion.* I. 3. atque aliis. Series hinc excludit librarii commentum. Οὐκ ἐγὼ διαίρω optime, quale ego esse statuo, interpretabatur Cl. Lamb. Bos, Observ. Critic. c. 6. hoc nomine vituperationem per figuras non meritis. WESS.

[28. τὸ τοῦ θεοῦ μετέχον) τοῦ θεοῦ malebam, sed nil novant libri. S.]

39. εἰ δὲ ἐπιφοιτήσαι) Non offendor repetitis, quas vir

doctus inducendas iudicabat, negationibus: earum in iteratione nihil insoliti praeterque morem. Cohærentiâ orationis, οὐδὲ ἐπιφοιτήσῃ respuente, angor. Quod expressi, plene satisfacit, aestusque sedat. Itaque *Laurentii* Latina reduxi, ex bonis Graecis bona. Falsus si sum, quod nolum, duces ac socios *Th. Gale*, *Corn. de Pauw* et *Valckenarium* habeo. *WESS.*

Ibid. οὐδὲ ἐπιφοιτήσῃ) Quam præbet *Galeus* Codicum lectionem, σὲ δὲ ἐπιφοιτήσῃ, hanc postulant vicina: εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, --- σὲ δὲ ἐπιφοιτήσῃ, (*Valla* necdum interpolatus, *sed te adibit*;) τοῦτο μαθητὴν ἤδη ἴσται· εἰ γὰρ δὴ ἐπιφοιτήσῃ συνχίως, φαίην ἂν καὶ αὐτὸς θύϊον εἶναι. In istis nihil præterea novandum puto. *VALCK.* — Vide nostram Versionem latinam, et quae super hoc loco in *Var. Lect.* disputavimus. *S.*

41. οὕτω δὲ δόκηται) *Receptius* in Musis δίδοκται: nec illud propterea reiiciendum. *Pindarus* *Nemæon.* *Od.* *V.* 33. ἢ σιδηρίταν ἐπαινῆσαι πόλεμον δίδοκται. Nititur veritate αὐτὸ παρατρέψαι [*lin.* 42.] ex *Arch.*, assecutusque est coniectando *Reiskius* et *Abreschius*. *WESS.* — αὐτὸ παρατρέψαι scribi malim, quam αὐτῷ, sicut vulgatur, vel αὐτά, quae viri docti est coniectura. *VALCK.*

42. ἀλλ' ἤδη ἵημι) Quod sequitur ἢ ἐμὲ, loco ἵημι, in scriptis quibusdam, explicat vir *Celeb.*, sed ita ut indoctior atque incertior abeas. Scribarum ego errorem arbitror. *WESS.* — Quod suo e codice, consentientibus aliis, *Gronovius* dederat, ἀλλ' ἤδη ἢ ἐμὲ etc. id sic explicandum ille censuerat, nisi et ipse ego in tuo cubili dormiero. Istam scripturam improbens *Wess.* ἵημι revocavit, pro εἶμι cum *Reiskio* accipiens, neque ullam de bonitate huius scripturae dubitationem significans. Itaque indictum deletumque velim, quod in *Var. Lect.* ad h. l. scripsi; quod vitiosum esse pulcre ipse *Wess.* intellexit. Caeterum, quae ibidem notavi, nil opus est ut hic repetam. Videndum vero, ne ἀλλ' ἢ δὲ ἐμὲ scriptum oportuerit. *S.*

CAP. XVII. 4. κοῖτον ἐποίητο) Nihil in dictione desidero: namque κοῖτον ἐποίητο, loco ἴφιστο, quod non nemini in mentem venit, se non commendat. Ecce tibi ex *Vit. Homeri* c. 31. καὶ τότε μὲν τὴν κοῖτην αὐτοῦ ἐποίησατο. Quo in genere κοῖτον et κοῖτην non differre

ex lib. V. 20. constat. In consequentibus [lin. 7.] *Σὺ δὲ καὶνος εἰς ὃ etc.* irato bene congruit. WESS.

10. *καταπροΐξαι*) Laurentii *consideras* per editiones male vagabatur. Vide *Valckenarium* ad lib. III. 36. WESS.

CAP. XVIII. 2. *Θερμοῖσι σιδηρείοις*) Sic optime Arch. Ὁβελοὶ σιδήρειοι lib. II. 135. pristinum non adiuvant. Σιδήρια enim sunt *ferramenta* lib. III. 29. IX. 36. Platoni Gorg. p. 300. etc. WESS.

Ibid. *Θερμοῖσι σιδηρείοις*) Scribendum *σιδηρείοις*. Nam ἡ σιδηρουργία, σιδηρεῖον dicebatur; *ferramentum*, σιδήριον. σιδήρια λθουργικά habet Pollux VII. 125. et τοιχωρύχων σιδήριον. Suidas: Σιδήριον, τὸ μικρόν, ὑποκοριστικῶς διὰ τοῦ ι. Herod. IX. 36. ἰστινυχθέντος κως σιδήριον ἱκράτῃσι. Quod sequitur [lin. 3.] Ionicum ἀμβώσας, restituendum arbitror in libello de Syria Dea inter Lucianos T. III. p. 471, 88. pro θαμβώσας: illinc receptum fuit in Indicem Graecis inusitatum θαμβώω. VALCK.

6 seqq. *ὡς ἀνθρῶπος ἰδὼν ἤδη etc.*) Ubi descripsit ista Stobaeus p. 130. cepit multo rectius pleraque Gesnerus quam ceperat Valla, turpiter hallucinatus in vicinis. μεγάλας πεινόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων, vel potius ἰσσόνων, optime H. Steph. interpretatur. [sub Hessonibus scripserat Valla.] Ista proximum accedit hoc Thucyd. II. c. 98, 6. πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπειν ὑπὸ ἱλασσόνων τῇ ἀπειρίᾳ, ἔστι δὲ αὐτῇ τῇ ἀτολμίᾳ. In proximis, τῇ ἡλικίᾳ εἰκιν [lin. 8.] longe aliter est accipiendum ac lib. V. c. 19. σὺ μὲν, ὁ πατήρ, εἰκε τῇ ἡλικίᾳ. Ibi de patre sene Macedo loquitur Alexander; hic Artabanus fratris filium Regem τὰ πάντα τῇ ἡλικίᾳ εἰκιν, prorsus morem gerere nolebat iuvenilis aetatis cupiditati, qua coecatus amplificare desiderabat imperium: hoc obscurius indicatum voluisse sequentia monstrant, ὡς κακὸν εἶν τὸ πολλῶν ἐπιθυμῆν. Εἰκιν in talibus notat animi concitati motibus velut imperiosis dominis morigerum cedere. Achilles Homero pingitur ut leo, μεγάλη τι βίη καὶ ἀγῆνορι θυμῷ Εἰξας, Iliad. ω. 42. Eustathius, Istis, ait, εἰκιν δοκεῖ ὅσα καὶ δισπείταις ἐγκλινομένοις αὐτῷ. Eurip. Helena vs. 79. Ἥμαρτον ὄργῃ δ' εἰξα μάλλον ἢ μ' ἐχρῆν. εἰκοντας καὶ Platonem restituit H. Steph. Schediasmi. l. c. 23. VALCK.

13. *ἀτρεμίζοντα*) Bellis supersedentem; qua quidem mente principes ipsi se et cives beare solent. Κύρον οὐκ ἀτρεμίζοντα

bella ex bellis cientem, lib. I. 190. descripsit. Verissime Philo Iud. alia etsi in re, de Septen. p. 1186. A. *ἡ μέρη δ' ἀτρεμίζοντες ἰτοιμότατα καὶ εὐκνητότερα τὰ τοῦ σώματος ἵσχωσι μέρη.* WESS.

[14. Ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμή) Totam istam historiolum quisquis legerit, is mecum, puto, non tam imbecillitate offendetur Xerxis et Artabani, indignas fraudes ex Mardonii machinatione conflatas ad divinum numen referentium, quam Scriptoris nostri mirabitur simplicitatem, omnia ista tantā cum gravitate ac sine ulla suspicionis significatione narrantis. Sed haec quidem, ut alia nonnulla, condonemus viri alioquin optimi prudentissimique religioni! S.]

16. Φορὴ τις καταλαμβ. θεήλατος) Illa φορὴ θεήλατος, sed Persas [non Graecos] afflictura, tragica Aeschyli dictione pingitur in Pers. vs. 102. etc. WESS.

[21. θεοῦ παραδιδόντος) Conf. V. 67, 13. S.]

CAP. XIX. [6 seq. μετὰ δὲ etc.) Quid sit quod adiciat *evanuisse dein coronam*, haud percipio; quandoquidem hoc ad sinistrum magis, quam ad faustum omen, videri poterat pertinere. Videndum satis- ne sanus et integer sit locus. S.]

CAP. XX. 1. ἐπὶ μὲν τέσσαρα ἔτη πλήρη) Testis Thucydides est lib. I. 18. decimo a Marathonica pugna anno Xerxem expeditionem in Graecos suscepisse. Plato lib. III. de Leg. p. 698. c. σχεδὸν δέκα ἔτησι, *decem ferme annis*, ante Salaminium praelium Persas et Athenienses in Marathonio campo committit. Hinc dissidium de intervallo temporis, quo certamen disiungitur utrumque, his decem, illis undecim annos probantibus. Herodoti calculos nos subluceamus. Apparatum Darii ad novum in Graecos bellum triennalem signavit c. 1.; adiungens, quarto post Marathoniam pugnam anno Aegyptios descivisse; tum proximo ab eorum defectione Darii diem obiisse supremum c. 4. qui quintus utique a praelio Marathonio. Sequuntur pleni quatuor anni, a Xerxe in comparandis ad Graecum bellum rebus absumti: πύκτω δὲ ἔτι, *volvente sive procedente anno quinto*, rex Persa expeditionem ingreditur; delatusque Sardes post iter longum interquiescit, ac ibidem hiemem transigit c. 32. vere deinde ineunte Abydum pro-

ficiscitur c. 37. Unde consequens videtur, ut pro *Herodoti* rationibus Rex undecimo post Marathoniam cladem anno in Europam moverit Graecosque. Certe *Iuliani* Imp. Or. I. p. 42. c. χρέιος ἔσῳ οὐκ ἐλάσσω δίκῃ, a Xerxe in belli adparatu insumtus, nunquam procedet, nisi Darii quinque anni auxilio veniant, ex doctissimorum virorum *Petavii* et *Spanhemii* censura. Iunge *Duker.* ad *Thucyd.* I. 18. et, quem ille merito laudavit, *H. Alphenium* in *Commentar. Chronolog.* ad *Danielis* cap. ix. Part. III. c. 3. *WESS.*

3. πῆπτε δὲ ἔτι ἀνομίνῳ) *Arch. ἀναισιμονίῳ* laudibus *Th. Galeus* et *Ioseph. Wasse* (*Indicis* *Thucydidei* voc. *Χύρ.*) ferunt, restitutumque optant. Erit profecto Ionicae speciei, modo *ἀναισιμονίῳ* formetur; hic valere utrum queat, dubito valde. *Ἀναισιμοῦσθαι* locum sibi capessit in rebus temporeque absolutis, veluti II. 31. οὗτοι γὰρ συμβαλλομένη μῆνες εὐρίσκονται ἀναισιμούμενοι ἐξ Ἐλεφαντίνης πορευομένης ἐς τοὺς Αὐτομόλους; hi enim quatuor menses computanti reperiuntur absoluti, ex *Elephantina* ad *Automolos* profecto; et saepe aliàs apud *Portum*. Atqui annus quintus Xerxis procedebat duntaxat, ad finem nondum devolutus; τίσσι τε ἔτι πλῆρεα, pleni quatuor anni, qui antecedunt, ita rem habere, clamant. *Ἀνόμενον* itaque ἔτος est volvens, cuius anni principio Xerxes expeditionem orsus fuit. Tale νῦν ἡμεῶς ἀνομίνῳ, inchoante die, *Apollon. Rh.* II. 496. III. 1339. et ἤνευ τὸ ἔργον *Nostri* I. 189. et VIII. 71. in opere, quod continuo procedit et porrigitur. *Homerus* *Iliad.* K'. 251. et *Eustathius* consimiliter. *WESS.* — *Ἀνταί* apud *Homer.* I. c. τελευτᾷ interpretatur *Eustathius*. Hoc loco ἔτι ἀνομίνῳ anno in eunte reddiderat *Valla*, quod et *Wess.* cum aliis in lat. versione tenuit: equidem exeunte cum *Porto* posui; malim vero, ex eiusdem *Wesselingii* monito, volvente poni, sive, quum vero quintus ageretur annus. *S.*

Ibid. πῆπτε δὲ ἔτι ἀνομίνῳ) Hinc *Hesych.* *Ἀνομίνῳ*, ἀνομίνῳ: vetus ista verbi forma sic semper apud *Hesych.* redditur per alteram usu receptam, in *Ἀνταί* *Ἀόντες* *Ἀων* *Ἦων* etc. *Suidas*: *Ἄνοις*, ἀντὶ τοῦ ἀνύοις, Φέρνυχος. Vid. *Eustath.* in *Hom. Od.* β'. p. 80, 2. [p. 1334. ed. Rom.] et *Miscell. Observ.* V. p. 95, 96.; sed quod illic vir Eruditissimus *Xenophonti* tribuit ex *Suida*, id ego velut minime *Xenophonteum* *Suidae* libenter reliquerim: habet et *Hesych.*

Callimacheum ἄνθ, et bis ἄνθιν interpretatur. VALCK.

11. μήτι τὸν Μυσῶν *etc.*) Si τῶν Μυσῶν volueris, oratio pendebit ex superioribus κατὰ τὰ λεγόμενα, tum, ut Arch. τῶν πρὸ τῶν Τρ. γενομένων: quibus equidem non capior. τὸν Μυσῶν innuit στόλον. Mox διαβάντες τὴν Εὐρώπην [lin. 13.] expedire vir Celeb. nititur; qui si cogitasset ultimam vocis praecedentis syllabam, uti saepe factum pulcre noverrat, praepositionem ἱε devorasse, arcessitam haud probasset explicationem. Praepositio in huiuscemodi transitu non spernitur lib. IX. 6. 113. *etc.* *Teucrorum Mysorumque in Europam traiectum* repetit lib. VII. 75. WESS.

14. τὸν Ἰόνιον πόντον) Sic recte Aldus olim, uti lib. VI. 127. IX. 91. Non nescio Cl. Marklandi observata ad *Maxim. Tyr. Diss. XXXIX.* p. 723.; certum tamen durat, veterum plerosque et soluta et ligata oratione Ἰόνιον πόντον sive πόρον et κόλπον maluisse. [Conf. ad *Appiani Prooem. cap. 3.* olim a nobis notata.] Mox τοῦ πρὸς μεσαμβρίας, [lin. 16.] refingitur docti coniectura viri τοῦ πρὸς Σαλαμβρίας, et auctoritate quidem *Tzetzae Chil. IX. vs. 707.* Peneum, Onochoumque et Sperchium amnes *Salambriae* titulo a barbaris ferri, prodentis. Mihi talis opinatio errans est et vaga. *Sequentia [CAP. XXI. 1.] scribi cuperem, αὐται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ αἱ ἴτιραι πρὸς ταύτης γενόμεναι στρατηλασίαι.* Sane οὐδὲ *εἰ Med. Ask.* ab aliis proscribitur. Sequar proinde Codicum plurium consensionem. WESS. — Vide *Var. Lect. Ad οὐδὲ εἰ ἴτιραι* commodè intelligitur verbum *εἰσι. S.*

CAP. XXI. 1-3. Αὐται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ εἰ *etc.*) Scriberem literis quae male videntur repetitae deletis: Αὐται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ ἴτιραι πρὸς ταύτης γενόμεναι στρατηλασίαι, μῆς τῆςδε οὐκ ἄξιαι. Delendum articulum [ante στρατηλασίαι] censuit et *Reiskius.* οὐδὲ εἰ ἴτιραι prodierat ex *Med.* Reliquae στρατηλασίαι πρὸς ταύτην μηδὲν ἰφαίνοντο, sive μῆς τῆςδε οὐκ ἄξιαι, indignae sunt, quae cum una ista comparentur. Scribi quoque potuit ab Herodoto μὴ τῆςδε οὐκ ἄξιαι συμβληθῆναι εἶσι. Utriusque usus exempla collegit ex *Herodoto Raphelius* in *Ep. ad Rom. VIII. vs. 18.* VALCK.

4. καὶ οὖν δὲ πιόμενόν μιν ὕδωρ οὐκ ἐπίλυσι;) Voculam μιν ex cod. *Med.* interiecit *Gronov.* In ceteris illa Codicibus si non legitur. neque hic videbitur requiri. *Demosth. c. Polycl. p. 674, 87.* τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν φρεσίν ἐπίλυσι. Sic saepius *Herodot. T. VI. P. I.*

apud Herod. simpliciter legitur: *aqua ἐπίλειπε, defecit*; et *ἐπίλειπε τὸ ἱέθρον*, ubi flumina Persis narrantur *epota*. Aristid. T. I. p. 223. *τὰ ἱερῶν ῥεύματα* - - - *ὅπερ ἔλεγε πάντα ἐπίλειπε*. Diodor. T. I. p. 407. [lib. XI. c. 5.] *Φασὶ τοὺς αἰωνίους ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλεθροῦ συνέχθειαν ἐπιλείπειν*. Huius rei praeter ceteros Poëtae quoque Latini meminerunt. VALCK. — Licet absolute alibi ponatur verbum *ἐπιλείπειν*, percommode tamen etiam pronomen *μὲν* locum suum hic tueri potest. S.

CAP. XXII. 1. καὶ τοῦτο μὲν, ὡς προσπαυσαμένων etc.) Vulgo vertuntur et sumuntur ac si superiora respiciant, eaque unum propter Athon sint parata atque instructa. Laurentius: *quae triennio superiore praeparata erant*; alius, *eaque triennio praeparata* etc. Utrumque a Scriptoris instituto longe, nec *Pavium* fugit, aberrat. Orditur enim hic moliminum contra Graccos initia, clare docens, superbum regem contra Athon iram primo exersuisse, illique a continente avellendo iam ante triennium operam fuisse impensam. Errant ergo, qui tres hos annos eosdem statuunt, ac quatuor adparatus ad bellum c. 20. uti *Dodwellus* Annal. Thucyd. p. 44.; illi enim pleni, et ad universum expeditionis paratum, hi intra eorum ambitum propter Athon erant. Neque extra usum, ut *τοῦτο μὲν* novam periodum, non excipiente *τοῦτο δὲ*, inchoet, uti lib. VI. c. 125. WESS. — Verba ista *Καὶ τοῦτο μὲν etc.* perperam vulgo superioribus ita iuncta erant, ut non modo eadem cum illis sectione comprehensa, sed ab illis etiam nonnisi minore puncto distincta essent. Nos ab eisdem verbis novi Capituli initium fecimus, quum antea a verbis *Ὁ γὰρ Ἀθως* (lin. 9.) Capituli XXII. initium signatum esset; quam rationem etiam Wess. in Contextu tenuerat. Familiarem Nostro formulam *Τοῦτο μὲν* utique non semper excipit *τοῦτο δὲ*, sed alia dictio similium huius vim habens: omninoque *τοῦτο μὲν* saepe idem fere valet ac *πρῶτον μὲν*, *primum quidem*, vel, *ut ab hoc incipiam*. Itaque illi *τοῦτο μὲν*, quod lib. VI. c. 125, 3. legitur, respondet *Μετὰ δὲ*, initio capituli 126. Ad *τοῦτο μὲν*, VII. 176, 1. refertur ibid. lin. 6. *ἢ δὲ αὖ etc.* Lib. III. c. 108. habes lin. 8. *τοῦτο μὲν*, ad quod paullo post (lin. 13.) refertur *ἢ δὲ δὴ λέγειναι*. Hoc loco, in quo versamur, ad *Τοῦτο μὲν*, a quo incipit nar-

ratio rationis qua isthmus ad Athon montem perfossus est, peracta illa narratione, referuntur ista, initio capitis 25. Ταῦτα μὲν νῦν οὕτω ἐποίησ' παρσιμενάξτεο δι' καὶ ὅπλα etc. S.

5. Ἰμμενοι ὑπὸ μαστιγῶν) Atrocitatem, qua ὑπὸ μαστιγῶν fossores operi admovebantur, *Plutarch. Anim. Tranq.* pag. 470. E. iure taxavit; eadem infra cap. 56. WESS. — Infra cap. 56. dixit τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστιγῶν διαβαίνοντα. Hic significatur, fodisse flagellis coactos: explicat ipse *Herod.* cap. 103. ἴσμεν ἀναγκαζόμενοι μάστιγι ἐς πλεῖνας ἐλάσσονες ἰόντες. In praelio Persarum duces secundum *Herod.* ἔχοντες μάστιγας ἐβλάπτον πάντα ἄνδρα, ut verberibus coacti, ὑπὸ μαστιγῶν, pugnarent. Legitur illud ipsum in *Xenoph. Cyr.* 'A. III. p. 184, 4. ἴβαλλον, ἰσφονδόνων, ἰσέξινον ὑπὸ μαστιγῶν: ubi quem sensum admittat non satis intelligo. [Quidni prorsus intelligeremus ut apud Nostrum?] *Herodotea* comparat ibi *Hutchins.* p. 244. Illinc paululum distant, quae plurima dantur similia: *Xenoph.* p. 270, 22. τὰ τίχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων. *Cicero de Lege Agr.* c. 34. hostiae --- ad praeconeem et tibicinem immolabantur. *Thucyd.* V. p. 360, 81. χαρσύντες --- βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν. *Herod.* I. 17. Alyattes ἰστρατεύετο ὑπὸ εὐρήγων τε καὶ πικτιδῶν. Πίνιν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος est in *Aristoph. Acharn.* vs. 1000. ἄδων ὑπ' αὐλητῆρος *Archilochi* in *Schol. ad Aristoph. Av.* 1426. Alterius casus exempla dedit *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* p. 355. VALCK.

7. Βουβαίης) Ita perpetuo lib. V. 21. VIII. 136. Ἀραχάιης, *Tietzæ* Ἀραχάϊος, erronee, patre-ne *Artæo* an *Artachaea* fuerit genitus, in *Codicum* discordia dubium. *Artæi* redibit mentio c. 66. ubi in nomine alia variatio. Quae mox de *Atho*, a *Scholiaste* ad *Iliad.* ξ. 329. exscripta fuerunt. WESS.

16. αἱ δὲ ἑντὸς Σάνης) Unde *Valla* ἐντὸς, extra, acceperit, ignoro. Sane, *Andriorum* colonia, in ipsa cervice isthmi erat, montem *Atho*n eiusque oppida amplexi; itaque, quod *Thucydides* IV. 109. et ipsemet *Herodotus*, indicat, eadem fossā a continente fuit dissecta. Urbium in *Atho* Ἀκρόθωον [*lin.* 18.] recte *Codices* edunt, praeceunte *Thucydide* et *Steph. Byz.* ubi *Holstenius* bene. Placet quoque Θύσσοις [*lin.* 19.] ex eodem *Attico* scriptore et *Plinio* *Hist. Nat.* IV. 10. De fossa, cuius nulla nunc vestigia, erudite *Is. Vossius* ad *Me-lam* lib. II. 2. fin. WESS. — Easdem urbes memorat *Thu-*

cyd. IV. 109. Σάνη μὲν --- παρ' αὐτὴν τὴν διώρυγα, --- τὰς δὲ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλειωνάς, καὶ Ἀκροβαίους, καὶ Ὀλόφυζον, καὶ Δίον, αἱ οἰκοῦνται ξυμμίκοις ἔθνεσι βαρβάρων διγλώσσων. Ibidem ἡ διώρυξ dicitur etiam τὸ τοῦ βασιλέως διώρυγμα. In *Aeliano* de Nat. An. XIII. 20. scribendum arbitror: ἔνθα τοι καὶ ἡ τοῦ Πέρσου φαίνεται διατομή, ἥ δάταμε τὸν Ἄθω. VALCK. — Descriptionem isthmi a Darii perfossi, quo mons Athos continenti olim iunctus erat, hodieque rursus iungitur, recenti aetate dedit ill. Comes de Choiseil-Gouffier in *Voyage pittoresque de la Grèce*, T. II. Part. I. (Paris. 1809.) p. 145 seqq. qui satis clara priscae illius fossae vestigia hodieque reperiri testificatur p. 148. S.

CAP. XXIII. 19. ἀγορὴ τι ἐγένετο καὶ πρῆτῆριον) Attigit ista *Casaub.* in *Polyb.* p. 184. Ut vox ἀγορὴ quo hic esset sensu capienda intelligeretur, adiecit καὶ πρῆτῆριον. Errorem *Vallae* [praetorium intelligentis] *P. Leopard.* iam correxit, *Em.* VIII. c. 1. *Moeris*: Πωλητήριον, Ἀττικῶς πρᾶτῆριον, Ἑλληνικῶς. Non tamen Athenis forum rerum venalium πωλητήριον dicebatur. Miror quod scribit *Herod.* I. 153. οἱ Πέρσαι ἀγορῆς οὐδὲν ἰδῆσαι χρῆσθαι, οὐδὲ σφί ἐστὶ τοπαράπαν ἀγορὴ: et verius opinor quod *Xenophon* tradidit *Kyr. Παιδ.* p. 2, 36. illic a foro artium liberalium locus secernitur, ubi essent τὰ ὤνιζ et οἱ ἀγοραῖοι. In illud autem πρῆτῆριον secundum *Herod.* εἶτος πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίας ἀλλεσμένους: comportabatur, recte *Valla.* *Xenoph.* p. 253, 39. ὅθεν καὶ ὁ κατὰ θάλατταν εἶτος φοιτᾷ. *Andoc.* p. 22, 17. οὐ μάλλιν ἐκ Κύπρου εἶτος ἤξειν ἐνταῦθα. VALCK. — Ἀγορὴ τι καὶ πρῆτῆριον dixit *Herodotus* per figuram ipsi familiarem, quam ἐν δια δύοιν vocant *Grammatici*: adiecto vocab. καὶ πρῆτῆριον declaratur qualis intelligatur ἀγορὴ, scil. τῶν ὀνίων, τῶν πιπρασκομένων, forum rerum venalium. S.

CAP. XXIV. 2. μεγαλοφροσύνης εἶναι) Ubi montem sua quidem opinione perfossum scribit *Aristides* πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως μᾶλλον ἐπιθυμίαν ἢ χρεῖαν, in *Themist.* T. III. p. 297. *Scholiasta* Mstus hunc designavit *Herodoti* locum: ἐπιθυμίαν μᾶλλον ἢ χρεῖαν εἶπεν, ὅτι ἠδύνατο ταῖς τρεῖσιν τὸν Ἄθω περιπλεῦσαι, καὶ οὕτως ἐλθεῖν νῦν δὲ ὠρυξας (ὠρυξί) τὸν Ἄθω κατὰ πᾶν ἐπιθυμίαν πληρῶν τοῦτο δὲ παρὰ Ἡροδότου ὠφέλιμα λέγει γὰρ ὅτι διὰ μεγαλοφροσύνην τοῦτο ὁ Ξέρξης ἐποίησεν, οὐ διὰ χρεῖαν. VALCK.

4 seq. μηδὲνα πόνον λαβόντας) Ita-ne nullo negotio, in tanta navium multitudine? Rei difficultate perpensa Cl. Corn. de Pauw μηδὲνα πόνον λαχόντας, nullum transitum nactus, fingebat; cui nihil rescribo. Verba comparate sunt accipienda. Labor erat tot naves per isthmi iugum trahere, multo maior fossam tam laxam et altam deprimere. Si Dionysii Siculi milites uno die locum planum, luto coenoque plenum, latitudine stadiorum viginti, egregie stiparunt, et triremes per eum octoginta traxerunt, apud Polyæn. V. 2, 6. quid ab inmani Persarum numero expectari non potuit? Hesychius διερύσαι explicat hoc ex loco διαστῆσαι, διελκύσαι: quod Gronovius, praeclare in his occupatus, perspicxit. Tali in re διελκύσαι τὰ σκάφη Diodor. lib. IV. 56. XV. 50. Polybius δι᾽ ὁσμίζιν et ὑπερισθμίζιν lib. IV. 19. Pertinet huc Suidae observatio in Ἰσθμός, ad quam nonnihil L. Küsterus offendit in Comici Thesmophor. vs. 654. Mox ἐλαστρομήνας optime Eustath., quemadmodum II. 158. WESS.

5. τὸν ἰσθμὸν τὰς νῆας διειρύσαι) Postremum, Hesychio redditum διελκύσαι, Gronovius recte Herodoto restituit; cui praeter εἰρύσαι, trahere, et διερύσαι, adhibentur verba ἀνιρύσαι (τὰς νῆας, p. 545, 8, 16. [IX. 96, 16. et 97, 6.] vulgo ἀνελκύσαι τὰς νῆας) ἐξιρύσαι ὑπεξιρύσαι ἱπιρύσαι κατιρύσαι et παρειρύσαι. Res ipsa, cuius hic primum fit mentio, est illa aliunde nota, qua itineris minuendi causa remulco naves per Isthmorum iuga transducebant: ut Herod. τὸν ἰσθμὸν τὰς νῆας διειρύσαι: ναῦν διελκύσαι, Diodor. T. I. p. 300, 60. διαφέρειν τὸν ἰσθμὸν τὰς ἡμισίας τῶν ναῶν dixit Thucyd. p. 511, 91. [VIII. 8.] ubi vs. 73. legitur ὑπερνεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν, ut alibi apud eundem plus semel: vid. Duker. ad Thucyd. p. 241. [IV. 8.] Berkel. ad Steph. Byz. p. 8. sed in primis Wess. Obs. lib. I. c. 28. Illud novum, quod Annibalem fecisse narrat Livius XXV. 11. viā, quae in portum per mediam urbem ad mare erat transmissa, plaustris transvectae sunt naves. VALCK. — Facile adparet, ad τὸν ἰσθμὸν ex consequente διειρύσαι intelligendam διὰ praepositionem. S.

CAP. XXV. 2. παρεσκευάζετο δὲ καὶ ὅπλα) Med. et aliorum παρεκινάζοντο habet exempla lib. II. 96. et 125. similis structurae, et in Diodor. saepe, lib. I. 93. [Scilicet illis in locis nomen plurale neutrius generis, praeter con-

suetum morem, cum verbo plurali construitur; quod quidem et frequenter aliàs apud Nostrum reperitur. At h. l. ὄπλα non est nominativus casus: παρεσκευάζετο (activa notatione) scil. Xerxes, paravit, confici iussit.] Ὅπλα sunt rudentes, τὰ κατὰ τὴν ναῦν σχοινία, Galeno in Hippocrat. de Art. p. 659. et Erotiano docentibus; et βύβλινα, non sirpea, uti Valla, nec iuncea; sed ex byblosive papyro, quomodo c. 36. et Eustath. Perieg. vs. 912. WESS.

8. πορθμησίσι Non repudio πορθμησίσι Arch. fortasse (etsi neglectius in linguae Thesauris) unice verum. Nostro πορθμησία, traiectus, aut proprium inde nomen lib. IV. 12. 45. Callimacho, nautum, Fragm. CX. Πορθμησία tamen pontones in Diodori XIV. 74. Sicuti πορθμῆς autem, ita nihil praefert πορθμησίσι nisi legitimum. Ceterum ἄλλων ἄλλῃ, uti schedae, respicit οἶτον ἀληθευμένον c. 23. unde iustissimum [lin. 9.] τὸν δὲ ὧν πλεῖστον, cui in tanta Codicum discordia principatum concessi. Reiskii coniectura eodem tenebat. WESS.

CAP. XXVI. 12. καὶ ἱέρην οὐκ ἰλάσσονος ἢ Μαιάνδρου) Apposite Cl. Abreschius, οὐκ ἰλάσσονος ἢ Μαιάνδρου nimirum πηγάς. Pausanias [II. 10.] Corinth. p. 135. τὰ δὲ οἱ, paederoti herbae, φύλλα ἰλάσσονα ἢ Φηγῶ, μίξονα δὲ ἱέρην ἢ πρίνου. Longe gravius huic inflictum loco vulnus, si olim [lin. 13 seq.] ex Cl. Salmasii coniectura ad Solin. p. 580. seqq. ἐὼν Μαρσύης, ὃς καταβήκτης ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκρῆς τῶν Κιλ. scriptum fuerit. Neque enim notum hic nomen fluvii Catarractae: Marsyae praeterea fontem ex summo montis caeumine excurrentem magno strepitu aquarum cadere; quae Curtii initio lib. III. verba. Sic fere Gronovius, Salmasiana utroque pollice premens. Fateor ultro plausibilia videri, de veritate licebit dubitare. Marsyam novit Herodotus lib. V. 118. qui cum Celaenis praecipite cursu rueret, a civibus Καταβήκτης iusto titulo adpellari potuit: quo utique in negotio novi nihil, nihil insoliti, agnoscente ad Strabon. XII. p. 865. [p. 577. ed. Cas.] magno Viro. De fontibus in ipso foro, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς, res difficilior. Xenophonem Ἀναβ. I. p. 10. si audimus, scaturiebant illi ὑπὸ τῇ αἰετοπόλει, sub arce, propter magni Regis regiam, immo ἐν τῶν βασιλείων. Non hic obliviscor decreti Salmasiani, τὴν Βασιλείαν, regiam, in montis vertice collocantis: cuiusmodi

nihil suavissimus scriptor, utrumque Xerxis opus, τὰ βασίλεια et ἀκρόπολιν, disertim secernens. Fluxa hinc et vaga ex Curtio περὶ τῆς ἀρκῆς τῶν Κελαινίων disputatio. Iam ad fontes Marsyae regia cum fuerit, absonum-ne putabitur, forum ibidem aliquod admittere? Sed hinc abeo, magni Salmasii ingenium laudibus ferens. WESS. — Nil opus esse ut l. 12. cum Abreschio ἐλάσσονες pro ἐλάσσονος corrigatur, recte Schaeferus ad Gregor. Dial. Attic. §. 39. observavit, ubi de pleonasmō voculae ἢ post comparativum agitur. S.

16. Μαρσύου ἀσκήος) Xenophonti ἔρμα, Aeliano Var. XIII. 21. δορά, ubi Cel. Perizonius omnes reprehendit, qui Vallam secuti Marsyae pellem utris forma suspensam voluerunt: ἀσκήν ipsam esse pellem. Paria Hutchinson ad Xenophontem 'Αναβ. I. p. 11. Volens utrique eum τοῦ ἀσκέω usum largior: Vallam tuebitur Plato Euthyd. p. 285. D. εἴ μοι ἡ δορά μὴ εἰς ἀσκήν τελευτήσῃ, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου, ἀλλ' εἰς ἀρτήν: modo ne pellis mihi in utrem, sicuti Marsyae, desinat, sed in virtutem. WESS.

15 seq. ἐν τῇ καὶ - - - Μαρσύου ἀσκήος ἐν τῇ πόλει ἀνακρέματα) Qui vicina docte tractavit, Salmasium in Solin. dum saepius ista describebat, his miror non fuisse offensum, ἐν τῇ - - - ἐν τῇ πόλει. Voculis ἐν τῇ omissis, sequentia sic Perizon. interpretatur, etiam Sileni Marsyae cutis in illa urbe suspensa est, ad Aeliani Var. Hist. XIII. 21. Reprehendit ibi vir Celeb. Vallam, cui non sanequam absurde Marsyae pellis in utrem dicitur formata: corpus quidem etiam hominis figurate vocatur θύλακος et ἀσκήος, sed quod notum esse scribit Periz. vereor ut probari possit. Sequitur, ut saepe, Perizonium Hutchins. ad Xenoph. Κυρ. 'Αν. p. 11. Quid vero facient his Platenis in Euthyd. p. 285. D. εἴ μοι ἡ δορά μὴ εἰς ἀσκήν τελευτήσῃ, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου? Non Athenarum tantum acropolis, sed aliarum etiam urbium arcēs nonnunquam πόλεις vocantur: et hic nihil impediret, quo minus ἐν τῇ πόλει in hunc sensum acciperemus; nam Sileni pellis in arce fuit suspensa. Xenophonti 'Αναβ. I. p. 146, 6. aula Regis fuisse traditur Celaenis ἐν ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει - - - ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἰνδὶραι Μαρσύαν νικῆσαι, - - - καὶ τὸ ἔρμα κριμάσαι ἐν τῷ ἄνθρωπῳ, ὅθεν αἱ πηγαί. Sed arcis apud Herod. mentio iam praecesserat; nam non

dubito quin pro ἀγορῆς [lin. 14.] recte correxerit *Salmas.* ἄκρης: ut flumen Marsyas magno dicatur *aquarum strepitu* ἐξ αὐτῆς τῆς ἄκρης τῆς Κελαινίων ἀνατέλλων. Tum scripsisse *Nostrum* suspicor, ἐν τῇ (scil. ἄκρῃ, in qua arce) καὶ ὁ τοῦ Σουλίου Μαρσύου ἀσπὸς ἀνακρέμαται. Voce ἄκρης in ἀγορῆς depravata, nihil mirum si quis adscripsit ad hunc locum, ἐν τῇ πόλει. VALCK.

CAP. XXVII. 1. Πύθιος) *Stephano* in Πυθίοις et *Plutarcho* Virt. Mulier. p. 262. Πύθῃ; audit, *Plinio* H. Nat. XXXIII. 10. Pythius Bithynus, non bene: fuit enim *Lydus* domo, ditissimus quidem, sed pariter miserrimus. *Plura Holstenius* et *Harduinus*, et de aurea platano ac vite *B. Briss.* *Regn. Pers.* I. 77. *WESS.* — *Herodotum* sequuti *Pythium* vocant *Seneca*, *Tzelzes*, *Eustathius*, *Suidas*. [*Suid.* in Ἀπαρτίαν.] Πυθίας dicitur in *Schol.* msstis ad *Aristidem*; Πύθῃ; *Plutarcho* de Virt. Mulier. p. 262, 263. et *Polyaeno* VIII. 42. Non ille tantum ἐξείνιστε τὴν βασιλιῶς στρατιὴν πᾶσαν ξυνίστοιτε μεγίστοις: sicut *Λυσίειδης* teste *Diodoro* XI. 56. κατὰ τὴν διάβασιν τοῦ Ξέρξου τὴν δύναμιν τῶν Περσῶν ἅπασαν ἱστιακῶς: sed *Lydus* etiam *Pythius*, secundum *Nostrum*, *Xerxis patrem Darium* [lin. 9.] ἰδωρόστατο τῇ πλατανίστῃ τῇ χρυσῇ καὶ τῇ ἀμπέλῳ. De *Xerxis* loquens expeditione *Aristid.* in *Panathen.* p. 223. Εἰ δ', inquit, ἐπιθυμήσειε σκιάς, δένδρον ἢ αὐτῷ χρυσὸν ἢ σκιά. *Schol.* Ms. in Cod. clar. *Pet. Burmanni* Sec. λέγεται ὅτι πλατάνον εἶχε χρυσὴν ἐπὶ τοῦ ὀχήματος συσπιάζουσαν αὐτόν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ἣν παρέσχεον αὐτῷ Πυθίας ὁ Λυδός. *Neutrum* tradit *Herod.* quem sequitur *Tzelzes* *Chil.* I. 925. De aurea vite et platano vid. praeter *Briss.* *Celeberr. Wess.* ad *Diodor.* [XIX. 48.] T. II. p. 354. VALCK.

CAP. XXVIII. 9. ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας) *Lineola* vel praetermissa vel loco non suo posita peperit errorem in *Edd. Eustathii* ad *Hom. Iliad.* β'. p. 277, 31. [pag. 366. ed. Rom.] *Pythius* illic habuisse legitur ἀργυρίου μὲν τάλαντα δύο, χρυσοῦ δὲ στατήρων Δακεϊκῶν μυριάδας τετρακοσίας ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιάδων: ex *Herod. Tzelzes* memorat *Chil.* I. vs. 927. διτχίλια μὲν τάλαντα ἀργύρου ἀνιργάστου: scripsit *Eustath.* ἀργυρίου μὲν τάλαντων δύο χιλιάδας. Quae quidem essent intra μυριάδα, χιλιάδες literis vulgo designabantur infra notatis obliquo ductu: β'. sunt duo: β. δύο χιλιάδες. Ex istis etiam scribendi compendiis plures hic illic

remanserunt errores. *Stater aureus*, sive *Δαρικός*, valebat ἄργυρῆς δραχμῆς ἑξῆσι, sex adeoque florenos: vid. I. Perizon. ad *Aeliani* Var. I. 22. et IV. 27. Drachmae 6000. talentum conficiebant Atticum. Athenis florente republica ducenta talenta pecunia censebatur maxima: ditissimus inter Athenienses Callias διακοσίων ταλάντων ἱμῆσατο, teste *Lysia* Or. XIX. p. 349. [p. 649 seq. ed. Reisk.] *Pythius Herodoti* talenta habuit argenti duo millia; nummorum aureorum immensam summam. Tantum auri fecerat ex aurifodinis; et metalla tanto studio coli voluit a servis, ut agrorum necessaria cultura negligeretur, testibus *Plutarcho* et *Polyaeno*; prudentia tamen uxoris auri cupidissimum ab ista iam ante retraxerat insania, quam evenirent hic *Herodoto* narrata; ut adeo Xerxi dicere potuerit, [lin. 12.] αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδραπόδων τε καὶ γιωπιδῶν ἀρκίων ἱστὶ βλος: quae verba sic scripta recuperabit ex Codicibus. vid. Dissert. *Herodot.* clar. *Wess.* p. 87. VALCK.

12 seq. ἀπὸ --- γιωπιδῶν ἀρκίων ἱστὶ βλος) Laurentii atque ex agricolis ansam Porto aliisque dedit γιωπόνων refingendi. *Suidae* Γιωπός, ὁ γιωργός, si γιωπὸν foret, vulgato aptius congrueret; modo ex ἀνδραπόδων numero eximi, quod ut fiat metuo, possent illi agricolae et glebae adscripti. Praestat ducibus msstis uti, et γιωπιδῶν, utpote pristini scripturae propius, amplecti. Γῆπιδα sive γιώπιδα, *Hesychio* χωρία, κτήεις, sive fundi; pariterque *Harpocrati* ac *Suidae*: ex his et mancipiis *Pythio* ἀρκίων βλος, victus uber: hoc enim accessorium schedae postulant, depositumque antea fuit lib. I. 31. *WESS.* — Placuit diminutivum γιωπειδίων, in quod plerique codd. consentiunt. S.

CAP. XXIX. 14. ἀπαρτιλογίη) Est ἀπηρτισμένος καὶ πλήρης ἀριθμός, sive λόγος: hinc enotarunt Grammatici: vid. clar. Io. noster *Alberti* ad *Hesych.* in voce. Sequentia, [l. 15.] κίκτητό τε αὐτὸς τάπερ αὐτὸς ἐκτήσατο, reddi debebant, et solus possideto, quae tutemet tibi parasti. Notam verbi κτᾶσθαι vim exemplis adfirmarunt *G. Raphael.* ad *Lucae Ev.* xii, 12. et *I. I. Wetsten.* ad *Matth.* x, 9. *Euripidis* ex *Inone* fragm. apud *Stobaeum* p. 511. sic commode restitui poterit: Κέκτησο δ' ἐφ' ὧς ἂν ἔχῃς ἄνθ' ψόγου, καὶ σμικρὰ σώζων (τοῦνδικον εἰβειν πρίπυ.) Μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος, εὐ' πράξας ποτὶ Ζητῶν τὰ πλοῦν' εἶτα πάντ' ἀπωλείης. Versu secundo pro vulgatis,

τοῦνχ' ὃν σίβιν πρ. Grotius posuerat οὐνκ' εὐσιβεῖ πρ. VALCK.

CAP. XXX. 4. ἐς Κολοσσάς, πόλιν μεγάλην) Xenoph. Ἀναβ. I. p. 10. ἐς Κολοσσάς (Κολοσσάς) πόλιν οἰκουμένην, ἐν-
δαίμονα καὶ μεγάλην. Male ergo Codd. nonnulli μεγάλης
titulum urbi negant. *Lycum*, [lin. 5.] in terrae voragi-
nem semet mergentem et emergentem iterum, describit Strabo
XII. p. 867. v. [p. 578. c. ed. Cas.] WESS.

[9. ἐς Κούραρα πόλιν) Eandem videtur urbem dicere
quae Κούραρα apud Strabonem lib. XII. p. 578. c. et XIV.
663. c. S.]

CAP. XXXI. 6. παρὰ Καλλάτηβον) Non debuerat
Cl. Galeus, ex vitioso Arch. Καλλάτιον, reformare Καλλατίαν,
urbem longissime in Thraciae fines remotam. Stephani Κα-
λάτιβος, πόλις Λιβύης, Ἡρόδοτος ἰβδόμη, hinc descendit; sed
pravatum, et Nostri praescripto, quod Ortelius perspexit,
sanandum. Δημιουργούς, mellificantes, attigit etiam lib. IV.
194. WESS.

8. ἵδρι πλαταίνιστον, τὴν κάλλιος εἶνεκα εἶο.) Velut ἱερσῆς,
secundum Aelian. Var. II. 14. Xerxes ἐξῆλθεν αὐτῆς κόσμον
πολυτιλῆ, στρεπτοῖς καὶ ψαλλίους τιμῶν τοὺς κλάδους, καὶ μελιδω-
νὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἱερωμένη φύλακα καὶ φρουρόν: ubi no-
tant Scheffer. et Kühn. *Platanum* dicitur Herodoti Xerxes
[lin. 9.] μελιδωνῶ ἀθανάτω ἀνδρὶ ἐπιτρέψας. Ex Brissonio
praesertim de Regn. Pers. I. p. 165. (conf. notata ad Diodor.
I. p. 409. et ad Hesych. in Ἀθανάτοι:) notissima quidem
illa cohors decem millium lectorum equitum; quos im-
mortales, ἀθανάτους, cur vocaverint Persae rationem pandit
Herod. VII. 83. Sed ob eam ipsam rationem miror, unum
ex istis, quem huic arbori servandae custodem constituit
Xerxes, hic ab Herodoto dici ἀθανάτον ἄνδρα. Scripserat-ne
fortasse μελιδωνῶ τῶν ἀθανάτων ἀνδρὶ ἐπιτρέψας? sic custodi-
endam demandasset uni ex *Immortalium* cohorte: unus ex istis
vereor ut usquam Graecis dicatur ἀθανάτος. Themistio di-
citur τις ἀθανάτος ἀριθμὸς ἀποθησκόντων στρατιωτῶν, II. p. 36.
c. Iuxta Pausan. VI. p. 464. Polydamas in Perside κατὰ
πρόκλησιν Περσῶν ἄνδρας τῶν καλουμένων ἀθανάτων ἀριθμὸν τρεῖς,
ἀθρόους οἱ μονομαχήσαντας ἀπέναντιν: non utique scripseret
Pausanias Polydamanta Περσῶν τρεῖς ἀθανάτους ἄνδρας ἀπεναντί-
ναι. VALCK. — Ἀθανάτον ἄνδρα hīc dicere videtur, cui
etiam nunc vivo successor est designatus, qui in mortui

aut ab officio discedentis locum illico succedat: ita ut dici hactenus possit, numquam intermori qui officio, de quo agitur, fungatur. S.

8 seq. διαρυσάμενος κόσμῳ χρυσίῳ) Nimium Tzetzae ad Lycophron. p. 142. καθ' Ἡρόδοτον ἐχρύσωσιν αὐτὴν διὰ τὸ κάλλος, decepti aurea platano c. 27. Idem Io. Chrysostomi peccatum Homil. VII. in Ep. ad Colossens. p. 377. v. ubi felix memoria Montfauconium destituit. Cautior et copiosior Aelian. Var. II. 14. Μελιδωνὸν ἀθάνατον platani explicabit Noster c. 83. inferius. WESS. — Vide proxime ante notata. S.

CAP. XXXII. 7. οὐκ ἔπιμψαν Δαρίῳ) Adscisci poterit ἴδωσαν: alterutrum sane ex glossa est. Δοῦναι et ἐπίμψιν hoc in genere variantur. Confer lib. IV. 127. et 131. [Vide Var. Lect.] Cur autem Xerxes nullos Athenas et Spartam ad petendam aquam et terram ablegaverit, docetur c. 133. WESS.

CAP. XXXIII. 3. Μαδύτου) Absurde Valla atque Arch. Ἀβύδου. Madytus et Sestus, Chersonesi urbes, recte iunguntur: immo vero hinc Madyti ad Hellespontum positio, quae Cl. Cellario Geogr. Ant. lib. II. 15. p. 1311. quodammodo incertior, adparet, atque ex lib. IX. 119. Verius in eodem Valla cum Arch. et Vind. ἀπὴν τραχὺτα, [lin. 4.] ora salebrosa. Memini ἄκρας λιπταὶς τῆς ἡπείρου lib. VIII. 107.; neque infitior adeo, παχύν dici quoque posse. At tractui isti sollemne id cognomen ex Tzetze ad Lycophron. pag. 141. γιφυροῦν ἐπίμωθεν τὸν Ἑλλήσποντον περὶ τραχέϊαν ἀπτήν λεγομένην, μεταξὺ Σηοῦ καὶ Μαδύτου, non Ἀβύδου, ut vulgo. WESS.

8. ζῶντα πρὸς σάνδα προσπαταλίσαντες) Infra IX. 119. Artaycten σάνδα προσπαταλίσαντες ἀνιχνίσαντες: id est πρὸς σάνδα παταλίσαντες. Nostro loco πρὸς σάνδα παταλίσαντες legisse videtur Eustath. ad Od. χ'. p. 780, 28., ubi ex Leuco veteri Σανὶς esse dicitur, ἢ τοὺς κακουργοὺς ἰδόν. Hesych. Σανὶς --- τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ: spectant ista locum Aristoph. Theam. vs. 937. In eiusdem Pluto legitur vs. 944. πρὸς τὸ μέτωπον --- Ὡς περὶ νοτίῳ προσπαταλίσαντες τοῖσι: ad frontem, (calceos) tanquam ad oleastrum, clavis affigam huic: Berglerus. Hegesippus in Adelphis apud Athen. VII. p. 290. Ε. πρὸς τὴν θύραν, Ἐνέστη ἄχνης προσπαταλίσαντος, Ἀφῶτος ἄχνης ἂν etc. Eiecta voce Ἀφῶτος, ex inter-

pretamento voci ἀχανής olim adiecta, scribendum: "Αχρη-
γ' ἀν αὐτὸν etc. sic suus versui constabit modulus. Herodoti
Artayctes, praeter cetera flagitia, in *Protesilai* templo, [lin.
9 seq.] ἀθίμιτα ἔρδισαι. (in τῷ αὐτῷ quippe γυναιξὶ μισγόμε-
νος, IX. c. 115.) Vocem istis olim interiectam ἔργα recte
Gronov. omisit: ἀθίμιτα mutari non debuit: VIII. cap.
143., μηδὲ ἀθίμιστα ἔρδειν παραινέει: ubi ex Arch. enotatum,
ἀθίμιτα ἔρδην. Ad istam normam alibi scripsit ἀχάρτα παθή-
ματα, et ἄλλον συνόκημα ἀχαριώτατον: hoc enim ex Mastis
praebet Galeus in p. 431, 37. [VII. 156, 19.] VALCK.

10. ἀθίμιστα ἔρδισαι) Sive ἔργα addas, seu demas, parum
referet. Ἀθίμιστα ἔργα ἔπρασσον *Lucian*. *Dea Syr.* c. 12., ἀθε-
μιστία ἔργα μηδομένους *Manetho* II. 301. Noster lib. VIII. 143.
μηδὲ -- ἀθίμιστα ἔρδειν παραινέει. In praecedentibus [lin. 8.]
πρὸς σκινδα διεπασσάλευσαν ex *Pass.* et *Eustath.* adsumi
poterat. Vide lib. IX. 119. WESS.

CAP. XXXIV. [2 seq. τὴν μὲν λευκολίνον etc.) τὴν μὲν
--- τὴν δ' ἱρίην, scil. γίφουαν, nomen in verbo ἱεφύρου
latens. Caeterum conf. c. 25, 2 seq. S.]

CAP. XXXV. 2. τὸν Ἑλλήσποντον ἐκάλει τριηκοσίας
ἐπικίεσθαι μάλιστα πληγὰς) Persae institutum et mens Scrip-
toris in propatulo; structura implicatio. Gronovius ἐπι-
κίεσθαι legisse videtur, opinione haud probabili: [at nihil
ad h. l. notavit Gronov. in versione autem cum *Valla* po-
suit infligi, quod et ipse *Wess.* recte tenuit:] tolerabilius
ἐπιθίεσθαι *Corn. de Pauw*, cui, si per *Codd.* staret, accedere
possem. Alii maiora audent. Vulgatae si sanitas constat,
dicendum est, ἐφικίεσθαι et καθικίεσθαι eundem praestare usum.
Plato Hipp. Maior. p. 292. A. ἀν τύχῃ βακτηρίαν ἔχων, ἀν μὴ
ἐκφύγῃ φύγῃ αὐτόν, εἰ μάλα μὲν ἐφικίεσθαι (nempe αὐτῇ) πι-
ερίεσθαι. *Sophocles Oed. Tyr.* vs. 819. διπλοῖς κίντροισί μοι κα-
θίεσθαι. In quibus diversior ordo et iunctura quidem, hic
atque commutanda verbo, sub dictione latenti, μεταγγῶσαι τὸν
Ἑλλήσποντον, uti c. 54. et VIII. 109. Atque eum in modum
Abreschius. Conmode, haec dum meditor, in mentem
redit Homericum *Iliad.* E. 748. Ἦν δ' ἐμὰ στίγι' ὁδῶς ἱπ-
μαίης ἀπ' ἱπποῦς, quo utantur volentes. WESS. — Suo
sic more scripsit *Herod.* pro ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκάλει τριη-
κοσίας ἐκίεσθαι μάλιστα πληγὰς. Hac opinor ratione collocata
vir doctus non censisset tentanda. Insanum utrumque

facinus, quo fertur iratus Xerxes in mare saeviusse flagellis et compedes demisisse, quod Herodotum sequuti plurimi commemorant, *Brissonio* partim citati de Regn. Pers. lib. III. pag. 420., illud equidem a Graecis confictum suspicor cum *Th. Stanleio* ad *Aeschyli Pers.* vs. 752., cuius locum adhibuit ill. *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 195. De mari pontibus strato *Aeschylus* est intelligendus, ut eius aetate fabula nondum vulgo fuisse videatur recepta: de filio *Darius* apud *Aeschyl.* "Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὦς, δεσμομασιν ἠλπίσι στήσιν" - - - καὶ, πίδασι σφυρηλάτοις Περιβαλὼν, πολλὰν χίλινθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ. Ira regis ob pontem vi tempestatis disiectum, atque isthaec *Aeschyli* Athenis decantata, facilem fabulae fingendae ingeniis Atticis prae-buerunt ansam: vid. *Diogenis Laërt.* Prooem. §. 9. Istius aevi Persica monumenta si ad nos usque pervenissent, forsitan intelligeremus (quod, altera tantum audita parte, et quid nostra aetate eveniat cogitantibus nobis certe licet suspicari) mendaces multa de Persis falsa nobis Graecos tradidisse, suasque semper res amplificasse. *Dion Chrys.* Or. XI. pag. 191. D. Ἄνδρες, inquit, ἤκουσα Μῆδον λέγοντος, ὅτι οὐδὲν ὁμολογοῦσιν οἱ Πέρσαι τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι κ. τ. λ. VALCK. — Caeterum conf. cap. 54 sub fin. et VIII. 109, 18. S.

3 seq. ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ στιγίας) Quod Noster auditione tantum accepisse se testatur, sanequam absurdissimum, illud vix aliis commemoratur. De Xerxe *Iuvenal.* Sat. X. 182. Ipsum compedibus qui vinxerat *Ennosigaeum*: Mitius id sane, quod non et stigmate dignum Credidit: ubi Herodotea dedit *Grangaeus* ut vulgantur; in quibus στιγίας ex *Med.* bene scripsit *Gronov.*, quod ex *Arch.* etiam obtulerat *Galeus*, pro μαστιγίας: sed nec qui flagellis caederent μαστιγίαις, verum dici potuerunt μαστισταί, quod ex *Alex. Cod.* recipiendum in lib. IV. *Maccab.* ix, 11. Lexicographis aequè ignotum ac Herodoteum Στρυγίς. VALCK. — Praeclare στιγίας ex Msstis *Galeus* et *Gronovius*. Conf. *Iuvenal.* Sat. X. 182. ac *Plutarch.* de Ira p. 455. D. WESS.

6 seqq. Ὡς πικρὸν ὕδωρ, δεσπότης etc.) Media καὶ ἀλμυρὸν, ut supervacua, schedis desiderantibus, exterminavi. Migrarant in hanc viciniam ex proxime sequente καὶ ἀλμυρῷ ποταμῷ aut Homereo ἐπικλήϊν ἀλμυρὸν ὕδωρ, *Odys.* l. 227. si-

milibusve. WESS. — Quae in mare dicta voluit a flagellantibus Herodoti *Xerxes*, illa supra modum admiratur *Hermogenes* pag. 403. Σχιδὸν δὲ ὅλου τοῦ λόγου ἡδονὰς ἰργαζόμενος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ Εἰρήνου παραχθῆσιν, ὑπεριβάλετο τῇ ἡδονῇ καὶ τῇ γλυκύτητι: tum, descriptis Herodoteis, Ἐνταῦθα, αἰτ, πρὸς τὸ ὕδωρ, ὡς αἰσθητὴν τινα ἔχον καὶ προαίρειν, διωλεγόμενον ποιήσας τὸν Εἰρήνην, ὑπεριβάλεν ἡδονῇ. Prostant illic Herodotea ut in Editis: postrema tamen rectius hoc modo scripta: σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὡς ἰόντι δολιγῶς τι καὶ ἀλμυρῶς ποταμῶ: in his lectio firmatur *Med.* et καὶ recte omittitur. VALCK.

CAP. XXXVI. 2. τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐξύγνυσαν) Quando nihil adest, quo τὰς commodè possit referri, voculam cum *Reiskio* suspicor excidisse: fortasse scribi poterit: τὰς δὲ (αὐτὰς) ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐξύγνυσαν. Erat enim cap. 33. αὐτὴ τραχὺ ἐς θάλασσαν κατήκουσα Ἀβύδω κατεναντίον: et cap. 34., ἐς ταύτην τὴν αὐτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμειώμενοι ἐνέφουρον τοῖσι προσέκλειτο. Hinc vocem γέφυρας plerique cum *Valla* forte censebunt subaudiendam. VALCK. — Superius, cap. 34, 2. ad τὴν μὲν, et τὴν δὲ ἰστέην, ex praecedente verbo ἐνέφουρον in promptu erat nomen substantivum γέφυραν intelligere. At hoc loco alia ratio est. Quamvis dictionem ζυγύναι γέφυραν frequentet *Herodotus*, ut IV. 85, 2. 88, 12. 97, 11 - 13. 118, 4. etc. non idcirco ad τὰςδε omitti nomen γέφυρας commodè admodum potuerat. Quo magis speciosa erat *Reiskii* sententia, intercuisse vocab. νίας, αὐτὰς aut γέφυρας. Verum tamen, quemadmodum paullo ante, ubi τῇ ζεύξει dixit *Herodotus*, quilibet lector τῇ ζεύξει τῶν γεφυρῶν intelligebat, sic et hic fortasse haud ita magno incommodo praetermitti nomen γέφυρας potuit, utpote legentium animis praesens, et a quolibet ultro subaudiendum. Aliam expediendi huius loci rationem *Dav. Schulz* Vir clar. in *Animadverss.* ad *Herodoti Hist. Bellor.* Peraniit. Primora huius capituli verba, οἱ μὲν ταῦτα ἐποίησαν, ad ipsa illa quae initio cap. 34. leguntur et ad priorum pontium architectos referens, interpretatur *Illos pontes isti fecerunt, hos alii architecti*; adiecta hac observatione: „Facilis esset mutatio τοῦ ταῦτα in ταύτας, at non necessaria; neutrum in talibus usitatissimum pro ceteris „generibus. Τὰς δὲ (γέφυρας, nam de duplici ponte sermo)

„tamen respondet huic ταῦτα.“ — Sic ille; cui *Valla* praeiverat, eundem locum ita reddens: *Et illos quidem pontes fecerunt ii quibus haec ingrata merces proposita erat: at alii architecti, qui alios fecerunt, hoc modo iunxerunt.* Latina Gronovii, quae *Wess.* etiam tenuit, obscuriora sunt, graecis nimis anxie insistentia: *Et quidem ista fecerunt ii quibus hic ingratus honor propositus erat. At alii architecti illos iunxerunt.* Equidem cum *Larchero*, οἱ μὲν ταῦτα ἰσχυρῶς etc. de his accepi quorum munus fuit exsequi saeva Regis mandata. conf. c. 39, 16 seqq. S.

3 seqq. Περὶ τῶν πόντων καὶ τῶν πλοίων etc.) Quae sequuntur, non intellecta, descripserunt *Brisson.* de Regn. Pers. III. p. 434., et *Stanlei.* in *Aesch.* Pers. vs. 71. latine vertit atque explicuit *Dion. Petav.* ad *Themist.* pag. 451 seq., partim attigerunt *Casaub.* alique: supersunt et in his nonnulla lucis indiga. VALCK. — Mihi quoque in pontium descriptione, quae proxime subiicitur, multa obscura esse profiteor: quibus quum nihil certae lucis valeam adfundere, anticipiti disputatione non multum detinebo Lectores, satis habens aliorum maxime super hoc loco sententias Viro- rum doctorum referre. S.

5. ὑπὸ δὲ τὴν ἱρίην τοσαύτας καὶ τῶν πλοίων.) Magna Codicibus gratia harum restitutione vocum: erat enim ἀναπόδοτος minimeque consequens narratio. Duo pinguntur pontes, quorum alteri, *Euxino Ponto* obverso, cccclx. naves substratae; alteri, qui *Aegaeum mare* spectabat, cccxlv. Quae postrema si deficiant, luxa et manca oratio. Vidit defectum atque ex *Vallae* Latinis prudenter sarsit *Cl. Pavius*; animadvertit eundem *Cl. D. Petavius* ad *Themistii* Or. X. p. 451., in instauratione nimius: sic namque, ὑπὸ δὲ τὴν πρὸς τοῦ Αἰγαίου ἱκίοντα καὶ τῶν πλοίων, vel uno verbo τοσαύτας: neque enim rationem esse cur tanto plures in altero ponte fuerint. Speciose profecto; quam tamen speciem schedae respuunt, pontiumque ordo et series navium: namque prioris pontis naves stabant transversae, hinc plures: posterioris directae et propterea pauciores. *Pet. Bertius* de Aggerib. et Pontib. cap. 3. idem *Xerxis* opus adgressus fuit, sed levi brachio. WESS.

7. ἵνα ἀνακαταστήσῃ τὸν τόπον) Videlicet ὁ πόντος. *Valla* dederat, ut stabiliret funes armamentorum, rectius veriusque

contentionem ac firmitatem rudentum. Fluctus enim propellebat naves istas, quae impulsae funium contentionem augebant. Ἀνακαχύνειν proprie est inhibere, ac navem reprimere: hinc μεταληπτικῶς Valla interpretatur stabilire, quod Petavius et Pavius perspexerunt. Statim [lin. 8.] ἀγκύρας κατήκταν, indole sermonis postulante, reposui; mutato, quod tolerari potuisse miror, κατήκον. Scripasissem quoque [lin. 9.] τῇς μὲν πρὸς τοῦ Πόντου cum Petavio, eo quod subinde sequitur τῆς δὲ ἱρίης: ex utroque enim ponte anchoras demiserunt. Sed Masti aliter. Gronovii Latina reliqui, etsi pro mea opinione minime bona. WESS.

[3-9. Gronovii versio haec erat: Quinquaginta remorum naves triremesque trecentas sexaginta Euxinum versus Pontum composuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem transversas, Hellesponto autem secundum fluxum, ut laxa esset fluitatio intentionis armamentorum. Quibus compositis, praegrandes ancoras demiserunt, partim ab latere contra Pontum, ventorum caussa qui intrinsecus expirant: etc. Reiskius ad hunc locum nihil adnotavit, nisi quod pro ἀνακαχύνειν lin. 7. ἀνακαχύνωσι maluerit. „ἀνακαχύνειν si ferretur, inquit, debet referri ad ἡλύματα ἰσδοῦν.“ Larcheri gallica versio a latina Gronovii nihil fere discedit: Ils attachèrent ensemble cccx. vaisseaux de cinquante rames, et des triremes; et de l'autre côté cccxiv. Les premiers présentèrent le flanc au Pont-Euxin; et les autres, du côté de l'Helléspont, répondoient au courant de l'eau, afin de tenir les cordages encore plus tendus. etc. Tum vero in Notis, primum, miratur idem doctus Interpres, quo pacto Wesselingius in altero ponte idcirco plures fuisse naves dixerit, quoniam transversae steterint. Sic enim multo paucioribus fuisse opus: statuendum potius, eo loci latiori spatio patuisse fretum, eoque longiore opus fuisse ponte. Deinde, postquam de obscuritate conquestus est, quae Rennelli, illustris Viri, interpretationem huius loci (in Geographical System of Herodotus, p. 31.) premit, proponit coniecturam, cui quidem ipse non magnopere confidit: constructos fortasse hos pontes esse ea anni tempestate, qua constanter a meridie flabant venti; inde necesse quidem fuisse, ut naves ab illa parte secundum aquae cursum starent, istas autem ab altera parte, quae Pontum specta-

bant, transversas locari potuisse. Quod si nostra de coniectura statuas, non Πόντου, sed πέρον h. l. scripsisse Herodotum; (conf. infra, lin. 21.) duo ista, quae memorat, ἐκμαρπίας stetisse naves, et stetisse Ἑλλησπόντου κατὰ ῥέον, non ita fuerint intelligenda, ut prius ad unum ex pontibus, posterius ad alterum spectet; sed utrumque ad utrumque pontem pertinebit. Utriusque pontis naves ita locatae erant, ut respectu traiectus (respectu lineae rectae ab una ora ad alteram ductae) transversae starent; sed rectae, secundum aquae in Hellesponto cursum. Superest, ut, quae ad eundem difficiliorem Nostri locum a Schulzio, Viro docto, adnotata sunt, his subiiciam. S.]

4-7. ὑπὸ μὲν τὴν etc.) Sub alterum pontem, Ponto Euxino obversum, trecentas et sexaginta, scil. οὐκείρας: sub alterum, qui Aegaeum mare spectabat, trecentas et quatuordecim. Sequentia videmus ab aliis minus recte explicata, quorum omitti possunt interpretationes, his positis. Τοῦ μὲν Πόντου -- κατὰ ῥέον, est quasi παρὰθήκη, quae directionem navium iunctarum signare debet. Erant autem collocatae, non tanquam transmittentes Hellespontum, sed tanquam invehentes, rectae, secundum fluxum Hellesponti, i. e. τοῦ Ἑλλησπόντου κατὰ ῥέον, et τοῦ Πόντου ἐκμαρπίας, [ἐκμαρπίας puto scribere voluerat Vir doctus.] quoad Pontum transversae sive obliquae. ἵνα ἀναχωρήσῃ cet. non referas ad hanc parenthesin, sed ad superiora ὑπὸ μὲν τὴν etc. ut stabiliret, fulciret funes (τὸν τόπον) armamentorum pontium, quae inniterentur navibus sive ipsis fluctibus; nam paulum refert, ῥέος subintellegeris post ἀναχωρήσῃ, an τοῦτο, opus istud iunctarum navium. In condendis prioribus pontibus quum nihil simile factum esset, facile est intelligere, cur tam celeriter a fluctibus destructum sit opus. Nam per Hellespontum tam latum quo tandem pacto funes tantopere intendi potuissent, ne in medio saltem demissae aquam attingerent? DAV. SCHULZ. — At hoc ipsum mirum quodammodo poterat videri, quod in iterata etiam pontium horum constructione funibus ab una ora in alteram tensis imponere transversas trabes, quae transitum praebebant, maluerint, quam validis tignis ab unaquaque nave in proximam aut proximas porrectis, apteque inter se connexis firmisque. Nempe amplius tribuerunt robustorum ru-

Herodot. T. VI. P. I.

dentium firmitati, qui simul ad cedendum, quod opus foret, impetui fluminis aptiores, quam tigna essent. — Haec cum superioribus, ad istorum pontium structuram pertinentibus, ita a me perscripta, iamque prelo erant commissa; quum, cuncta denuo relegens, intellexissem mihi visus sum, nihil opus fuisse coniecturâ illâ, quâ pro τοῦ μὲν Πόντου ἐκταραίας, lin. 6. τοῦ μὲν πόντου ἐκτα. legendum suspicatus eram. Eodem enim res redit. Hellespontus veluti fluvius consideratur, cuius cursus cum australi ora Ponti Euxini angulum fere rectum format. Igitur, quae naves secundum Hellespontum cursum rectae stabant, eadem commode dici potuerunt respectu Ponti oblique sive e transverso locatae fuisse: neque illae, ut Larcherus fingebat, latera obversa Ponto habebant, sed prorae earumdem Pontum spectabant. S.

10. τῆς δὲ ἱρίης) Fuit quum scribere vellem τὰς δὲ ἱρίης: nam minus placebat Wesselingii mutatio praecedentis τὰς μὲν in τῆς μὲν. Nunc intelligo, vulgatam lectionem negligentiae cuidam Scriptoris tribuendam esse, atque retinendam; aut, si qua corrigere volueris, ponendum esse τὰς δὲ τῆς ἱρίης: articulus enim ante ἱρίης abesse nequit. Τῆς δὲ si nobiscum admittas, τὰς δὲ tamen quasi subintelliges, quod respondeat priori τὰς μὲν. De utroque ponte, unde anchorae demittebantur, sermonem esse vides. DAV. SCHULZ.

12 seq. διέκπλους δὲ ὑπόφαναι etc.) Petavii his pontibus inpena opera latuit [Gronovio] Cel. viro: hinc illa eius notatio. Probat ipse separationem ὑπὸ φαῦσιν, sub lumen: tentat deinde ὑπὸ φλύσιν, uti videre est. Iungo ego, Aldi et scriptorum ductum sequens. ὑπόφαναι fenestrae, lucem admittentis, notionem habet apud Interpretes Ezech. c. xlii, 16. Hinc pro hiatu et patente transitu: par διαγυλας ratio, quae ab lucis transitu, spiraculum et foramen, quo fumus ex casis evolvitur, in Diodori XVII. 82., et διαγύου, in vasculorum aperturis et spiraminibus apud Heronem Spirit. p. 163. Itaque διέκπλους ὑπόφαναι, transitus idem; ἀραιώμα Luciano Ver. Hist. II. 2., sive interceptum spatium et vacuum, per quod ὑποφάνεται, adparetque lux, ut Petavius. Reiskio, ὑπόφαναι probanti, διέκπλους adiectivi loco est. Mox [lin. 13.] Petavius scite, καὶ τριηρίων τριχού: namque series

ipsae tam πεντηκοντίους quam τριήρεις habebant, et utrasque proinde interruptas esse oportuit. WESS. — Non ego διπλῶν pro adiectivo nomine accipiam, sed pro substantivo, per adpositionem, quam Grammatici vocant, alteri iunctum: *fenestram, aperturam reliquerunt, quae esset διπλῶν*, id est, quae inserviret διπλῶν, quae minoribus navigiis transitum praeberet. Inter καὶ et τριχοῦ (lin. 13.) in promptu erat suspicio intercidiisse nomen τριήρων: (conf. Var. Lect.) nec tamen illo adiecto opus utique fuisse intelligo, et e contextu reiectum istud adsumendum velim. Alternis iunctae erant triremes et naves longae sive penteconteri: *tribus in locis inter duas triremes aberat penteconterus*; et spatium, qua transirent minora navigia, vacuum relictum erat. Particula καὶ ante τριχοῦ similem quamdam vim habere potest, qualem passim alibi observavimus: scil. ut significet, non uno in loco, sed pluribus, et quidem tribus in locis. conf. Var. Lect. I. 99, 7. S.

16. στρεβλοῦντες ὄνοισι ξυλίνοις) Egregia huic loco medela ex Med. et aliis. ὄνοι sunt azes; ὄνισκοι axiculi, suculae, sive machinae tractorii generis. Galenus Gloss. Hippocrat. Ὀνίσσθαι, ἡγοῦν δι' ὄνων ἐπιστροφῆς τίλιν. Ὀνοὶ γὰρ καὶ ὄνισκοι, οἱ ἄζονες: et pluribus ad Hippocrat. de Fractur. p. 551. Adde Eustachium in Erotianum p. 82. [pag. 275. ed. Franz.] et Gronovium. WESS.

18 seq. παχύτης μὲν ἢ αὐτῇ) Sic debuit. Nimium Pe-tavii ὦν παχύτης μὲν ἢ αὐτῇ, et Reiskii ἢ αὐτῇ. WESS. — Immo recte Reiskius. Conf. Var. Lect. S.

20. τοῦ τάλαντον) τῶν τάλαντον Editor Genev. inprudenter: transitus in distributivis numeri est. Unde vero Tzetzes acceperit τριτάλαντον τῷ βάρι Chil. I. vs. 599. ipse dixerit. WESS.

[23. κατύπριθε τῶν ὀπλων τοῦ τόνου) Series naturalis verborum, κατύπριθε τοῦ τόνου τῶν ὀπλων: id est, κατύπριθε τῶν ὀπλων ἰνταμίνων. Quod sequitur [lin. 24.] αὐτὶς ἐπιζύγνουν, obscure Valla reddidit, rursus desuper innexerunt: Gronov. tum ibi rursus superiunxerunt, quod tenuit Wess. Planius Larcher, sed dubito an ex mente Scriptoris, on posa dessus des planches bien jointes les unes avec les autres. S.]

26. κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν) Hesychius Κατανάξαντες, ἀνάξαντες, εἰς τοῦ πῶ ἀναχωρήσαντες: forte, quae Abreschii

suspicio, νάξαντις, εἰς τοῦτόν ἀναχωρήσαντις, ut conplanandi significationem, quae huius est loci, et τοῦ κατανάγειν iunxerit. H. Stephanus Thea. T. IV. pag. 1157. horum inmemor, κατανάγω Conporto. Affertur enim κατανάξαντις γῆν pro Conportantes iniicientesque terram. Est ex κατανάσσω. In Iosepho Bell. Iud. I. 21, 7. νάγμα, terra stipata: πύργος νατοῖς ibid. V. 4, 3. solida et bene conpacta, sive πεναγμένος, quomodo Masti Antiq. XV. 9, 6. verissime. Porro Φραγμένον, sepe hinc atque hinc praetensam, Tzetzes χυρωγυγούς καὶ κλισμακα, Arrianus Ἀναθ. V. 7. κλίμακας, ubi excellenter Gronovius, adpellant. Ὑπιορώτα non muto, rarum quidem tali usu, sed proprio et vetere. WESS. — παμίσσω ἔθην καὶ ἔθην, secundum utrumque latus duxerunt septum. De verbo εἰρῆσαι vide Wess. ad VII. 24, 5. S.

CAP. XXXVII. [2. οἱ τι χυτοὶ) Huc spectare videtur glossa apud Suidam: Χυτόν χῶμα: et apud Hesych. Χυτόν χωστόν, καὶ τὸ χῶμα. Altera pars scholii, quod est apud utrumque, pertinet ad II. 69, 6. Quod χυτόν (non χυτός aut χυτοὶ) scribitur apud hos Lexicographos, id fortasse ex vetustioris cuiuspiam Grammatici observatione ductum, quae huiusmodi fuerit: Χυτόν λέγει Ἡρόδοτος τὸ χωστόν καὶ τὸ χῶμα. S.]

9. οὐτ' ἐπιειφίλων ἰόντων) Aristoteles Problem. XXIV. Sect. 17. iuvat Codicum scripturam, rogicans, Διὰ τί τῆς αἰθρίας μᾶλλον ψύχος γίνεταί, ἢ ἐπιειφίλων ὄντων. Per autem mira solis haec obscurati descriptio; talis profecto, ut veram eclipsis causam aut exploratam non habuerit Herodotus, aut tragice circumscripserit. Quid enim ὁ ἥλιος ἐκλείπων τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδρην? Sed verum hunc solis fuisse defectum negant plerique sideralis scientiae professores, Seth. Calvisius Chronol. Ann. 3470., D. Petavius Doctr. Temp. lib. X. 25. H. Dodwellus Annal. Thucyd. pag. 47. WESS.

Ibid. ἀντὶ ἡμέρης τι νύξ ἐγένετο) Supra, I. cap. 103., νύξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο. Cap. 74. συνήνικα ὥστε -- τὴν ἡμέρην ἐξάπτης νύκτα γνίσθαι. Primus istam defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur Milesius Thales, iuxta Herod. et Ciceron. de Div. I. 49. Causam solis obscurati dudum ante naturalem Graecis iam tradiderat Palamedes, teste Philostr. pag. 709. Hic apud Herod. ὁ ἥλιος --- ἀφανὴς ἦν,

οὐτε ἱππιφίλων ἰόντων, αἰθέρης τε ταμάλισσα: sicut apud Livium XXXVIII. 4. coelo sereno interdiu obscurata lux est, quum Luna sub orbem solis subisset. οὐτ' ἱππιφίλων ἰόντων correctum ex Med. Τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυνίφειλα ὄντα dixit Thucyd. pag. 529, 99. [lib. VIII. c. 42.] Xerxi solis obscuratio, ut vulgo imperitorum, videbatur esse portentum. Insigne Pindari carmen apud Dionys. Halicarn. II. pag. 273. emendavit Scaliger in Propert. p. 239. Rei causas cognovisse saepe profuit Imperatoribus, ne velut prodigio divinitus factum animi terrentur; Quintilian. Inst. Or. I. c. x. p. 114. Graecis, non Persis, hoc ostento mala portendi cur crediderint, certe dixerint Magi, Noster enarrat; in quibus Ἑλλήνων προδείκτορα [lin. 14.] bene cepit Palmer. In Aristidis Themistoclem T. III. p. 297. Schol. Mstus: ἐρχομένου τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ γινομένου περὶ τὸν Ἑλλησποντον, ἔκλειψις ἐγένετο ἡλίου καὶ ἀνατολῆς (lege ἐξ ἀνατολῆς) εἶτα ὡς ἤρστηεν ὁ βασιλεὺς τοὺς μάντις, τί σημεῖον τοῦτο, ἀπώλειαν εἰπεῖν τῶν Ἑλληνικῶν πόλεων. τούναντίον δὲ ἦν ἰσημαίνει γὰρ αὐτῷ τὴν ἦτταν, διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἐξέλειπεν ὁ ἥλιος εἶγε καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἤρχετο ὁ Ξέρξης. VALCK.

14. Ἑλλήνων προδείκτορα) Praesidem vertunt, Nob. Palmerio iure inprobante. Ex προδείκνυμι venit προδείκτωρ, praemonstrator malorum, et vates quidam. Magi φάσματος mirabilis interpretes respondent, solem, si quid praeter consuetum patiat, Graecis portendere et praesagire; lunam, suae nationi; cuius illi coniectus quas habuerint rationes, unde indagabimus? Ob oracula, coniiicit Palmerius Exercit. pag. 31., quae Delphis, Delo, Claro et aliis Graeciae urbibus sub Apollinis, qui sol est, nomine pandebantur. Sane non erat, cur Ph. a Turre erroris dicam Nostro impingeret, Monum. Vet. Ant. p. 175. Coluerint enim Persae Solem, ut venerati fuerunt; defectus eius ex magorum disciplina damnosus aliis potuit haberi. Sed ille προδείκτορα praesidem censuit contra verum. WESS.

15. ἐποιεῖτο τὴν ἔλασιν) In hoc genere simplex mavult. Vide III. 4. VII. 6. et cap. 106. πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσεως. Xenoph. consimiliter Κυρ. παιδ. VIII. p. 217. D. E. Amplector itaque. WESS.

CAP. XXXVIII. 5. τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρόν, --- ἐμοὶ δὲ μέγα) Initio poematis Theognis: Εὐχόμενός μοι κλυθῆι, κακὰς

δ' ἀπὸ κήρας ἀλαλκῇ. Σοὶ μὲν τοῦτο, θία, σμικρὸν, ἐμοὶ δὲ μέγα. Propius ad Nostri structuram *Andocides in exordio Orat. de Myster.* διήσομαι ὑμῶν δίκαιος, καὶ ὑμῖν γε βράδια χαρίζεσθαι, καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχῆιν παρ' ὑμῶν. VALCK.

13. παραλύσει τῆς στρατιῆς) στρατηγῆς mallem. Praeve in *Plutarch. Virt. Mul.* pag. 263. A. *Pythes seu Pythius* χάριν ᾗτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως -- ἵνα παρίναι τῇ στρατιᾷ, καὶ καταλυσιῖν αὐτῷ γυροβοσκίῳ. *Scripserat παρίναι τῆς στρατίας. Unius vacationem petens, de eodem Pythio, Seneca lib. III. Ir. c. 17. Hoc, nisi erro, occupavit Mos. Solanus ad Plut. Alcibiad. WESS.* — Στρατηγῆς et hic scribendum, ut in simillima narratione de *Oeobazo*, a militia vacationem uni filiorum petente IV. 84. στρατηγῆς ἀποκαλύσθαι. Apud *Plutarch. T. II. p. 263. B. Pythes* χάριν ᾗτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως, πλείονων αὐτῷ παιδῶν ὄντων, ἵνα παρίναι τῇ στρατιᾷ, καὶ καταλυσιῖν αὐτῷ γυροβοσκίῳ. Interpres quod sensus postulabat expressit, ut unus eorum immunitate militiae donaretur: scripserat, ut puto, *Plutarch.* ἵνα παρίναι (sive potius ἀφείναι vel ἀφίναι) τῆς στρατίας. Sic passim loqui solebant. *Ulpian. in Demosth. pag. 22, 15. νόμοι ἦσαν ἀφίσθαι τινας τῆς στρατίας, ὥστε πομπεύειν εἰς τὰ Διονύσια. Leges istas respicit Diodor. Sic. IV. 5 fin. Lycurgo memorantur contr. Leocr. p. 152, 33. οἱ ἀφείμηναι τοῦ στρατεύεσθαι ἵνα τοῦ βουλευέσθαι ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως. Ἀφίναι τῆς στρατίας, Herodoto dicitur παραλύσαι τῆς στρατηγῆς: ut VI. 94. Mardonium Darius παραλύει τῆς στρατηγῆς. Quae Porto Herodotea dicitur locutio, aliquid praetura amovere, est et Thucydidea et aliorum. Thucyd. VII. cap. 16., τὸν μὲν Νηκίαν οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς. vid. Duker. et Suid. in Παραλύσαι. VALCK. — στρατηγῆς recepti cum Schaef. et Borh. Suspectum στρατιῆς cum superioribus editis tenent quidem scripti, quod sciam, omnes. Conf. Adnot. et Var. Lect. ad III. 3, 16. S.*

CAP. XXXIX. 7 seqq. in τοῖσι ὡς τοῖν ἀνθρώπων etc.) Paulo haec aliter scripta sic *Stobaeus* excitat *Gesneri* pag. 173, 34. Ὡς ἐν τοῖσι ὡς τοῖν ἀνθρώπων οἰκίαι ὁ θυμὸς, χρηστὰ μὲν ἀκούσας τέλειος ἐμπιμπλῃσι τὸ σῶμα ὑπὸ ναντία δὲ τουτίοις ἀκούσας ἀνοιδάνει: ex quibus *Herodoto* restituerem τουτίοις ἀκούσας: reliqua vulgatis sunt deteriora. Sensus obscurioris dicti conatus est eruere *Stephano* citatus *Erasmus* in *Adag. Animus habitat in auribus.* VALCK.

9. ὑπεραντρία δὲ τούτοις) Stobaeus, ut saepe, Ionum characterem servavit; nec pravum eiusdem ἀνοιδάλει, quamquam vulgato haud prius, sicuti lib. III. 127. adscriptum. *Homerus* *Iliad.* i. 550. ἔς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον. Dicti Herodotei interiorē sententiā *Camerarius* *Problem.* Cent. I. 9. vestigavit. WESS.

15. τὴν ψυχὴν ζημιώσεται) Hoc ego Codicum lectioni a Galeo et Steph. enotatae non postponerem: in *Matth.* xvi, 36. nonnulla dedit *Wetsten.*; ad eandem rationem aetate scribebant *Herodoti*. *Thucydides* [III. 40.] pag. 192, 62., μεγάλα ζημιώσεται: ubi ζημιώσεται, natum ex interpretamento, praebent Codices. οὕτις τι ζημιώσιντας dixit *Xenoph.* *Oecon.* p. 491, 35. Iussit Xerxes [lin. 18.] natu maximum filiorum *Pythii* μίσον διαταμῖν διαταμόντας δὲ etc. *Plutarch.* T. II. pag. 263. B. ὁ Ξέρξης ὑπ' ὀργῆς τοῦτον μόνον, δὲ ἐξητήτατο, σφάξας καὶ διατιμῶν, ἐκέλευσε τὸν στρατὸν διελθεῖν τοὺς δὲ ἄλλους ἐπηγάγετο, καὶ πάντες ἀπώλοντο κατὰ τὰς μάχας. Secundum *Senecam*, de *Ira* III. 17. quem pater elegerat, Xerxes in duas partes distractum ab utroque viae latere posuit, et hac victima lustravit exercitum. *Senecae* locum adhibuerunt *Wess.* ad *Herod.* p. 320. [ad IV. 84, 7.] et *Brisson.* *Regn. Pers.* lib. III. p. 357. VALCK.

20. καὶ ταύτῃ διαξίναι τὸν στρατὸν.) In partes duas distractum ab utroque viae latere posuit, et hac victima lustravit exercitum, Romani moris non ignarus *Seneca*. De *Peleo*, qui *Acasti* uxorem dissecuerat, *Apollodorus* *Bibl.* III. 12, 7. καὶ διελὼν τὰ μῆλη διήγαγε δι' αὐτῆς τὸν στρατὸν. In foederum sanctione multa huiusmodi apud ill. *Grotium* in *Matth.* c. xxvi, 28. WESS.

CAP. XL. 3. στρατὸς παντοίων ἰθίων) Vocem σύμμικτος exterminavi, minime ob ἀναμιξ necessariam. Recte c. 55. ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἰθίων, unde in hanc viciniam conmigravit. WESS. — Aberat a *Med.* vox σύμμικτος. Si abessent aliis Codicibus voces οὐ διακεκριμένοι, [lin. 4.] has ad ἀναμιξ suspicarer olim adiectas. Ἀναμιξ *Hezychio* redditur ἀναμιμνημένος: vox *Sophocli*, *Thucydidi*, *Xenophonti*, ter adhibita *Herodoto*. VALCK.

9. Νισαῖοι καλούμενοι) Quae hic διπτογραφία, eadem lib. III. 106. plurimisque aliorum in locis. Hinc dubium atque anceps, *Nisaei*-ne an *Nesaei* hi equi. Docte *Valesius* ad

Ammian. lib. XXIII. 6. de his sacroque Iovis curru et *B. Brisson.* *Regn. Pers.* I. 122. et III. 29. WESS.

CAP. XLI. 3. ἐν τοῦ ἄρματος ἐς ἀρμάμαξαν) Clara utriusque vehiculi distinctio, etiam in *Xenophonte Κύρ. παιδ.* VI. p. 162. B. et 168. B. [et alibi,] tum *Ἀναβ.* I. pag. 247. c. *Harmamaxa* carpenti genus et mollissimae veltationis erat, mulieribus quam maribus accommodatius. *Essedum* Laurentii improbat *Schefferus*, neque geminum plane fuit, *Rei Vehic.* lib. II. 17. p. 217., quem adi et doctos *Curtii* interpretes III. 3, 23. WESS.

13. καὶ μήλα, οἱ ἄγχιστα etc.) *Mala Persica* ex auro imis adfixa hastis gestabant, ἐπὶ τῶν στυράκων μήλα χρυσᾶ ἔχοντες, *Athenaeus* XII. p. 514. c. Hinc illi *Μηλοφόροι*, non alii ac αἰχμοφόροι, hastati, qui Persarum nobilissimi post regis vehiculum incedebant: nam quorum in hastis extimis mala punica aurea, χρυσᾶ μήλα, his locus erat ante decem Nisneos equos, spiculæque in humum versus inflexa; cum hastati *Μηλοφόροι* hastas κατὰ νόμον, uti mos ferebat, erectas ostenderent et vibrarent. Haec plana. WESS.

CAP. XLII. 4. ἐς Κάρνην) Pro *Med.* et aliorum Κάρνην docte *Gronov.* consistit: magis, meo quidem iudicio, adposita *Carine*, seu *Carene* potius, quippe *Mysiae* et *Atarnensium* urbi proxima apud *Plin. Hist. Nat.* lib. V. 30. Accedit *Stephani* Κάρνην, πόλις Μυσίας, Ἡρόδοτος ἰσθόμην, hanc *Nostri* indicantis. Malui praeterea [lin. 6.] Ἀτράμντιον ob *Eustathii* adsensum et *Thucydidis* in primis lib. V. 1., ubi *Schol.* et *Dukerus.* WESS.

CAP. XLIII. 3. ἐπίλπει τὸ μέθρον) *Nilus*, cuius aqua stato tempore minuebatur, ἀπολείπων τὸ μέθρον, lib. II. 19. patronus vulgato esse posset, nisi potior *Codicum* auctoritas, frequentioreque usu firmata c. 21, 58. et 125. foret. Utique nihil urget, ut ὃ ἀπίλπει sive ἐπίλπει --- πινόμενον contra tabulas pingatur. WESS. — τὸ μέθρον intellige κατὰ τὸ μέθρον, ut II. 19, 11. S.

8. τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσεν) *Palladi Iliacae* Alexander quoque *Magnus*, *Ilium* delatus, sacra fecit, *Arriano* I. 11. et *Diodoro* XVII. 18. testibus. WESS.

8 seq. ἔθυσεν θεῶς χιλιᾶς· χοαῖς δὲ etc.) Dum *Xerxes* *Minervae* *Iliadi* *chiliombe* faciebat sacra, *heroibus* libabant *Magi*, χοαῖς οἱ Μᾶγοι τοῖσι Ἑρῶσι ἐχίαντο, id est, ἐπὶ χίαν. *Sumptuo-*

sum Xerxis sacrificium, ἢ ἀπὸ χιλίων βοῶν θυσία, secundum *Eustath.* dicebatur Χιλιόμβη. VALCK.

10. ἐς τὸ στρατόπιδον ἐνέπισσι) Terror Panicus noctu ἐς τὸ στρατόπιδον ἐνέπισσι, vel ἐπέπισσι: hoc, ut ex *Med.*, placet Gronovio; illud, ut usitatus, viro docto in *Miscell. Obs.* III. p. 144. VALCK. — Doluit Gronov. ἐπέπισσι *Med.* non receptum. *Herodoto* alia mens, qui lib. IV. 203. τοῖσι Πέρσῃσι --- φόβος ἐνέπισσι: et VIII. 37. φόβος τοῖσι βαρβάρῃσι ἐνέπιπτόμεναι: in quibus structura discrepans neminem morabitur, cum sit promiscua, ut bene vir doctus *Miscell. Observ.* T. III. pag. 144. S. Lucas, φόβος ἐπέπισσεν ἐπ' αὐτὸν, *Evang.* c. 1, 12., ubi ἐνέπισσι Codex unus. Verior eiusdem Gronovii notatio, Γέρβας Τιναροῦς [*lin.* 13.] coniungens, quam consule. WESS. — Praeter codicis sui auctoritatem, cui alii plures accedunt, provocavit Gronov. ad *Herod.* V. 122, 8. Ex *Stephani Byz.* praescripto Γερβίλῃς expectasses, aut Γερβίλιος: sed Γέρβας utrobique tuentur *Herodotei* libri. S.

CAP. XLIV. 1. ἐν Ἀβύδῳ) Inutilem vocem μιση, parens schedarum iussui, induxi. Cui enim ea bono? *Reiskii* non dispar opinatio. WESS.

2 seq. προσηκούοντο γὰρ --- αὐτῶ ταύτῃ προσεξίδρην) ἐξίδρην corrigebat *Reisk.* uti *Arch.* et *Vind.* Iam quoniam αὐτῶ ταύτῃ haud infrequens, idem huic restituendum loco putavit *Abreschius*, *Dilucid.* *Thucyd.* p. 403. Ego vero nihil hic innovo. WESS. — Suspicebatur clar. *Abresch.* *Dilucid.* *Thucyd.* p. 403., legi commodè posse αὐτοῦ ταύτῃ: quomodo saepe loquitur *Noster*; sed hic vicina requirere videntur pronomen αὐτῶ, *Stobaeo* quoque lectum p. 535. Προξίδρην *Xerxi* ab *Abydenis* parata prima sedes fuisse videtur, quae in exedra prae reliquis emineret: θρόνον ἐν ἡλὸν dixit *Tzetz.* *Chil.* I. vs. 937. Ἐξίδρα quid fuerit, post *Budaeum* docuit *H. Steph.* in *Thes. Ling. Gr.* I. p. 1084. Quae velut incerti *Scriptoris* excitat is e *Suida*, verba sunt *Diogenis Laërt.* IV. 19. quibuscum conferri possunt *Dio Chrys.* pag. 288. D. et *Harpocrat.* in voc. Αἰσχῶ. VALCK. — In vocab. προξίδρην (ut in verbis προνατίξομαι et προνατῆσθαι) alia vis est praepositionis πρὸ atque in verbo προσηκούοντο. S.

CAP. XLV. 4. μὴ δὲ τοῦτο ἰδέναι) Specie alienam, revera suam conditionem deplorasse videtur, (*Valerio*

Max. IX. cap. 13. ext. 1.) opum magnitudine, quam altiori animi sensu felicior: videri enim voluit Xerxes lacrymans, quod tanta hominum multitudo intra centum annos esset obitura. Haec et seqq. paucis expressit Tzetzes Chil. I. vs. 940. etc. Herodoteum autem Xerxis et Artabani colloquium ob sententiarum personis congruam magnitudinem miratur Hermogenes pag. 509. Πάλιν τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κίχρηται, ὡς ἐν τι ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ ἰσθόμῃ τῶν Ἱστοριῶν κατὰ τοὺς Ξέρξου πρὸς Ἀρτάβαζον, καὶ αὐτοῦ πρὸς Ξέρξην περὶ τῶν ἀνδραπύων πραγμάτων λόγους. Facilis ipsi fuit Hermogeni lapsus in Persico nomine; qualis fuisse videtur et Philostrati de Vit. Soph. II. 5, 4. VALCK.

CAP. XLVI. 4. οὗτος ὁ ἄνθρωπος) Absque Codicum auxilio reponi potuerat vocula, quam oratio interrupta poscebat usitatissimam: Οὗτος ὁ ἄνθρωπος Θεοφίλης E. d. Olim lectam ista monstrant Stobaei pag. 555, 46. οὗτος οὖν ἄνθρωπος Θεοφίλης. VALCK. — At nec interrupta admodum oratio; et facile h. l. caremus illa particula, quam nec alioquin in tali verborum constructione adhibere Herodotus adsuavit. S.

6. ἐργάσαι) Loco quidem indicato Gesneri editio Stobaei ἐργάσαι praebet: sed p. 612, 26. ἔργα εἶναι, τὸ etc. quae minime contemnenda lectio, si robur accepit a Codd., sincera poterit videri: ὡς πολὺ ἀλλήλων κειχωρισμένα ἔργα εἶναι, τὸ εἶναι τε καὶ ὁ λόγος πρότερον. VALCK.

8. Ἐσῆλθε γὰρ με λογισάμενον) Verum hoc, et lib. III. 42. VI. 125. obuium. Plutarch. Consol. p. 109. B. Τὴν Ἠλίσσον εἰσελθεῖν, ὅπερ ἴσως καὶ ἄλλον εἰσῆλθε. Saepe Euripides, monitore Valckenario ad Phoeniss. vs. 1379., saepe alii. Lacrymas stolidi regis Epist. 7. lib. III. Plinius addidit. Leniter Valer. Max. IX. 13. Extern. 1. Qui mihi specie alienam, revera suam conditionem deplorassee videtur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior. Merebantur haec lacrymae acriorem censuram. WESS.

Ibid. Ἐπῆλθε γὰρ με λογ. κατοικεῖν) Scribendum, ut legit Stobaeus, ἐσῆλθε γὰρ με λ. κ.; alterum quidem in talibus etiam adhibetur, sed iunctum dativo, quem casum exhibent optimi quoque Codices in Herodot. I. 30. ἡμερος ἐπιστῆναι μοι ἐπῆλθε. Pausan. VIII. p. 634., οὐκ ἐπῆλθεν ἐπιστῆναι μοι. In Isocratis Panathen. scribendum p. 244. A. εἴν δ' οὐδὲν ἐπὶρχεται μοι τοιοῦτο, ut p. 252. C. Demosth. p. 100, 39. etc.

Sed eam in rem satis erit legisse Hemsterh. ad Luciani Prometh. pag. 26. Ἑλλὰς με dicatur, an μοι, nihil interest: prius tamen et apud alios frequentius occurrit et apud Herod. III. 42. τὸν δὲ ὡς ἐπῆλθε θῖτον εἶναι τὸ πρῆγμα. VI. 125. ἰδόντα τὸν Κροῖσον γίλας ἐπῆλθε. I. 116. τὸν Ἀστυάγειν ἐπῆλθιν ἀνάνυσιν αὐτοῦ. VALCK.

16. αἱ τι γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσιν) συμπίπτουσιν est apud Stobaeum pag. 536, 3. atque ita, ni fallor, scripserat etiam Herodotus: vid. p. 57, 36. [I. 139, 2.] p. 298, 35. [V. 35, 6.] etc. Thucyd. III. c. 60., κατανοούντες, -- ὡς ἀσπάζμενοι τὸ τῆς συμφορᾶς ὃ τινὶ ποτ' ἐν καὶ ἀναξίῳ συμπίπτει: et p. 278, 85. VALCK. — Nec vero idcirco spernendum h. l. vulgatum. conf. Var. Lect. S.

17. καὶ αἱ νοῦσοι συνταράσσουσιν) Paene arripio Vind. et Stobaei συμφοραὶ προσπίπτουσιν, καὶ αἱ νοῦσοι, συνταράσσουσιν, quod Valla expressit. WESS. — Qui hoc probant, hi iuncta intelligunt συνταράσσουσιν, καὶ ποιεῖν. At καὶ particula hic non copulativam vim habet, sed intensivam, idemque fere ac καὶ τοι valet: καὶ βραχὺν ἰόντα, quamvis (quamlibet) sit brevis. S.

18 seq. οὗτω δ' μὲν θάνατος etc.) Ubi in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem vocat Sallustius, Catil. cap. 50. ibi Herodotea ista et similia veterum dicta collegit Ios. Wasseus p. 160. VALCK. — Laudavit hoc Artabani effatum, compendio verborum usus, Choricus Or. in Procopium Gazaeum c. 24. Vide vero Eustathii illud ad Poëtam p. 411. [p. 311. ed. Bas.] Εἰ δὲ τὰ Ἡροδότου ἀντίγραφα ἀσφαλῶς ἔχει κατὰ τὴν διὰ τοῦ ὁ μικροῦ γραφὴν τῆς ζῆς ἐν τῷ, ὁ θάνατος, μοχληρᾶς οὐσῆς τῆς ζῆς, αἰρετώτερος τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν: et mirare doctissimi hominis haesitationem ob vocem tantopere Herodoto adamatam, et toties repetitam. Quae mutavit, vitio memoriae accepta fero. WESS.

20. γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα) Laurentii dulce gustans saeculum postulat γινώσκων. Meliora Porti Latina, dulci gustu vitam adspersens. Equidem, ni scripti Codices et Plutarchus in edito acquiescerent, Stobaei πλέξας τὸν αἰῶνα, aevum agens, non abiicerem. Conmode Euphorion, Ὡς οὖν, τί ποθ' ἡμῖν δούς χρόνον τοῦ ὅν βραχὺν πλέκειν αἰὼνας τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἔσθ, in Stob. Serm. XCVI. pag. 528. Simillimum διαπλέκειν τὸν βίον apud Nostrum lib. V. 90, 6. Criminatur

deum Persa, iucundam transigentem vitam, sed generi humano invidentem, at absurdissime, ne quid gravius excidat. Repete ad lib. I. 32. praescripta. WESS. — Non modo ob Codicum consensum, sed etiam per se multo probabilior mihi scriptura γύσας videtur. Taceo quod pro ea sententia, quam Stobaei lectioni Vir doctissimus tribuit, πλάκων scriptum oportuerit, non πλίξας. S.

Ibid. γλυκὺν γύσας τὸν αἰῶνα) Quo sit sensu capiendum verbo *Wess.* indicavit, Diss. Herod. pag. 194. Prava interpretatio decepit eruditum scriptorem *des Essais de Crit.* p. 200. *Plutarchus* in fine libelli quo docet Ὅτι οὐδὲ ἔστιν ἡδὺς κατ' Ἐπίκουρον, p. 1106. F. sic adhibuit Herodotica, ut eorum sensum simul pandat: Σοφώτερος Ἡρόδοτος, ἰππῶν, ὡς ὁ Διὸς γλυκὺν γύσας τὸν αἰῶνα φθονερός ἐν αὐτῷ ὧν φαίνεται, καὶ μάλιστα ταῖς εὐδαιμονιῶν δοκοῦσιν, αἷς δὲ λεία ἴσθι λύπης τὸ ἡδὺ γινωμένους ὧν στέρησονται. Hinc etiam manifesta constans est differentia Γύειν inter et Γύισθαι: qui sibi videntur fortunati miseri mortales, γύονται, leviter gustant, ὧν στέρησονται, ea quibus mox privabuntur: qui brevi iucunditatis sensu calamitates humanas temperat, sive qui vitam iucundam mortalibus miseris maligne praebet primis velut labris gustandam, Herodoto dicitur γλυκὺν γύσας τὸν αἰῶνα. Γύσας semper significat gustum dare, eximie rei vendendae: vid. *Eubuli fragm.* apud *Athen.* I. p. 28. F. et *Casaub.* pag. 66. *Firmus Caesariens.* Epist. 27., γύσας ἡμᾶς Ἀττικῷ μέλιτος. *Iamblich.* Vit. Pyth. p. 16. γύσται βουλόμενος τῆς καλλονῆς τοὺς πατριώτας. *Polyaen.* p. 10. ἰβ. Msto, οἶνον τοὺς πολεμικοὺς γύων. *Venuste Silenus* ad *Ulyssen* in *Eurip.* Cycl. vs. 150. γύμμα τὴν ὥνην καλεῖ, gustus emptorem allicit. *Philostr.* de Vit. Soph. p. 557. F. ἱκανὰ ταῦτά που δηλώσαι τὸν ἄνδρα, καθάπερ τὸν ἀνδρῶνα τὸ γύμμα. *Idem* de Vit. Apoll. VI. c. 12. μήτε γύμμα παρίχειν μήτε διῆγμα. *Eubulus* in *Adelphis* dixit βαδίζον ἐς τὰ γύμματα, apud *Athen.* XI. p. 499. VALCK.

CAP. XLVII. 13. ὁρίων τοι δύο) Pati equidem intermixtam ea in sede voculam non nequeo, hac lege, ut mox in exilium abeat: et abest a tribus Codd. optimo iure. De Mediceo silentium admiror. WESS. — Vide *Var. Lect.* S.

CAP. XLIX. 8. Φερίγγυος ἔσται διασῶσαι) Talia fere *Aeschyl.* VII. c. Theb. vs. 402. προσηλαστὴν Φερίγγυος, et

vs. 455. Φερέγγυον Φρούρημα, h. e. ἱκανὸν Φρουρῶν τὴν πατρίδα. lunge vs. 476. et 803. Quae tamen omnia de hominibus. Vide supra lib. V. 30. et Criticos ad Sophoclis Elect. vs. 948. In sequentibus [lin. 9.] Arch. voluisse videtur καὶ τοὺς οὐκ ἵνα κη, sicuti μάλιστά κη, et similia. WESS.

10. παρ' ἣν δὴ κομίζεαι) Dabunt forte Codices κομίσει, quod legisse videtur Stobaeus p. 364, 11. Galeo memorata peior est lectio Arch. [Vide Var. Lect.] Ex proximis, οὐκ ὄντων τοὺς λιμένων ὑποδείξιν, in Lexica receptum ὑποδείξιος λιμήν, pro portu navium capace. Intelliguntur hic certe λιμένες δυναίμενοι δέξασθαι τὸ ναυτικόν: quales forte dici possent ὑποδείξιοι, id est εὐθετοὶ εἰς τὸ δέξασθαι. Talia sunt in usu plurima: ξύλα ναυπηγήσιμα* ναυκληρώσιμοι στῆγαι* ἀλώσιμον τίχος: quodque propius accederet, καταλήμιμος Antiphonae p. 129, 4. Classis Atheniensium in Siciliam profectura, ut in portus facilius reciperetur, in tres partes fuit a tribus ducibus distracta, teste Thucyd. VI. 42. τρία μέρη νέμεσταις ἐν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν, ἵνα μήτε ἅμα πλείοντες ἀπορώσιν ὕδατος καὶ λιμένων: sic ista mihi videntur omnino restituenda, admissa Vallae lectione Hudsono laudata. Cum iis quae sequuntur apud Herod. [lin. 14. γῆ δὲ πολίμη etc.] comparandus est Aesch. Pers. vs. 749. Αὐτὴ γὰρ ἢ γῆ ξυμμαχος καί τοις πέλοι. VALCK.

15. εἰ ἰθέλει τοὺς μηδὲν etc.) Vallam redarguit G. Arnaldus, εἰ ἰθέλει εἰ vult vertentem; debuisse enim, si poterit, Animadv. Critic. c. 30. Sed Herodoto Graecisque aliis θέλει et ἰθέλει saepe numero redundat, poniturque de rebus inanimatis. [et infinitivo verbi iunctum, vim illi tribuit futurum temporis.] Nilus lib. II. 11. εἰ ὅν ἰθέλῃσι ἐκτρέψαι τὸ μέτρον, si alveum suum convertet; tum lib. I. 109. εἰ δὲ θελήσει -- εἰς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἢ τυραννίς. Negligo cetera, a Raphaelio ad Act. Apost. c. 11, 12. conducta. WESS.

17. τὸ πρόσω αἰὶ καί κλεπτόμενος) Stobaei βλέπόμενος displicet. Hesychio κλεπτεσθαι, praeter alia, πορνίσθαι, si nempe furtim fiat. Philo Iud. lib. I. Vit. Mos. p. 648. ε. μήτε λαμβάνειν τοὺς πολλοὺς πειρώμενον, μήθ' οἷα φιλεῖ, κλέπτοντα τὴν εἰσόδον. Contra ea Synesius lib. II. Provid. p. 119. c. οἱ βάρεβαροι δὲ, τὴν τι εἴσοδον ἐκτεκλόφισαν. Conf. Perizon. ad Aelianum Var. III. 47. Sequens sententia (εὐπρηξίης γὰρ -- οὐδέμιῃ πληθύνῃ) plane Aeschyleo respondet, τὸ μὲν εὐ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ πάσι βροτοῖς, Agam. vs. 1340. WESS.

21. αὐτοὶ βουλευόμενοι μὴν ἀφωδίοι, --- ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἶναι) Haec *Ios. Wasseo* censetur *acmulatus Thucydides* in verissima quidem, sed, ut ego iudico, ab hac *Artabani* diversa sententia, lib. II. c. 40. ἀμαθία μὴν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον Φέρει: quam tractavit *Hemsterh.* ad *Lucian.* p. 38. *Herodoteum* illud meā sententiā *Thucydidis* expresserunt *Archidamus* et *Hermocrates*: ille lib. II. c. 11. χρηρὲς αὐτῷ, --- τῇ μὴν γνώμῃ θρασυαλίου στρατιῶν τῷ δὲ ἔργῳ διδόντας παρασκευάσας: id est ἀφωδιόοντα βουλευέσθαι, priusquam incipias. Civibus suis utilissimum fore censebat *Syracusanus Hermocrates* lib. VI. p. 401. [cap. 34. extr.] τὸ μὴ καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλλῇ δεικνύσθαι, τὸ δ' ἦδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλιστάς τε μέλειστας ὡς ἐπικινδύνους πρᾶσσειν. Similia dantur *Demosthenis* et *Polybii*. VALCK.

22. ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἶναι) Multa veteres his gemina. Satis unum erit *Sallustianum*: Priusquam incipias, consulto, ubi consulueris, mature facto opus est: *Catil.* c. 1. ubi plena manu *Wasse* et *Cortius*, illisque prior *Ioach. Camerarius* ad *Aristotelis Ethic.* *Nicom.* lib. VI. g. WESS.

CAP. L. 9. μὴ τὸ βίβαιον ἀποδέξαι) Inconcommodum erit μὴ τι, cui *Gronov.* locum dedit, nisi μὴ τι cum *Abreschio* formetur. Vulgatum, munitum *Codicum* suffragio, stare potest. Idem *Vir* doctissimus post pauca [lin. 12.] scite, πῶς χωρὶ τὸ βίβαιον, qua processerit ratione. Tale *Aristoph.* *Pac.* va. 471. πῶς οὐ χωρὶ τοῦργον; *Lucian.* *Dial.* *Deor.* XX. 15. ὅπως μὴ ταῦτα χωρήσῃ ἀδελφόν, aliaque passim. WESS. — Optime habet τὸ βίβαιον lin. 9. cui cave τὶ βιβ. praeferas. In qualibet quaestione, quae agitur, multae possunt esse opiniones σφαλισαί, fallaces et incertae; una tantum vera et certa: atque hoc est τὸ βίβαιον, quod dicentem *Xerxes* facit *Herodotus*: idque ipsum lin. 12. repetitur. Iam ead. lin. quod in editis et scriptis, quoad novimus, cunctis legitur καὶ χρηρὲς, (non πῶς χρηρὲς, uti temere in nostra *Var. Lect.* itemque in *Notula contextui* subiecta scriptum:) id quidem ferri non poterat, nisi καὶ h. l. idem ac ὡς vel ὅπως valere statueres; cuius usus particulae illius aliud certum exemplum requirimus. Parum vero commodum *Abreschii* πῶς χωρὶ videri nobis debuit: non enim quaeritur, quo pacto exiturum sit id quod βίβαιον est; nam, qui τὸ βίβαιον novit, is etiam novit quisnam futurus

sit rei exitus. Taceo, quod pro ea sententia, quam vir doctus spectabat, πῶς χωρίσι oportuisset, non πῶς χωρῇ. Itaque ὁ πῶς pro κῶς correxi; rectius forsā facturus, si consentientem librorum scripturam in contextu tenuissem, conjecturamque satis habuissem in *Var. Lect.* proponere. S.

18. γνώμῃσι ἔχοντο ὁμοίῃσι καὶ σὺ) Ex Med. dedit hoc Gronov. pro τῇσι καὶ σὺ. Insolentius illud, ὁμοίῃσι καὶ σὺ, novator [sic Herodotum adpellare amat Valck.] fortasse posuerat pro ὁμοίῃσι τῇ σῇ. Ad istam rationem scribi potuit huius Ed. p. 329, 69. [IV. 109. 1.] Βουδῖνοι οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρίονται καὶ Γελωνοί, non eadem lingua utuntur atque Geloni; ubi huius scribendi moris non recordabar: vid. Herod. Gronovii p. 410. 9. [VII. 95, 3.] Structurae rarioris sectator Pausanias IV. p. 302. ἡ πεπρωμένη κατὰ ταῦτά ἐπικρύπτει, καὶ ἡ ἰλύς: pro τῇ ἰλύϊ: I. p. 101, 12. κατὰ ταῦτά οὕτως ἤχησε καὶ κithάρα κρουσθῆναι, id est ὁμοίως κithάρα κρουσθῆναι, perinde atque cithara pulsata resonat, ut interpretatur G. Budaeus in Comm. Ling. Gr. p. 483. Pausan. praeterea p. 52. ἐν δ' ἱμαὶ φαίνεται ποιήσας Σκῦρον ὑπὸ Ἀχιλλεύς ἀλούσαν, οὐδὲν ὁμοίως καὶ ὅσαι λέγουσιν: quae Kühnio tentata, bene ceperat Fr. Sylburg. in Praef. ad Lect. p. 932. Budaei observatis quaedam adiecit Duker. ad Thucyd. p. 494, 71. VALCK. — Sic vero saepius Noster: VI. 21, 7. VII. 115, 9. etc. Conf. Adn. ad VII. 100, 10. S.

21. κινδύνους ἀναβήπτιοντες) Ad huius imitationem bis terve κινδύνον ἀναβήπτιον dixit Thucydides; ab his recentiores illud transumserunt: κινδύνον μέγαν βίπτειν Euripidis est in Inone vs. 24. saepius βίπτειν in istum usum adhibentis, Lucian. T. I. p. 768. περὶ τῶν οὕτως μεγάλων οὐκ οἶμαι διὴν παραβόλως ἀναβήπτιον. Idem erat ἀποκυβεῖσθαι περὶ τῶν ὄλων, et περὶ τῆς βασιλείας: quorum hoc Diodori Sic. illud est Polyaei; ἀποκυβεῖν καὶ παραβάλλεσθαι τοῖς ὄλοις, Polybii. VALCK.

22. Quod ille apud Terent. Non fit sine periculo facinus magnum et commemorabile, Herodoti Xerxes, μεγάλα, inquit, πρήγματα μεγάλοις κινδύνοις ἰθὺι καταίρεσθαι. Male vulgatur in his apud Stobaeum καὶ αἰρεῖσθαι: bene cepit Portus. Eurip. Suppl. vs. 759. Φόνῳ καθαιρεῖσθ', οὐ λόγῳ, τὰ πρήγματα. VALCK. — Ἐθελὲι καταίρεσθαι, Suscipi solent Laurentius; feliciter confici solent Portus, rectius opinor. Chariton lib. II. p. 37. τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, ἃ γύναι, μεγάλας ἐπινοίας

καταρθεύται, fortasse haec imitans, Paullo enim diversius abit Heliodori, a D'Orvillio haud neglectum, lib. IX. p. 448. τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μεγάλων δέτται κατασκευῶν, hinc tamen propagatum. WESS. — Quum rarior ille usus verbi καθαιρῖν (ionice καταίρειν) haud satis mihi certus exploratusque visus esset, ex usitatore eiusdem verbi notione dictionem, quae in quaestione versatur, interpretatus sum. (confer, quod ad sententiam spectat, mox l. 24 seq. et c. 53, 10 seq.) Nec vero sperno doctissimorum Virorum interpretationem, peraptam sane et adcommodatam huic loco; quam praeiverant etiam Guil. Budaeus et Henr. Stephanus Thes. T. I. p. 198. A. B. Videtur utique Euripides, loco a Valck. citato, καταίρεισθαι τὰ πράγματα (nisi prorsus καθαιρεῖτ' ibi activā forma, non καθαιρεῖσθ' legendum) dixisse *conficere negotia, res peragere*. Tum apud Plutarchum in verbis ab H. Steph. citatis, καθαιρεῖν ἀγῶνα est *peragere, (feliciter) conficere certamen*. Idem Plutarch. de Cimone Atheniensi loquens (in eius Vita c. 13. T. I. ed. Francof. p. 486. B.) ait, ἡμέτερά μιν δύο καθηρηκῶς ἀγωνίσματα, qui uno die duo peregit (*feliciter confecit*) certamina. Similiterque apud Herodotum nostrum, IX. 35, 5. ἀγῶνας τοῖς μεγίστοις σφὶ συγκαταίρειν, significat operam suam eis contulit ad quinque certamina feliciter conficienda. S.

27. Φερόμεθα πορευόμενοι) Dubites, utrum optes, hocceine an φερόμενοι πορευόμεθα, quod in bonae notae schedis. Nullum vero dubium, quin [lin. 29.] καὶ ἔθνος, τοῦτων [non τοῦτον] τὸν εἶπον ex Scriptoris calamo fluxerit. Videntur turpem maculam Pavius, Abreschius, Reiskius. WESS.

29. γῆν καὶ ἔθνος, τοῦτον) Τοῦτων vel τοῦτου legisse Valla videtur: una tantum insertā literā scribendum censeo: τῶν, ἃν καὶ ἐπιβίωμιν γῆν, καὶ ἔθνος τοῦτον τὸν εἶπον ἔχομεν. VALCK.

CAP. LI. 5. πλεῖνα λόγον ἐκτεῖναι) Sic μῆκος ἐκτεῖναι λόγου scripsit Aeschylus; μείζον' ἐκτεῖναι λόγον, Sophocles. VALCK.

8. ἐπὶ τοὺς πατέρας) Ex more, quo parentes, qui coloniam deduxerunt; liberi, in eam profecti. Iustinus de Illensibus et Romanis lib. XXXI. 8. Tantaque laetitia omnium fuit; quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet. Indidem Themistocles, Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποιεῖτε δίκαια

ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατιώμενοι, lib. VIII. 22. Vide Duker. ad *Florum* I. 3, 9. WESS.

15 seq. ἐς θυμὸν ὦν βασιῦ) Puto *Vallam* habuisse βασιῦ, ὦ βασιλεῦ, quorsum *Ald.* et *Arch.* vergunt. Simile VIII. 68, 3. ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βασιῦ. *Veteri dicto*, [lin. 16 seq.] (cuius alia, verum culta figura, in *Achabi regis* responso I. Reg. c. xx, 11.) veritas, sicuti proverbii consuevit, constat. WESS.

CAP. LII. 4. τῶν ἔχουσιν γνῶμα μέγιστον) Non percipit verborum sententiam *Valla*, uti maximum eius consilium manifestat; nam, μέγιστον στρατιῦμα legisse, iniusta *Galei* suspicio est. Γνῶμα indicium documentumque, ab *H. Stephano* recte substitutum, exprimit. *Sophocles Trachin.* vs. 599. ἔχουσιν γνῶμα μὴ περιμνήν. *Aretaeus Cappadox Morb. Acut.* I. 1. fin. ταῦτα μίντοι τῆς λύσεως τῆς νόσου γνῶματα: haec morbi dissipati argumenta. Ut vero [lin. 5.] τῷ σὺ τι scribatur, caussa deficit. πραγμάτων vocabulum in his reticeri, norunt omnes. WESS. — Pro τῶν σὺ τι *Reiskius* τῷ σὺ τι legi iusserat; redire enim ad γνῶμα, cui indicio tu ipse testis es. S.

CAP. LIII. 1. ἀποστείλας ἐς Σούσα) Iustum probumque *Diodori* XIII. 96. καὶ Δέξιπποι ἀπέλυσεν ἐς τὴν Ἑλλάδα: at hic ἀπολύσας *Arch.* et *Vind.* scholio debetur. Potuisset porro [lin. 4.] ὑμίας ἐνέλιξαι sua in sede durare, ni scripti codices exterminassent. Placet *Cel. Gronovii* iudicium. WESS.

8. ξυγόν - - πᾶσι ἀγαθὸν σπένδεται) Commodam *H. Steph.* adiecit interpretationem: sed quando σπένδεται vix alibi reperitur apud veteres, et nulla Codicum est in talibus auctoritas, mihi quidem placet *Gronovii* σπένδεται: in hoc enim laboratis, quod sit omnibus commune bonum: sic isthac aetate scribebant. *Eurip.* *Hec.* vs. 119. Ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπένδων ἀγαθόν. *Phoen.* 585. δύο κακὰ σπένδεις. *Troasin* 955. *Bacch.* 911. Errat *Barnes.* in *Suppl.* vs. 161. *Herod.* I. 206. παῦσαι σπένδων τὰ σπένδεις. *Thucyd.* p. 404. μανθάνετε καὶ σπένδοντες. *Andocid.* p. 20, 4. τὰ ἡναντία τῇ ἰαυτῶν ὀφειλὰ σπένδοντες. *Soph.* *Elec.* vs. 253. τὸ σὸν σπένδουσ' ἄμα καὶ τοῦ μὲν αὐτῆς. VALCK. — Equidem non video quid incommodi habeat passivum σπένδεται, scil. ἡμῖν, studetur a nobis, i. e. studemus, quaerimus. Quin immo multo probabilius mihi *Herodot.* T. VI. P. I.

videtur id dicentem Xerxen fecisse Herodotum, quam *εννύ-
δει*, *studebis*. S.

13. τοὶ Πέρσες γῆν λελόγχαι) Haec regis professio simil-
lima miris veterum Theologorum opinionibus, angelos
regna Dei iussu sortitos curare et tueri. Sic, praeter Pa-
trum alios, Michael Glycas Ann. Part. I. p. 61. ed. Venet.
ὁ προφήτης Δαυὶδ λέγει τὸν ἀγγέλου εἶναι προσ-
τάγματι δι' τοῦ πάσαι τὴν κτίσιν διαλαχεῖν, καὶ τῶν ἰδίων ἐπι-
στατῶν, καὶ τούτων τὸν μὲν τοὺς Πέρσας ἐφορεῖν, etc. Cuius senten-
tiae fundus in Daniel. c. x, 13. minime tamen firmus ex
disputatione Cl. Iac. Ode, Comment. de Angel. Sect. viii.
p. 785. WESS. — Deterior est lectio marg. Steph. Apud
Thucyd. II. c. 74. οἱ δὲ γῆν τὴν Πλαταιίδα ἔχοντι: Dii qui
hanc terram colitis: ut colere Latinis et habere, Graecis ἔχειν
est in talibus usitatissimum: more loquitur Herodotus
poëtarum. Theocrit. Eid. XVI. vs. 83. Κούρη, ἃ σὺν μητρὶ πο-
λυκλήρων Ἐφουράων Εἰλαχας μέγα ἄστυ: ubi scribendum in
Scholiis εἰλαχίνας. Eid. VII. 103. Πάν, Ὀμόλας ἱερὰτὸν πίδαον
δοτε (δοτε) ἄλσος. Hinc Ἀόλγας, τὰς μερίδας, (sive τὰς λή-
ξεις,) Ἰωνες λέγουσιν, Etymolog. p. 569, 34. Verbum illic le-
gitur Ἀολγῶν. Hesychio restituerunt viri docti: Εὐλόγγων,
ὑμνοῦν. Μοιρολογῆσαι scripsisse videtur Harpocrat. ex An-
tiphonte. VALCK. — Suspiciari licuerit, scripturam Πέρ-
σιδα γῆν λελόγγ. ex scholio natam esse, pro ea quam mar-
go Steph. cum aliis praefert, τοὶ Πέρσας λελόγγ. S.

CAP. LIV. 1. παρασκευάζοντο non patior mutari.
WESS.

4 seq. μυρσίησι στορνύντες) Adleverat margini ed.
Ald. viri docti manus στορνύντες, fortasse ob Strabonis τὰς
ἑδὺς στορνύντες lib. XIV. p. 956. c.; quo quidem, et Arch.
μυρσίη, facile carebimus. Geminum lib. VIII. 99. Isto au-
tem de vias floribus odoratisque ramis consternendi more
multa eruditi interpretes ad Matth. c. xxi, 8. Xerxes ve-
ro, phialam et aurea vasa in mare proiciens, exemplum
Alexandro M. praebuit apud Diodor. XVII. 104. et Arrian.
Ἀναβ. VI. 19. WESS. — Olim στορνύντες edd. Equidem
στορνύντες hoc tono scripsi cum Schaef. et nostris membr. F.
Neutrum puto reprobum. S.

11. τὸ [sive τὸν, cf. Var. Lect.] ἀκινάκην καλῶν) Ex
Herodoto excitat Suidas ἀκινάκην ista in voce, et Etymo-

log. p. 48, 31., incertum unde: nusquam enim nunc, ut ad *Suidam* verissime *L. Küsterus*, in *Musis*. Incidit olim suspicio, legisse *Grammaticos* hoc loco τῶνινάκην καλέουσι, uti τῶγαλμα, τῶλθις alibi, aut τούτω δι τῶνινάκει lib. IV. 62., quae anceps et dubia. Certissimum est, οὐκ ἔχω ἀτρεκίως διακρίναι, [lin. 12.] ab *Aldo* et *Hervagio* optime expressum, perperam foediorum post dein formam induisse. Κατῆκε ἐς τὸ πύλαγος [lin. 13.] Mssti sibi expostulant. **WESS.**

12. ἀτρεκίως διακρίναι) Διακρίναι recipietur ex Codicibus; atque ita *Vallam* legisse *Portus* iam suspicabatur: eidem inventum πύλαγος Codices etiam adfirmant, si τῷ ἡλίῳ ἀνατιθεὶς κατῆκε ἐς τὸ πύλαγος ταῦτα. Ista paulo ante memorata, οὐκ ἔχω ἀτρεκίως διακρίναι, sic recte cepit Auctor des *Essais de Critique* p. 202. **VALCK.** — Mendosum διακρίναι intactum in contextu reliquerat *Gronovius*; sero nempe animadvertens διακρίναι e cod. *Med.* enotatum, de quo in *Notis* monuit. **S.**

CAP. LV. 7. ταύτην μὴν τὴν ἡμέραν etc.) Fieri non potuisse, ut tanta uno die multitudo pontem transierit, praesertim si eo incesserint ordine, qui in c. 40., animadversio est *Cl. Corn. de Pauw*: praestare propterea, τρίτην μὴν τὴν ἡμέραν, ut tertio demum die transgressi illi fuerint. Mihi eadem progressos in ponte serie, qua c. 40., non adparet: constat insuper, ἡμέρας vocabulum laxius, ut noctem complectatur, porrigendum, siquidem septem diebus totidemque noctibus c. 56. transitu defuncti fuerunt. Ad haec nexus rerum et verborum c. 54. ταύτην μὴν τὴν ἡμέραν --- τῇ δὲ ὑστεραίῃ --- universum illum novandi impetum, de msstis ut nihil adiungam, reprimit. **WESS.**

CAP. LVI. 6 seq. Ὁ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος etc.) Hausit hoc fonte *Themistius*, Or. XIX. pag. 226. Α. ἀλλὰ τὸν μὴν Ἑλλησπόντιον ἐξέπλησεν --- ὥστε θεὸν νομίσαι Ζῆξην τὸν Δαρίου. Indidem *Declamationi XXI. Libanii* p. 535. Α. color, γῆν δὲ ποιῶ τοῖς ὀπλίταις, καὶ τρήρεσι θάλατταν· καὶ δοκί τοῖς ὀρώσι θεῶν ὁ μέγιστος ἐν ἀνθρώπου τύπῳ πάντα κινεῖν: sed fuscus et parum ridens. Voluit opinor, γῆν δὲ ποιῶ ταῖς τρήρεσι θάλατταν, καὶ θάλατταν τοῖς ὀπλίταις γῆν: certe illa *Oratoris* mens, perfossum Atho et stratum ponte Hellespontum innuentis. Quod si autem eo, quo vir ille Hel-

Iespontius, Libanius et Themistius modo, Gorgiae Leontino *Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς* audivisset, risum sibilumque Longini *περὶ Ὑψ.* cap. 3. vitasset profecto, uti non absurde Langbaenius. Non nunc Plutarchum Anim. Tranq. p. 470. e. taxabo: adpositum est ex Epigramm. in Xerxem Anthol. Latin. lib. I. pag. 192. *Quis novus hic hominum terramque diemque fretumque Permutat? Certe sub Iove mundus erat.* Sumsit hinc poëta, quod eruditos viros, multa inutiliter turbantes, fugit. Xerxes, talia conmutans, merito *novus hominum, εἰδόμενος ἀνδρῶν*: idem Jupiter, sub quo mundus erat; cum non hominis ea opera, sed dei viderentur: *Θεὸν τοῦ μεγίστου ἐν ἀνθρώπων τύπῳ*, Libanius. WESS.

9. *ἀγων πάντας ἀνθρώπους*) Frigidum videri poterit Hellespontii dictum, quod respicit Themistius Or. XIX. p. 226. A. Duxit secum Xerxes *παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεάς Ἀσίας ἀπὸ χῶρης*, ut est in Epigrammate apud Plutarch. Themist. p. 116. *κινώντας πᾶσα ἡπείρου πλάκα*, Aesch. Pers. vs. 720. Vere dicitur Herodoto VII. c. 157., *ἐπάγων πάντα τὸν ἦγον στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίας*: totius enim Asiae vires contraxit, et quarumvis gentium subditarum auxilia. Notatur Demetrio *περὶ Ἑρμην.* §. 245. qui dixerat, *ὅτι κατῖβαινεν ὁ Ξέρξης μετὰ πάντων τῶν ἱαντοῦ. μάλα γάρ, inquit, ἱεμίκευεν τὸ πρῶγμα*: scribi enim debuisse *μετὰ τῆς Ἀσίας ἀπάσης*. Contra Coelius apud Livium, XXIX. 25., *ad immensum multitudinis speciem auget*, tantam scribens multitudinem conscendisse naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. Audaciam hyperboles velut *μειλίγματι* represit Aristides T. II. p. 318., *ευστάτην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀπάντων ὡς εἰπεῖν* (ut ita dicam) *ἀνθρώπων*. Sed absque isthoc adminiculo *παντοδαπούς* vel *παντοίους* saepenumero Scriptores etiam optimi *πάντας ἀνθρώπους* dixerunt. Xenoph. Cyr. Παιδ. VII. p. 115, 37., *ἢ θέν ἢ δεινὴ ἀγγελία τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς συλλέγισθαι*: omnes propemodum Asiaticos. Ἕλλησ. VI. p. 341, 10. *πλητταστικὸν ἱκανὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀντιπαρθεῖναι*. Adde VII. p. 378, 11. Isocrat. p. 176. e. Demosth. p. 54, 7. 412, 91. 630, 89. Ephorus apud Macrob. pag. 505., *τὸν Ἀχιλῶν μόνον πάντας ἀνθρώπους συμβέβηκε τιμᾶν*. Talia nonnunquam vitii fuere suspecta. VALCK.

CAP. LVII. 3. *καίπερ εὐεμβλητον ἰόν*) *Valla εύμβλητον*, ut Arch., invenit vertitque. Verius multo vul-

gatum ex consequentibus. *Aeschylus* *Prometh.* vs. 774. 'H δ' οὐκ ἔτ' ἐνξυμβολῆτος ἡ χρησμωδία: pro quo in *Choëph.* vs. 168. ἐνξυμβολον τόδ' ἔστι. *Iones* λαγὼν malle, dictum superius. [ad I. 123, 16.] *WESS.*

Ibid. ἵππος γὰρ ἔττει λαγῶν) Λαγὼν suo more scripserat. *Herodotea* paulo si pensiculatus exegissent viri docti ad *Valer. Max.* mendam forsitan sustulissent ex istis lib. I. cap. vi. p. 71. In exercitu *Xerxis* --- equae partu leporem editum constat, eodem montem *Athos* viz tandem transgresso: sic scripsit ex *Codd.* *Pighius*; sentit vitium, tollere non potuit *Glarean.*; corrigendum ex *Herodoto*: eodem pontem viz tandem transgresso: mons ex ponte factus. *Athos*, ut puto, peperit scioli additamentum. Congruit et *Herodoteis* ostenti, quam dedit *Valerius*, interpretatio. *VALCK.*

5. ἀγανρότατα) Magno fastu superbiaque. Ἀγανρός Grammaticis ἀνθάδης, ἔνδοξος, καυφός, ex *Hesiodi Theog.* vs. 832. Ἀγανρίσμα, ἱππαγμα, οἴσις. Ἀγανρίαν, τὸ μέγας γανρίαν καὶ ἱππάρεθαι *Etymologo.* Quod adnectitur [lin 6.] περὶ ἰωῦτοῦ τρήχων, bene expedit *Portus*, ἀγῶνα sive κίνδυνον adsciscens. *Eunapius* *Vit. Maximi Phil.* p. 100. de *Valente Imp.*, οὐ τὸν περὶ *Βασιδείας*, ἀλλὰ τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρήχοντος. Adde *Nostri* lib. VIII. 140, 1. et cap. 74. *WESS.*

6. περὶ ἰωῦτοῦ τρήχων) Nihil est cur articulum [τὸν] vir doctus putaret inserendum. Sicuti τὸν περὶ ψυχῆς θίειν vel τρήχειν, sic qui de vita certabant frequenter dicebantur περὶ ψυχῆς τρήχειν, vel ἀγωνίζεσθαι, vel κινδυνεύειν. τρήχων περὶ τῆς ψυχῆς est in *Herod.* IX. cap. 36. vid. *Clar. Wess.* *Diss. Herod.* p. 129., *Portus* in *Τρήχειν περὶ ἰωῦτοῦ*, *Gataker.* *Diss. de Stylo N. T.* cap. x. Quando *Xerxes* hic dicitur in regnum rediturus ut *lepus περὶ ἰωῦτοῦ τρήχειν*, proverbium respicitur *Suidae*, memoratum in *Λαγῶς περὶ τῶν κριῶν*, [i. e. περὶ τοῦ σώματος,] dictum ἐπὶ τῶν διακινδυνύοντων ταῖς ψυχαῖς: conf. *Zenob. Cent.* IV. *Prov.* 85. Illuc spectabat et *Aristoph.* quod vidit *Küster.* in *Ran.* vs. 193., quando scripsit: Εἰ μὴ νευνομάχηται τὴν περὶ τῶν κριῶν. [conf. ibi *Schol.*] Aliud hic *Nostro* praeterea potuit obversari proverbium, quod in adversarium detorquet *Demosth.* de *Cor.* p. 183., λαγῶ βίον ἔχεις, δίδως καὶ τρέμων καὶ αἰὶ πλεγχίσσεται προδοῦναι: habet et *Dion. Chrys.* p. 611. v. vid. *Hemsterh.* ad *Luciani Somn.* p. 13. Hinc nonnemini τρέμων placuerat in *Herod. Anti-*

phon pag. 118, 34. περί τῆς εὐδαιμονίας τρέμων μὴ ἀποστρεφῆναι. VALCK.

CAP. LVIII. 5. ἐπὶ Σαρχηδονίης ἄκρῃ) Thraciae erat, Melanem sinum finiens, teste Eudoxo in Schol. *Apolon.* Rh. l. 922. Doctissime hoc de promontorio *Holsten.* ad *Stephani Σαρχηδόν.* Aliud, et Ciliciae quidem, *Σαρχηδόνιον χῶμα* *Aeschyli Suppl.* vs. 876. Statim [lin. 8.] πρὸς ἡλίου ἀνατολὰς, recte *Palmerius* *θερινὰς*, *aestivas*, explicat: suadet postulatque itineris continuatio. **WESS.**

CAP. LIX. 1. 'Ο δὲ Δορίσκος) *Steph. Byz.* hinc sua in Voc. mutua accepisse, vidit *Holstenius*, optime *Vallam*, τείχος murum reddentem, deserens: urbem enim castellumque *Herodoto* esse, quo nihil verius: exemplorum copia in penu est *Porti*, collectaque aliunde stipaverat *Holsten.*, eius ex schedis publicata ad *Hieroclis Synecdem.* p. 681. **WESS.**

4. τὸ δὲ Δορίσκος κέκληται) Τείχος istud, sive castellum, *Doriscus* dicebatur; neque tamen, quod sciam, oppidum illud Thraciae munitum voce τείχος, nomini adiecta designari solet; ut saepe commemorantur Σίβηιον τείχος 'Ηραῖον τείχος 'Αβώνιον τείχος' *Γορτίου τείχος*, *Gordiutichos*, *Livio.* *Picrum castella*, τείχεα τὰ Πιέρων dixit *Herod.* VII. 112., ubi muros reliquerunt in Latinis. vid. *Vales.* in not. *Mauss.* ad *Harp.* p. 288. et *Ex. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 62. *Dorisco* castello vicina planities [lin. 6 seq.] apta nata *Xerxi* videbatur ἰδιατάξαι τε καὶ ἐκκρεθμῆσαι τὸν στρατόν: conf. *Diodor.* XI. cap. 3. **VALCK.**

7. ἐπιτηδεύς ἐν διατάξει) Qui corrigebat τὴν διατάξιν, non recordabatur χώρου ἐπιτηδεωτέρου ἰνστρατοποιδύνεσθαι lib. IX. 2. Equidem καὶ ἐναριθμῆσαι *Arch.* et *Vind.* pro reiculo non habeo: namque in actionibus, certo in loco peragendis, huiusmodi composita adamare solent, ut pluribus patefiet lib. IX. 7. *Salen* autem *Samothraciam*, iustissime *Gronov.* vindicavit. et *Zonen* ad *Ethnicographum Berkelius.* **WESS.**

CAP. LX. 1. ὅσον -- παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμόν) *Veterem* ego lectionem [πλήθους ἀριθμόν] revocarem; a *Medicea* distant quae primo ad aspectu videri possent similia: alio collocatam ordine non spernerem praepositionem, ἐς ὅσον μὲν νυν ἵκαστοι παρεῖχον πλῆθος ἀριθμόν. **VALCK.** — *Valckenarium* secutus *Borh.* revocavit πλῆθους ἀριθμόν: quae

mihī lectio ex interpretamento nata videtur. Scripturae, quam *Wess.* cum *Gronov.* tenuit, eadem sententia est: commodē vero post ἀριθμὸν delebitur comma, et post πλῆθος reponetur: *Quamnam quique multitudinem contulerint, accurate ad numerum definire non possum.* Quum vulgo post ἀριθμὸν (quemadmodum etiam in nostro ms. F.) incisa esset oratio; intellexeram olim: *Quamnam multitudinem quique contulerint ad complendum universum numerum.* S.

5 seqq. συναγαγόντες εἰς ἓνα etc.) Restituentur haec ex Codicibus: συναγαγόντες εἰς ἓνα χώρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ, συνάξαντες ταύτην ὡς μάστιγα σίχον, περιγράφαν ἑξωθεν κύκλον. In his συνάξαν, *conducere*, notat *constipare*, vel *coarctare*; ut apud *Longin.* π. Τψ. p. 232., τὰ γλωττόκομα -- οὐ μόνον κωλύει τῶν ἐγκλισμένων τὰς αὐξήσεις, ἀλλὰ καὶ συνάγει διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν: in quibus errat *Zach. Pearce* p. 267., iam emendatis *Scaligero* in *Propert.* p. 285. συνήγον καὶ συνίσπων *Xenoph.* p. 152, 34. συνήμνον apud *Athen.* XI. p. 474. E. compressum interpretatur *Macrob.* [Vide vero *Var. Lect.*] Praeter ceteros indicatos *Brissonio* de *Regn. Pers.* III. p. 407. Herodotea respicit *Aristid.* in *Themist.* III. p. 297. ubi *Schol.* MS. καινότερον φησὶν ἐξεῖναι ἀριθμὸν, κατὰ μύθους, οὐ καθ' ἓνα μετρών· λέγει δὲ διὰ τὸ μυριάδων τίχος, οὐπερ ἐμνήσθη καὶ ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, I. p. 224. VALCK.

5. ἐξηριθμήσαν) Placuit hoc *Gronovio* et mihī: indicatur Persarum exercitum enumerandi actus. Itaque mox [lin. 12.] τοῦτω τῷ τρόπῳ ἐξηριθμήσαν ἀριθμήσαντες δὲ, κατὰ ἔθνη διάτασσον, uti Codices iubent. Porro συναγαγόντες, in ea schedarum discordia, ex *Arch.*, cui paene paria *Ash.* facit, praecoptavi. Verissimum praeterea [lin. 7.] περιγράφαν ἑξωθεν κύκλον, *extus*, sive, uti *Laurentius*, *extrinsecus*, *circulum* circumscripserunt. Qui quidem *circulus* si ἑξωθεν intus fuerit ductus, cui tandem usui? Miror tolerari ineptias, a *Pavio* et *Reiskio* explosas, potuisse. WESS.

CAP. LXI. 3. πύλους ἀπαγίας) *Salmasii* ad *Solin.* pag. 392. pileos incurvos, non rectos, quales regum Persarum, attigit *Gronovii* sedulitas, cuius pilea non densata praefero. Ἀπαγής minime compactum exponit: hinc οἱ ἀπλῆν καὶ ἀπαγῆ εἰς εὐσείδειαν παραλαβόντες ψυχὴν, quibus ad pietatem parum firmus animus *Gregor. Naz. Or. Stelit.* II. pag. 219. A., et *Iuliani Imp. αὐχὴν ἀπαγής, cervice minime firma,*

ibid. pag. 122. A. Zeno quoque παχύκνημός τε καὶ ἀπαγῆς καὶ ἀσθενής, quippe corpore *haud bene compacto*, in Laërtii VII. 1. Alibi Noster de Persis, ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντις ἔρχονται ἐς τὰς μάχας, καὶ κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι lib. V. 49., quae utique κυρβασίαι non erant πικηνυῖαι compactiles admodum, quales Scytharum cap. 64. Quid Porto arriserit, Lexicon eius docebit. WESS. — Ἀπαγῆας πύλους impenetrabiles reddiderat Valla; in eademque sententiam Portus intelligebat ex solida materia firmaque compactos, qui adeo non facile frangi aut penetrari poterant; scil. ex ἀπό (privationem significante) et ἀγω, frango, derivato nomine ἀπαγῆς, sive a verbo πῆγνυμι cum α intensivo, non privativo, ut idem valeat ἀπαγῆς atque ἐπαγῆς. Recte vero Wesselingium ἀπαγῆας non compactos interpretatum esse, docet Scholiastes ad Aristoph. Av. vs. 487. ubi, Πᾶσι Πέρσαις, αἶτ, ἐξῆν τὴν τιάνην φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν· μόνον δὲ οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρῶντο. — τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθεος καὶ ἐπνυγμένῃ καὶ προβάλλουσιν ἐς τὸ μέτωπον ἔχειν. Pro eo quod vulgo ἡ τιάνη Graeci dicebant, Herodotus in masculina forma usum esse hoc nomine, adnotavit Hesych. in voce. Caeterum super his, quae hoc cap. de Persarum cultu memorantur, consuli potest Commentatio eruditū Academici Parisiensis Mongez, Tomo IV. Actorum Instituti Literarum et Artium Gallofrancici pag. 7 seqq. S.

3 seq. κινῶνας χειρῶν τοὺς ποικίλους) *Tunicam manicatam Persis Strabo et plures tribuunt. At nulla hic lorica, cum tamen χιτῶσι Φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς munirent corpus in Xenophont. lib. VI. Παιδ. pr., et Masistius ἐν τῷ θώρηκα εἶχε χιτῶσιν λιπιδωτόν· κατ' ἐπεὶ δὲ τοῦ θώρηκος κινῶνα φοίνικον inf. lib. IX. 22. Cuius neglectae fortasse causa, quod lorica κινῶνος in vocabulo lateat. Hesych. Στρεπτοῖο χιτῶνος, τοῦ ἀλυσιδωτοῦ θώρηκος. Propterea Heliodorus Aeth. IX. p. 431., absoluta elegante loricae squammatae pictura, χιτῶνά τινα φολιδωτόν ἀπεργάζονται. Alioqui fatendum erit, loricae excidisse mentionem, fuisseque primitus χιμῖδ. ποικίλους, καὶ θώρηκας λιπίδος σιδ. etc. quae docta Io. Christ. Biel (Exercit. de Lign. Libani pag. 29.) coniectura. Simile quid in Reiskii stilum venit. Ut ut illud est, mallem cum PAVIO ἰχθυοειδέας, et ad κινῶνας referre. WESS.*

4. λιπίδος σιδηρέης ὅψιν ἰχθυοειδέος) Nisi quid interciderit,

videri possunt non pectus tantum, sed totum corpus, habuisse lorica tectum, ex ferreis laminis squammarum instar sibi invicem impositis facta; ut erant armati equites *cataphracti*, de quibus egere *Brisson. de Regn. Pers. III. pag. 379 seqq. et Spanhem. ad Iulian. p. 249.*, ut horum adeo κινῶν χειριδωτοὶ fuerint λεπιδωτοὶ vel φολιδωτοί. *Herodotus* tamen infra, de Masistio loquens interfecto, τὸν θώρηκα et τὸν κινῶνα clarissime distinguit IX. 22., ἰνός θώρηκα εἶχε χρύσειον λεπιδωτὸν, κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κινῶνα φοινίκιον ἐνεδύκει. In eundem sensum φολιδωτὸν dixit *Posidippus Com. Athen. IX. p. 376. f. ὅστις ἂν θώρηκα' εἶχε φολιδωτὸν, ἢ δράκοντα στισιδρωμένον.* Eiusdem originis voces λεπίς et φολίς [conf. *Etymolog. pag. 798.*] in usu distinguebantur: piscium squammae λεπίδες, serpentium φολίδες dicebantur; quod vere monuit *Brissonius. φολιδωτὰ δράκοντια* dederat *Ignat. Ep. ad Antioch. p. 106. VALCK.*

[12. Ἀρταίοι) Vide *Steph. Byz. voc. Ἀρταία*: cuius ex observatione obiter firmatur id quod de corrupta scriptura *Artoxerxes, Artobazus*, et similibus, subinde in his Adnotationibus monui. De errore doctorum nonnullorum virorum, qui *Arteatas* etiam nominatos veteres Persas statuerunt, vide ad I. 125, 12. notata. S.]

[12 seqq. ἐπὶ δὲ Περσῶν ὁ Δανάης τε etc.) Conf. c. 150. Graecanicam de *Persicorum regum origine* fabulam attigit etiam *Xenophon Cyrop. I. 2, 1. et Apollodor. Biblioth. II. 4, 5. S.*]

CAP. LXII. 1. τὴν αὐτὴν ταύτην ἰσταμένον) Viri docti ταύτην ἐτολήν probare nequeo: ἐκτενὴν ex secuturis Scriptor intellectam voluit. A Medis autem cunctum illum armorum habitum Persas mutuum habere, *Strabo lib. XI. p. 797. c. [p. 525. d. ed. Cas.]* exponit. *WESS.* — Vide ad I. 109, 2. notata. S.

[4. ἐκατέρωτ' δὲ πάλαι -- Ἀριοι) Fuit deinde particulare nomen populi, Persarum imperio subiecti, Ἀριοι sive Ἀριοι, apud Nostrum III. 93, 12. et VII. 66. Intelliguntur autem h. l. Ario, interprete *Anquetilio (Act. Acad. Inscr. T. XXXI. p. 376.)* incolae regionis cui nomen *Iran*. Quod vero adiecit Scriptor noster, *Medos ipsos* nominis sui originem a *Colchica Medea* derivare, (conf. *Pausan. II. 3. p. 118.*) id quidem ad credendum difficile est; nisi forte *Medus* aliquis, fabulatoribus Graecis per iocum gratificaturus, olim tale

quidpiam alicubi iactavit. Conf. Is. Vossium ad *Melam*, I. 2. p. 561. S.]

9. *μητηφόροι*) Ex dialecto, qua ἀγγεληφόροι saepius, *μητηφόροι* III. 102. et *μητηφορίην* *Arrian.* Ind. cap. 7. In *Eustath.* tamen pristina est scriptura, ad *Odys.* K'. p. 1659, 10. [p. 398, 9. ed. Bas.] Melius contra pravum *Arch.* ἐτεράχατο [lin. 11.] idem ad *Iliad.* B'. p. 234, 12. [pag. 177, 26. ed. Bas.] καὶ παρ' Ἡροδότῳ τὸ, ἐτεράχατο, ἀντὶ τοῦ ὠπλισμένοι ἦσαν. vid. c. 70. WESS. — Perversa lectio est *Arch.* ἐτεράχατο: alterum aliquoties in hac recensione recurrit: c. 70. κατὰπερ Ἴνδοι ἐτεράχατο: c. 73. Ἀρμένιοι κατὰπερ Φρύγες ἐτεράχατο: et cap. 86. *Hesychius*: Σεσάχθαι, ἐσκενέσθαι, καθοπλίζεσθαι. Σάγη γὰρ ἢ καθόπλισις. *Theocrit.* Eid. XVII. 94. πολλοὶ δὲ οἱ ἀσπιδιώται, Χαλκῷ μαρμαίροντι σισαγμένοι. VALCK.

CAP. LXIII. 3. *χάλκισά τε κράνια*) Restitutum est vocab. *κράνια*: nam *χάλκισα*, solitarie posita, quid erunt? An ποιήματα, quae comode adduntur c. 80. Certe capitis munimina, adeoque *κράνια*, *galeae*; quae possunt profecto varie implicari nectique, *πλέκεσθαι*; sicuti *Paphlagonum* c. 70. et *Thracum galeae* c. 76. Utrum vero, quum in Persis, Medis, Cissiis et Hyrcanis nullas *Herodotus* *galeas* agnoscit, consequens, ut nec in Assyriis? [quae *Gronovii* erat opinio.] WESS.

[7 seq. οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἱκαλόντο Σύροις etc.) Etiam *Cappadocas* Graeci Σύρους et Συρίους adpellabant; vide I. 6, 3. et 72, 9. cum utrobique notatis: adde *Strab.* lib. XVI. p. 737. A. B. S.]

CAP. LXIV. 4 seq. *κυρβάσις* ἐς ὅξυ ἀπικυμίνας) Ubi habentur οὖρεα ἐς ὅξυ τὰς κορυφαῖς ἀπικυμμένα, lib. II. cap. 28., in *Arch.* scribitur ἀπικυμμένα: nostro loco si légeretur ἀπικυμίνας, sive potius ἀνικυμίνας, alterum nemo requireret. κορυφή οὐκ ἐς ἄγαν ὅξυ ἀνικυμίνη est in *Pausan.* IX. pag. 786. ἐς ὅξυ συνικυμίνης τῆς κεφαλῆς, *Diodori* T. I. pag. 148. εἰς στινὸν συνήχθαι, *Athenaci* XI. p. 477. VALCK. — *Suidas*: Κύρβασις ἔνιοι μὲν τιάραν etc. Quam ad nominis formam, h. l. *κυρβάσις* scriptum oportebat: sed *κυρβάσις* penacute apud Nostrum, ut hīc, sic et V. 49, 18. praeferunt edd. et mssti, quemadmodum in sing. τὴν *κυρβάσιαν* apud *Aristoph.* Av. 487. ubi Schol. ἔστι δὲ αὕτη, τιάρα. Unde et *Hesychius* idem capitis tegumentum perinde et *Κυρβάσιαν* et

Τιάρας dici, sub utraque voce monuit: quod etiam ex Herodot. VII. 61, 2. coll. cum V. 49, 18. intelligitur. Caeterum, ut Persarum tiarae ἀπαγίς erant, non bene compactae firmaeque, sed in frontem propendentes; (c. 61, 3. et ibi not.) sic contra hae Sacarum cyrbasiae πιπηνίαι erant et ὀρθαί, bene compactae. (firmae, rigidae, coll. c. 70, 11.) et erectae; quales apud Persas non nisi reges gestabant. S.

7. ἀξίνας σαγάρεις.) Interpositum καί, quo scholii indicium esset liquidius, voluntate Codicum eliminavi. Sagaris et ἀξίνας eadem, nunc quoque Armeniis, sicuti Wisithoni fratres ad Mosen Choronensem in Praefat. monuerunt. Neque occultum Corn. de Pauw fuit litteratoris interpretamentum, coniectanti ex abundanti suspicionum penu καί ἀσπίδας καί σαγάρεις, citra aequum tamen. [Vide omnino Var. Lect.] Ἀμυργίου [lin. 8.] tutatur Steph. Byzant. WESS.

8 seq. οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας etc.) Quod a Persis Scythas omnes scribit Σάκας dictos, hinc attigit Eustath. ad Dionys. vs. 749. Ctesiae probabiliter debentur de Dario et Sacis Polyaeo narrata VII. c. x. §. 6. et 8. conf. Demetrius περὶ Ἑρμ. §. 249. VALCK.

CAP. LXV. 1. εἴματα μὲν ἰνδιδικότις ἀπὸ ξύλων πεποιημένα) Laurentii amictum e lignis exsibilant merito. Qualis enim amictus? Indi veste utebantur linea, lino ex arboribus facto, sicuti hunc usque in diem. Arrianus Ind. cap. 16. ἰσθῆτι δὲ Ἴνδοι λινὴν χρίσονται, -- λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρων. Talis Nostro ad telas materia ἕμιον ἀπὸ ξύλου lib. III. 47. et uberius ibid. cap. 105. Latinorum ore aut gossipion, aut xylon Graeca voce. Plinius Hist. Nat. XIX. 1. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, et ideo linea inde facta xylina. Id sequor. Σίδηρον ἢ [lin. 3.] ferri potest ob σίδηρον Aretaei Cappad. Morb. Diuturn. II. 13. pag. 134., alioqui insolentius. WESS.

CAP. LXVI. [1. Ἀρίοι) Ibidem Ἀριοί III. 93, 12. Caeterum conf. cap. 62, 4. ibique not. S.]

7. Ἀζάνης ὁ Ἀρταίου) In barbaris his nominibus multiplex amanuensium dissensus, compositu difficilis. Ἀρτύβιον Persam memoravit lib. V. 108., Ἀρτάνην inf. cap. 224. Sunt ea cognomina Persica, sed quo iure edita recusabuntur? De Parthis, Chorasmis, Sogdis vide III. 93. WESS.

CAP. LXVII. 1. σισύρας) De σισύρη et σισυροφδ-
ρος [lin. 8.] vide lib. IV. c. 109. WESS.

5. ἱμάτια μ. βιβαμμ. ἔχοντες ἐνέπρεπον) Idem esset
ἱμάτια βιβαμμένοις ἢσαν ἱμπρεπίς, vel διαπρεπίς: sic c. 83.,
χρυσὸν πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες ἐνέπρεπον. Rarissimum illud
Aeschyli Agam. vs. 1231. σπλάγχχ' ἐπαίκτηστον ἄνδρ' Πρέπουσ'
ἔχοντες: et vs. 30. ὡς ὁ Φρυγῶς ἀγγέλλων πρέπει, pro ἔχουσι,
et ἀγγέλλει, sic optime Clar. Abresch. interpretatur. Ut
splendida vestis ἱμπρέπειν; sic ornatus veste splendida, illa
dicitur ἱμπρέπειν. Lucian. adv. Indoct. §. 9., ἡ πορφύρα ἐν-
πρεπε τῆς ἰσθῆτος. Sophocles apud Clem. Alex. Paedag. III. p.
286, 2. Γυναικομήμοις ἱμπρέπις ἰσθήμασιν: quibuscum Euripi-
dis ex Antiope locum recte comparavit Io. Pierson, Praef.
Moer. pag. XLIII. VALCK.

[10. Ἰθαμάτρω) Verum fuerit Ἰθαμίτρω. Vide Var. Lect.
et conf. VIII. 130, 10. ibique Wess. S.]

CAP. LXVIII. 4. Ἀρσαμένης ὁ Δαρίου) Mirum
ni huic, ut reliquis Darii filiis, matris nomen histori-
cus adiecerit. Idem Plutarcho dici videtur aliquoties Ἀρσα-
μένης, T. I. p. 119. D. T. II. p. 488. D. Priori loco fratrum
Xerxis audit πολὺ κρείττως τε καὶ δικαιώτατος: altero, filio-
rum Darii natu maximus, πρεσβύτατος τῆς γενεᾶς. Sed, cui
cum Xerxe de regno fuit controversia, Herodoto vocatur
Ἀρτοβαζάνης lib. VII. c. 2. Hoc capite memoratus si Plutar-
chi est Ἀρσαμένης, cur Nostro non dicebatur ὁ Δαρίου καὶ
τῆς Γωβρύου θυγατρός? ut Ἀρσαβίγνης infra dicitur cap. 97.
VALCK.

CAP. LXIX. [1. ζιτῆαὶ εἰς ὑπεζωσμένοι) Ζιτῆα vel ζιτῆ,
vestimenti aut indumenti genus: quod quale fuerit expli-
caturi veteres Grammatici (in Var. Lect. citati) varias
iverunt in partes, nec satis planum facere potuerunt. Il-
lud unum h. l. monuisse iuvabit, quod apud Suidam et
alios nonnullos legitur, Ζιτῆαί χιτῶνες ἀνασκευασμένοι: do-
cente Ruhnkensio ad Tim. p. 129. ex Etymol. p. 410. ἀνασκευα-
σμένοι corrigendum, tunicae in sinum replicatae. S.]

2. τόξα παλίντρονα) Arcus omnes παλίντρονοι quum sint,
iusta observatio Eustath. est, Arabum arcus forma fuisse
singulari, atque utramque in partem flexiles, ἐπὶ δ' αὖτε μέρη
κλινόμενα, sive Altii voce reciproca, monente Scaligero in
Varron. de Lingua Lat. lib. VI. p. 78. Erant quoque πρεσ-

ἄξια, habiles in Latinis *Vallae*, sive, quemadmodum Edd. et scripti, πρὸς δεξιὰ, ad dextram adpensi: equidem περιδέξια novi, non illud. Dubio exemptum nunc omni ἐκ Φοίνικος σπάθης est, [lin. 4.] quae Kühnium scriptura ad *Pollucem* non fugit. Certissimum etiam ἐναμμένοι, [lin. 3.] ad *Diodori* lib. I. 11. p. 15. explicitum. WESS.

3. λωρίδας ἐναμμένοι) Sic optime Gronov. ex Med. Απ. τὴν ἐναμμένην scripsit *Aristoph.* Ran. vs. 433. νεβρίδα ἐνέσθαι, *Cornutus* de Nat. Deor. c. 27. et *Harpocrat.* in Νεβρίζων. παραδελὴν ἐνέσθαι, *Schol. Theocriti* I. 3. non, ut vulgatur, πέρδελλον ἐνέσθαι: hoc ubi est in *Pollucis* VIII. 151. ἐνέσθαι verius est. παραδελὴν ἐνέσθαι dederat et *Eustath.* in 'Ιλ. γ'. pag. 283, 43. non ἐνέσθαι. In proximis, [lin. 4.] ut erat in marg. *Steph.* corrigit *Palmer.* ἐκ Φοίνικος σπάθης: atque id ipsum in aliis esse Codicibus didicimus ex *Dissert. Herodot.* *Wesselingii* p. 119. VALCK.

5. δίστοδης μικροῦς) Collatis *Agatharchidae* et *Heliodori* verbis ita reposuit *S. Bochartus* Phal. IV. 26. pag. 266.; quam magni viri correctionem in examen operosa Nob. *Palmerius* disquisitione misit, Exercit. p. 33.; probabiliter ostendens, arcui praegrandi minorem sagittam non optime convenire; incurvationis enim spatio haud sufficere; *Heliodori* verba et *Agatharchidae* controversa videri. Qua quidem in disputatione posterior mihi pars elumbis adparuit; sicuti quoque, sagittas μικροῦς et βραχείς recte dici, minus μεγάλαις et μικραῖς. Verius *Gronovius*. [monens, nihil impedire quo minus sagittae μικραὶ dicantur.] Δόρατος μικροτέρῳις χρωμένῳ Codices quidam lib. VII. 211. Equidem, nisi Mssti obstarent, in partes ire possem. Lapis acutus, quo sigilla sculpebantur, [lin. 6 seq.] σμίρις, Hebraeorum שִׁמְרִי Samir, est; de quo eruditissime *Bochartus* Hierozoic. Part. II. lib. VI. p. 842. WESS.

12. ἄρσι 'Αρσάνης) Fortasse hoc homini nomen fuit: liquido non affirmaverim. [Vide *Var. Lect.*] In Persis plures *Arsames*; qualis *Plutarchi*, Artox. pag. 1026 fin., *Antigoni Carystii* c. 128., *Polyaeni* VII. 28., quem *Maasvi-cus* cum hoc male contendit. Immo ipsis *Darii* in maioribus *Arsames*, inf. cap. 224. WESS. — 'Αρσάμης legitimum potius nomen videbitur: huius proavus, pater *Hystaspidis*, 'Αρσάμης aliquoties vocatur Nostro: bis inter du-

ces exercitus Ἀρσάμης memoratur *Aeschylō* Pers. vs. 37. et 308. *Casaubono* idem esse videbatur *Polyaeni* Ἀρσάβης vel Ἀρσάμης, VIII. c. 28.; sed, qui Barcen fraude cepit, Persa *Herodoto* vocatur Ἀρσάμης, lib. IV. c. 201. et 203. Arsamis germanus frater, Darii filius ex Artystone, Γαβρύνης, infra VII. 72., Βρύνης audit ex membrana *Med.* VALCK.

[14. ιξω) εἰκὼν scriptum oportuisse censuit *Larcher* ob *Gregor.* canonem 35. de Ionica Dialecto. Iam ad illam quidem normam Ἰωὺν et Βουρῶν dixit Noster, a rectis casibus Ἰω et Βουρῶ: sed, ut in aliis multis, sic et hoc in genere, licitum fuit Ionibus, *Herodoto* certe, eis etiam uti formis, quae aliis Graecis, et Atticis praesertim, usitatae erant. Sic, licet αἰδῶν, ut ionicum, ibid. commendet *Gregorius*, nusquam apud *Herodotum* reperitur haec nominis forma; sed αἰδῶ, sive rectius αἰδῶ, (ut nos cum probatis libris edidimus, nempe ex αἰδέα contractum, coll. *Etymol.* p. 30. lin. 40 seqq.) praeferunt codices lib. I. c. 8, 16. quemadmodum constanter apud *Homerum* scribitur. S.]

CAP. LXX. 2. διξοι γὰρ δὴ ἰσχυροῦσθε) Veterum persuasio de Aethiopibus Afri et Asiaticis cognitissima ex *Strabonis* erudita super *Homcreo* Αἰθίοπας, τοὶ δὲ χθρὰ δαδαταται, dissertatione est lib. I. p. 58. [p. 30. et 33. ed. Cas.] Indi Aethiopes recta et promissa erant comā, ἰθὺρρις: Afri οὐλότρηις, crispo, ut nunc perseverant, capillitio. Consimilis de utrisque *Strabonis* lib. XV. pag. 1012. B. [pag. 690. D.] et *Arriani* Ind. c. 6. observatio. WESS. — Conf. *Heeren Ideen über die Politik* etc. T. II. p. 352. S.

8. προμετωπίδια δὲ ἰππων) Frequentantur in equorum ante frontem ornato προμετωπίδια apud *Xenophontem*, *Achillem Tat.*, *Aelianum*, *Iamblichum*, et plures: in muliebri mundo κόσμος προμετωπίδος *Basilio* M. T. II. pag. 55. c. Hic προμετωπίδια sunt pelles, equorum capitibus detractae, et humanis ad terrorem indutae et speciem. Nam, quod ante frontem, προμετωπίδιον, quale προμετωπίδιον κλέρον, quo natura pisces xiphias armavit, in *Aeliani* Hist. An. XIV. 26. Atque haec, qui προμετωπίδια praeferunt, considerasse non videntur. WESS.

CAP. LXXI. 2. ἡσαν ἔχοντες) Culte codices pauci εκυτίνῃ ἡσαν ἔχοντες, corio armati iere. [ibant.] Belle equidem illud *Declamatoris* in *Sallust.* cap. 3. Unus enim

satis es materiae habens, et quae Sanctius Minerv. III. 10., iuxtaque Graecorum similes prorsus [periphrasticas] dictiones, conductas ad Diodori lib. II. 5., recorder. Sed illud huic loco magis censeo adpositum. WESS.

CAP. LXXII. [2. κρήνη πεπλεγμένη] Conf. c. 63, 3. ibique Wess. et cap. 79, 2. S.]

5. Αἰγυγίς) lidem c. 86. Αἰθυγίς, et lib. III. 92. Αἰγυγίς, sive Αἰγυγίς, uti Mstti; mihi, quod ibi [Adnot. ad III. 92, 9.] professus fui, sive nomen expendo seu gentem, ignoti. Μαριανδυνὸν bene habent; [conf. Var. Lect. I. 28, 5.] bene Σύροι, qui volentibus schedis, heic Σύροι. Vide III. 90., notataque Gronov. lib. II. 104. [Adnot. ad II. 104, 12. et supra ad huius Musae c. 63, 7 seq.] Sit-ne vero Darii et Artystonae filius [lin. 10.] vero nomine Βρύης an Γωβρύης, non adfirmavero. Notior in Persis Gobryes Gobryasque multo est. WESS. — Vide Var. Lect. S.

[6. τὴν αὐτὴν ἔχοντες] Toties in hoc recensu vocab. σκιυή occurrit, ut nullo incommodo hic omitti potuisse videatur subintellectum. Conf. cap. 62, 1. 71, 2. 73, 2. 77, 2. et vide ad I. 109, 2. notata. S.]

CAP. LXXIII. 3. Βρίγεις) Conveniunt Βρίγεις et Φρίγεις Macedonum sono, quo Βίλιππος et Βάλακρος, qui Φίλιππος et Φάλακρος alibi. Nolle tamen Arch. et Pass. scripturam obtrudi. Βρίγεις hinc clarissime Steph. Byz., et de Mida Conon Narr. I. ὑπὲρ Μυσίαν ὤκισε, Φρύγας ἀντὶ Βρίγας, βραχὺ τι παραλλαγίσης τῆς λέξεως, μετανομασθέντας. Plura Cl. Holstenius ad Stephanum. Ceterum σύνοικοι ἦσαν [lin. 4.] in absurdis collocari non debet. WESS. — Qui in Thracia manserunt eiusdem originis, Βρύγοι nominantur VI. 45, 3. (ubi vide Not.) et VII. 185, 9. Apud Strabon. VII. p. 295. c. et XII. pag. 550, 4. ubi Βρύγες et Βρίγεις olim edebatur, utrobique Βρίγεις ex msttis posuit nuperus Editor Lipsiensis, cuius vide notata in Var. Lect. ad posterioriorem locum, T. V. p. 92 seq. S.

4. Εὐρωπήιοι ἰόντες συνοίκησαν) Ex tribus diversis lectionibus genuina mihi videtur illa in marg. Steph. χρόνον ὅσον Εὐρωπήιοι ἰόντες σύνοικοι ἦσαν (ἔσαν) Μακεδόσι. Hic est Nostro familiaris scribendi mos: IV. 47. ἡ γῆ, ἰούσα παῖδας, — εὐδρόος ἴστι. cap. 147. ἦν ὁ Θῆρας οὗτος, γένος ἰὼν Καδμείος, — ἀδελφεός. VII. 129. τὸ μέσον δὲ ταυτίων — ἡ Θέσσαλιν ἴστι, ἰούσα κοίλη. VALCK.

CAP. LXXIV. 2. οἱ δὲ Λυδοὶ, inquit, Μήονες ἐκα-
 λεῦντο πάλαι, (sive τὸ πάλαι,) ἐπὶ δὲ Λυδοῦ τοῦ Ἄτρου ἔσχον
 τὴν ἰπωνυμίην. In Codice, quem manu scriptum ab huma-
 nissimo I. I. Wetstenio habui utendum, hoc legebatur
 Scholion in Hom. Ἰλ. γ'. 401. Μηνίας' Λυδίας Μῆγι' Μήονες
 γὰρ τὸ παλαιὸν ἰκαλοῦντο οἱ Λυδοὶ, εἴτα Λυδοὶ, ἀπὸ Λυδοῦ τοῦ
 Ἄτρου, (lege Ἄτρου,) ὡς φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ. lib. I.
 c. 7. VALCK. — Eadem leguntur in Villoisoni Scholiis
 Venetis, et ibi quidem recte Ἄτρου scribitur, sed perpe-
 ram Ἡρωδιανός, pro Ἡρόδοτος. Quod ad Μηνίονας spectat, vide
Var. Lect. S.

5. ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ἱπικαύτοισι) Afris idem teli genus
 cap. 71. Mysii autem nobiles his iaculis, ἀκοντισταὶ Μυσοὶ
 Aeschylō Pers. vs. 52., et Ὀλυμπιοὶ Eustathio in Perieges.
 vs. 810. [immo vero ad vers. 322. not. 3.] Stephanoque
 Voc. Ὀλυμπος, unde Οὐλυμπιοὶ et hic, [lin. 7.] si qua ne-
 cessitas. WESS.

CAP. LXXV. [3. ζυγός) Vide ad c. 69, 1. S.]

4 seq. πίδαλα νεβρῶν) Vetere πίδαλα νεβρῶν delectatur
 Cl. de Pauw, caligis videlicet ex loris apte constrictis:
 neque enim πίδαλα νεβρῶν ulla fuisse, cum hinnuii calceis
 careant; nec pelles hinnulorum, si vel maxime caligis de-
 derint structuram, νεβρῶν, sed νεβρίδας aut νεβρίους, adpellari.
 Cui opinioni speciem carbatinae detrahent, πικτομένην ἐκ
 τῶν ποδάργων βοῶν, non utique ex bubus, sed bubulo corio,
 in Xenophontis Ἀναβ. IV. pag. 309. Ed. Hutch. Transitum
 Thracum in Asiam, iustumque eius tempus, ill. Scaliger ve-
 stigavit ad Euseb. Chron. MCLV. WESS. — Quod πίδαλα in
 Graecis nostris penacule scribitur, id ex ed. Schaeff. pr. in
 nostrum exemplum irrepsit: πίδαλα oportebat, ut habent
 aliae editiones atque etiam Schaeferiana secunda. S.

CAP. LXXVI. 1 et seqq. ἀσπίδας δὲ ὠμοβοῆας εἶχον
 etc.) Cuncta haec de Thracibus Asiaticis sive Bithynis
 eruditi accipiunt; quorum tamen armaturam, originem,
 praefectumque Persam, quod Scriptoris mos fert, summa
 descripserat ante accurratione. Et talia de iisdem iterum?
 Immo vero ἀκίθαλα sunt, defectaque et gentis titulo et
 praefecti Persae nomine. Hiatus sagax Cl. Pavii ingenium
 animadvertit, et agnoscent, opinor, in posterum omnes.
 Quo enim cunque verba versentur modo, ad Thraces Asia-

ticos non pertinebunt, nedum ad Europaeos, quibus suus demum locus c. 185. Venerant in mentem mihi *Chalybes*, ob *Martis oraculum*, et quoniam memoratis gentibus affines fuerunt lib. I. c. 28. Sed incertissima a divinatione. Προβόλους λυκουργίας aut λυκουργίας [lin. 2.] servo, Gronovio consentiens. Opportuna est Grammaticorum glossa, ἀκόντια πρὸς λύκων θήραν ἐπιτήδεια in *Athenaeo*, alioqui turbatissimo; sicuti alias, post sollertem magni Animadversoris et *Paulli Leopardi* Emend. XI. 18. curam, ostendi. WESS. — Vide eiusdem doctissimi Viri *Dissertat. Herodoteam*, p. 58 seq. et quae a nobis ad *Athenaeum* adnotata sunt, *Animadverss.* Vol. VI. p. 212 seq. S.

2. προβόλους δύο λυκουργίας) Nihil attulit vir Clar. [Gronov.] quo lectori persuaderet, quod persuasum voluit. [scil. cum *Valla* intelligenda esse veruta ad lupos conficienda idonea.] Quando inter *Milyas* ἔχον τόξα μετεξέτεροι Λύκια, quidni *Thraces Asiatici* προβόλους habuerint *Λυκουργίας*? id est, *Athenaeo* interprete lib. XI. pag. 486. n. f. ἀκόντια ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα: a quo commode comparantur *Ναξιοῦργης* κάνθαρος, κλίνη *Μιλησιοῦργης*, et τράπεζα *Ῥηνιοῦργης*. *Athenaeum* tamen suspicor in suo quoque Codice legisse *Λυκουργίας*, [*λυκουργίας* ille in suo *Herodoti* exemplo legerat, si fides vetustissimo *Athenaei* codici,] cuius loco scribi voluerit *Λυκιοῦργίας*, ἢ ἀκούηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα, prout corrigit *H. Vales.* ad *Harpoer.* in *Λυκιοῦργίς.* conf. Index *The-sauri H. Steph.* VALCK.

CAP. LXXVII. 1. Καβαλίες δὲ οἱ Μήνες) Alibi *Καβαλίες*, [III. 90, 6.] ex *Lydis* propagati, eaque propter *Meones*. Mox *Λασόνιοι* τε καλεῖσθαι, et qui *Lasonii* dicuntur, doctissimus *Pavius*, [pro *Λασόνιοι* δὲ, quod praeferunt libri omnes;] ut a *Cabalensibus*, quemadmodum lib. III. 90., separentur. Prostat ibi alia *Valckenarii* nostri coniectura. WESS. — Adde quae a *Larchero* ad h. l. notata sunt; et consule, quos ille laudavit, *Stephanum Byz.* in *Καβαλίας*, et *Strabonem* lib. XIII. p. 630. c. d. et 631. A. ed. Cas. S.

CAP. LXXVIII. 9. Ἀφραύκης ὁ Χεράσμιος) Cupide ὁ Χοράσμιος docti viri *Is. Vossius*, *Pavius*, aliique; quibus calculum addere memini, motus *Arch.* indicio. Muto sententiam: ὁ Χεράσμιος, aut, si malueris, ὁ Χοράσμιος, patris nomen *Artayctae* dat. Neque is enim gente *Herodot.* T. VI. P. I. Y

Chorasmius; sed, quod Noster planissime, ἀνὴρ Πέρσης, origine et domo Persa, lib. IX. 115. WESS.

CAP. LXXIX. 1. Μᾶρες, *Hecataei* testimonio apud *Stephanum* protectissimi contra *Is. Vossii* (Κᾶρες et [lin. 6.] Καρῶν emendantis) molimina sunt. *Cares* utique ab hac gentium serie alienissimi. Vide c. 93. WESS. — Immo vide III. 94, 7. ibique notata. *Isaacus* vero *Vossius* ubinam significaverit, Κᾶρες h. l. pro Μᾶρες corrigendum, mihi non liquet. Illud video, eundem *Vossium* in *Notis ad Melam* p. 562. diserte affirmare, eosdem h. l. *Mares* ab *Herodoto* memorari, quos apud eundem lib. III. c. 94, 7. intelligendos esse ipse *Vossius* docuit. S.

CAP. LXXX. 2. τοὺς ἀνασπάστους καλομένους) His gemina lib. III. 93. Qui solos *Cares*, ob haec *Arriani* 'Αναβ. III. 8. οἱ δ' ἀνάσπαρτοι Κᾶρες, intelligit *Barn. Brissonius*, *Regn. Pers.* lib. II. c. 223. admodum parvus est, praesertim cum eos in insulis *Arrianus* non locet. *Barcaei* ἀνάσπαρτοι, *Pacones*, *Eretrienses*, supra memorantur, nec has tamen in insulas depositi. *Ctesiae* verba, ab eruditissimo viro adscripta, ἀνάσπαρτος γίνεταί τις Ἐρυθράν, *Persic.* cap. 39. ipsos *Persas*, delicti adfines, huc relegatos nonnunquam fuisse ostendunt. Latius tamen vocis notio, ad lib. IV. 204. exposita, semet extendit. WESS.

CAP. LXXXII. 4. Σμερδομένης) Sic malui, ut in hominis nomine discordia cessaret. Σμερδομένηα adpellant plerique omnes c. 122. Illud autem [lin. 5.] Ξέρξης δὲ ἐν τῷ αὐτοῦ ἀντιπλοῖ, in positione dictionis concordat c. 5. ὅς ἦν Ξέρξης μὲν ἀντιπλοῖς, Δαρείου δὲ ἀδελφεῖς παῖς. Vide ad superioris libri c. 103. WESS.

CAP. LXXXIII. 5. ἐπὶ τοῦδε) Glossam redolet *Med.* et aliorum διὰ ταῦδε, nollemque defensum: alterutrum abunde est. Formam praefert Ionicam βίηθις [lin. 6.] spernique recusat: alienum sane μιωθις est *Th. Galei*, nec fulcrum ex Glossatorum Μιῶσαι, deportare, *Μιωσις*, diminutio, nanciscitur; siquidem vitiose picta sunt, et inconmoda prorsus. Ἀφαίρητο alibi assertum. WESS. — De ionica forma ἀφαίρητο pro ἤρητο vide *Adnot.* ad I. 191, 33. ubi quae verba ex IX. 101. citantur, leguntur ea lib. IX. c. 102, 18. Et duobus quidem istis locis ἀφαίρητο significat captus erat: hic vero electus erat, (sic enim in versione po-

situm malim, quam deligebatur) id est, iam ante designatus erat qui continuo in decedentis locum succederet. Quod vero in eadem Wesselingii Adnot. ad l. 191. verba quae hic leguntur, ita adferuntur, quasi ἀρῆσθαι cum νεύτω iunctum esset, ut intelligeretur morbo sublatus, morbo extinctus, id invito Viro doctissimo exciderat. S.

5. ἐπὶ τοῦδε) διὰ ταῦτε, quod in Codicem Med. irrepsit, interpretamentum videtur Herodoteae formulae. In proximis, ἢ τις αὐτῶν ἐξέλπει τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ βιάσθεις ἢ νοῦσῳ, pro βιάσθεις in Arch. βιάσθεις scribi dicitur; illinc Galeo placuit μειωθείς. Numerus certe dici potuit μειωθείς, imminutus; forsitan et aliquis θανάτῳ μειωθείς ἢ νοῦσῳ, morte minutus sive morbo: μειοῦσθαι, μινύθειν, et minutus, in talibus adhibentur nonnusquam; et nova capta Herodotus. VALCK.

10. χωρὶς δὲ χρυσὸν τε πολλόν etc.) Quia Curtius de his lib. III. 3. Proximi ibant, quos Persae Immortales vocant, ad decem millia: cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant; Nostri χρυσὸν ad solas vestes referri Schefferus de Antiq. Torquib. c. 9. vetat; torques enim aureos suo continere ambitu; cui adsentior cupide. WESS.

CAP. LXXXIV. 3. καὶ ὁ περὶ αὐτῶν) Puto fuisse τὴν καὶ ὁ etc. Idem requiri c. 86. ἐπιστάχαιο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ περὶ, nimirum τῇ καὶ ἐν τῷ, Reiskius agnovit. Ionum μετεξέτεροι: [lin. 4.] quod una cum scholio apud Arch. revocatum haud indignabuntur Herodoti amatores. Fuerint-ne vero veterum Persarum in capitibus ex aere ferroque ducta ποιήματα prorsus eadem ac culte ab Heliodoro Aeth. IX. p. 431. expicta, non habeo dicere. WESS. — Potuerat utique lin. 3. τὴν καὶ scribere Herodotus, et τῇ καὶ c. 86. Sed invito nihil tale obtrudi Scriptori debuit. Sic sane et cap. 50, 15. γνώμησι ἐχρίοντο ἐμοίησι καὶ σὺ scribere ei placuit, non τῇσι καὶ σὺ. Parique ratione latine idem atque dicimus, et similiter atque. Conf. c. 86, 3. S.

CAP. LXXXV. 7. σεις ἢσι πεπλεγμένῃσι) Th. Galeus potius adposuit ζυγῇσι futurum ex c. 75., longe aberrans. Ζυγαί in amiculorum genere, in consertis funibus ζυγαί. Σειραῖος ἱμάς Polluci l. 148., σειραῖαι funiculi, Philoni Iud. Vit. Contempl. p. 897. A. Σειραῖς δὲ ἀμαρτιῶν ἑαυτοῦ ἴκαστος σφίγγεται, Graecus Proverbiorum Salomonis interpret trans-

late, sed eleganter, c. v, 22., ubi *Aquila* ἐν σχοινοῖς ἀμαρτίας. [Notus etiam σιμῶντος ἵππος ex Sophocl. Elect. 722.] *Adi Ivon. Villiomarum*, Animadv. in Loc. Controv. Titii lib. IV. p. 84. Hanc autem *Sagartiorum* in pugnando habilitatem cur *Pausan.* I. 21. *Sauromatis* contribuerit, non adsequor. Eadem-ne illi seriore aetate, ut *retiarii*, de quibus *Lipsius Saturn.* lib. II. 8., probarunt? WESS.

11 seq. αἱ δὲ ἐν ἔρκεισι ἐμπαλασσομένοι) Sic recte Codices. Ἐμπαλασσομένοι iidem ac συμπλεκόμενοι, Schol. *Thucyd.* VII. 84. Ceteris congruit ὁλόμενος δολίοις βρόχων ἔρκεισιν *Agamemnon*, *Euripid.* Elect. vs. 155., et *Aeschyli* ex *Agamemnon*. vs. 1620. ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἔρκεισιν. Non equidem obliviscor *Euripidei* *Iphig. Taur.* vs. 77. ποῖ μ' αὐτὴν εἰς ἄρκυν ἡγάγεις χρήσας, nec *Aeschyli* *Choëph.* vs. 1000. ἄρκυν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους, elegantis utriusque et haud longe abeuntis figurae, neque potioris tamen. WESS.

Ibid. ἐν ἔρκεισι ἐμπαλασσομένοι) Perparum interest utrum ἐν ἄρκυνσι legatur, an ἐν ἔρκεισι: hoc tamen, altero rarius in talibus, dedisse videtur. *Hesych.* ἔρκεισι, δικτύοις, Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Saepe malis ponuntur αἱ τῆς δίκης ἄρκυς. τῆς δίκης ἐν ἔρκεισιν est in *Agamemnon*. *Aeschyli* vs. 1620. Eximi participio debet ἐμπαλλ. littera superflua, scribi-que ἐν ἔρκεισι ἐμπαλασσομένοι, id est βρόχους ἐμπλεκόμενοι. Sic scripta reperiuntur παλάσσειναι et ἐμπαλάσσειναι. *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad *Il.* ε'. p. 399, 20. [p. 527. ed. Rom.] μίμνηται τοῦ Θουκυδίδου εἰπόντος τὸ Ἐμπαλασσομένοι, ἀπὲρ τοῦ ἐμπλεκόμενοι, περιπειρόμενοι (δέραι,) φυρόμενοι. *Thucydidae* verba, iam a *Porto* adhibita in Ἐμπαλάσσειν, reperiuntur lib. VII. c. 84. *H. Stephanus* Ind. Thes. ceterique qui attigerunt *Thucydidea*, ad *Hesych.* etiam in Ἐμπαλάξαι, ἐμπλέξαι, huius non meminerunt *Herodotei* loci. Duo nobis exhibet fragmenta *Suidas* in Ἐμπαλασσομένοι, in quibus mihi genuina scriptio fuisse videtur Ἐμπαλασσομένοι, in his certe *Aeliani*: τοῖς φίλοις καὶ οἰκείοις ἐμπαλασσομένοι ἀπίσφαττον αὐτοὺς ὡς πολέμιους. VALCK.

CAP. LXXXVI. [3. τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ περὶ] Vide paullo ante, ad c. 84, 3. S.]

8. ὡς δ' αὐτῶς Κάσπιοι) *Caspium* aut hic perperam ponuntur, aut paullo superius. Iunguntur *Paricanis* c. 68.

Utii et Myci; utri horum sedem mutarint, non adfirmavero. A clar. de Pauw Ἄριοι ex Κασπίων voce formabantur, coniectura ancipite. Meliores Mssii verum fortasse monstrabunt. WESS. — Praeter Var. Lect. ad h. l. vide Adnot. ad III. 93, 9. S.

11. ταχυτῆτα οὐ λιπομένας servo. Alibi, lib. III. 102., et plenius quidem, κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχυτῆτα. Pollux de Bactrianis, καὶ εἰσὶν αὐτοῖς (κάμηλοι) ἵππων μὲν ὠκυτέραι τὸ τάχος, lib. I. 140. WESS.

CAP. LXXXVIII. 4. ἐπὶ συμφορὴν περιέπιεσι) Malunt συμφορῇ περιέπιεσι ex frequentiore usu. Demosth. in Mid. pag. 345. καὶ τοιαύτη συμφορὰ περιπίπτωκεν. In Diodoro XII. 60. Ἀμπερακιῶται δὲ ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ περιπεπωκότις: praepositio, ut ibi indicatum, redundat. [Vide Var. Lect. Cum verbo ἐνέπιεσε malles utique ἐς συμφορὴν, sed nec ἐπὶ praecise damnandum.] Φαρνούχος, alius tamen, in Pers. Aeschyli vs. 313. occurrit. WESS.

Ibid. ἐπὶ συμφ. περιέπιεσι ἀνέθλιπτον) Non spernerem, si darent Codices, περὶ συμφορὴν περιέπιεσι ἀνθ. Sed Herodotea, ni fallor, ἐπὶ συμφορὴν vel ἐς συμφορὴν ἐνέπιεσι ἀνθ. commode reddi potuerunt συμφορῇ περιέπιεσι δαινῇ, in tristem incidit calamitatem. Suspicio adeo, περιέπιεσι, velut altero longe usitatus, his adscriptum, in Codicem fluxisse Flor. Qua ceteris, eadem περιπίπτειν Herodoto adhibetur structura. Est hic συμφορὴ ἀνέθλιπτος gravis vel tristis calamitas: bene cepit H. Steph. Ind. Thes. infra c. 133. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοις — συνήνεικε ἀνέθλιπτον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Supra I. 32., multa nobis eveniunt in vita, τὰ μὴ τις εἰδῆται, id est ἀνέθλιπτα: intelliguntur calamitates et infortunia, συμφοραὶ συμπίπτουσιν καὶ νεῦσοι συνταράσσουσιν, quae, καὶ βραχὺν ἰόντα, μακρὸν δοκεῖν εἶναι ποιῶσι τὸν βίον, secundum Artabanum VII. 46. Infortunium Herodoto exprimitur formulā οὐκ ὥς ἤθελε, οὐχ ὥς βούλεται: et similia leguntur alibi. Iones in primis tristitia quaevis verbis exprimunt in speciem lenissimis. VALCK.

10. ἐν τοῖσι γούνασι) Cl. Gronovii explicationem vide. Pristino σὺν τοῖσι γούνα. haec ex lib. IV. c. 62. τοὺς δεξιούς ὥμων πάντας ἀποτάμοντες σὺν τῇσι χερσὶ auxilio venire queunt. WESS. — In commissura, interpretatur Gronov. qua femur cruribus committitur, quae est genu. Haud ita male, me

iudice. De camelo loquens Noster, III. 103. ait, in posterioribus cruribus, *σκέλει*, quatuor habere illum *γούνατα*, id est, puto, quatuor *articulos*, quatuor *commissuras*. S.

CAP. LXXXIX. 1 seq. *Τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς* etc.)

Numerum triremium, rediturum c. 184., notae *Pass.* optime signant, pariterque *Aeschylus Pers.* vs. 341., ubi de aliorum dissensu docte *Stanleius*. WESS.

Ibid. *ἑπτά καὶ δικοσίαι καὶ χίλαιο*) In *Herodotum* semper malevolus *Plutarchus*, in *Themist.* p. 119. s. ad eundem navium numerum definiendum uti maluit testimonio *Tragici Poëtae*, quam *historici*. De numero navium egerunt *Thom. Stanlei.* ad *Aesch. Pers.* vs. 341. *Ez. Spanhem.* in *Julian.* p. 280. et *P. Wesseling.* ad *Diodor.* XI. c. 3. ubi eadem atque hic enumerantur gentes, sed in navium numero, quas singulae subministrarunt, a Nostro multum discrepat *Diodorus*. VALCK.

6. *ἀσπίδας δὲ ἵνυς οὐκ ἔχουσας*) In *Glossis* *ἵνυς* umbo, et inde *Valla.* *Clypei ambitus et labrum* est, ex ferro; *Polybii* *σιδηροῦν σιάλωμα* lib. VI. 21., ab *umbone* discrepans et remotum. *Phoenices peltà* protegebantur: *Πέλται, ἀσπίς ἵνυς οὐκ ἔχουσα* apud *Hesychium*. WESS.

7 seqq. *οὗτοι δὲ οἱ Φοίνικες*; etc.) Quod de *Phoenicum primis* ad mare rubens sedibus succedit, prorsus notabile, congruit lib. I. 1. et sacris *Mosis* Vatumque libris; mirumque accidit, ab egregiis viris *S. Bocharto*, *Camp. Vitringa*, *Hadr. Relando*, origines *Philistaeorum* vestigantibus, insuper haberi. Nemo infitiabitur, *Palaestinos Philistaeosque* eosdem censi. Recensentur in posteris *Mitzraimi*, sive ex *Aegypto* orti, *Casluchaei* et *Caphthoraei*, hinc *Philistaei*, *Genes.* c. x, 14. *Deuteronom.* c. 11, 22. et *Amos.* c. 1x, 7. Tractus, quem primitus habuerunt, mari erat adfinis, et forte insularis, ex *Ierem.* cap. XLVII, 4. Talis autem ad sinum Arabicum, eumque extimum commodissimus; unde ante *Mosis* aetatem progressi inferioris *Aegypti* partem insederunt, *Exodi* c. XIII, 17. Quae quidem, cum *Philistaei* origine fuerint *Aegyptia* et prope *Aegyptum* habitarent olim, testenturque ipsi, suos maiores ad Rubrum accoluisse primitus mare, credibilia videntur, quam insueto itinere in *Colchidem* et *Cappadociam* cum *Bocharto* eos ducere, et in *Palaestinam* reducere, aut, quae *Vitrin-*

gae Comment. ad Esaiæ c. xiv. p. 449. divinatio, ex regione Cyrenaica et Creta. Venit horum pars in Nob. *Palmerii Exerc.* p. 35. cogitationes. WESS.

13. κράνεια χηλευτά) Scholion *Pass.* πλεκτά χηλευτά revocat mihi ἀξίνας σαγάρεις c. 64. in memoriam, simili modo auctas: immo suspicionem movet, κράνεια πλεκτά c. 79. indidem, vetere oblitterato, propagata. *Hesychius* hoc ex loco κράνεια χηλευτά, πλεκτά ἐκ σχοίνου, cui *Pollux* ferme compar. *Neziles* itaque et *sutiles* fuerunt; non, ut *Vallae* Latina, *forecipiculatae*. Bene *Stephan.* Thes. T. IV. p. 515. [quem vide.] WESS.

15. τύπους) Glossam *Aldi* et aliorum, ὄρε λυθοποικόν ἐργαλίον, *Hesychius*, *Eustathius*, *Tzetzes* ad *Lycophron.* vs. 349. non ignorant; imprudenterque additam, delendamque agnovit eruditissimus *Camerarius* ad *Aristotelis Nicomach.* lib. VI. 12. p. 304.; quo ergo iure a *Gronovio* taxatur? Notavit id *St. Berglerus* quoque. WESS.

17. ἱσταλάδατο) Vulgatum ἱστιάδατο genio sermonis pugnare *Ang. Caninius* et *Portus* observarunt. Ἔσταλα dat Ionibus [in plurali numero] ἱστάλατο, quo *Hesiodus* usus Ἀσπίδ. vs. 288., et ἱσταλάδατο. Cognita res *Eustathii* declaratione est. [vide *Var. Lect.*] WESS. — In antecedentibus saepe reperiuntur ἱστιάχατο, et ἱστυάδατο, pro ἱστυασμένοι ἦσαν, et ἱσταλμένοι ἦσαν. Quod hic Editiones insidet crucem fixit grammaticis: ἱστυάδατο *Porte* videbatur reponendum; ἱσταλάδατο *Caninio* et *Reiskio*: sed hoc nullo modo potuit a στίλλω formari: Ionicus iste flexus, δατο, praesertim obtinet in verbis in ἄζω et ἱζω desinentibus. Si vel in omnibus legeretur Codicibus ἱστιάδατο, Codicibus antiquiorem mendam tollerem scribendo ἱστολίδατο, id est ἱστολισμένοι ἦσαν, vel ἦσαν ἱσταλμένοι. Formā tantum differunt Στίλλιν· Στολιδεῦν· Στολίζιν· στολή, στολῆς et στολισμός. VALCK. — ἱσταλάδατο fortasse e duabus scripturis natum est. ἱστάλατο et ἱστυάδατο, in unam coalitis. S.

CAP. XC. 2 - 4. εἰδίχατο μίτηροι οἱ βασιλῆες etc.) De Regibus Cypriis bene: Aptus-ne vero a capitis integumento ad tunicas transitus? Sic *Cl. de Pauw*, rogicans praeterea, an tunicis Cypriorum vulgus capita obtexerit? Hoc cum insulsum, οἱ δὲ ἄλλοι εἶχον κιστάριας, reliqui gestabant cidares, maluit; eoque magis quoniam *Pollux* X. 162.

κίταριν ex Herodoto produxit. Cui ego suspicioni, nisi Citaris sive citaris Persarum esset, et Codices officerent, accedere possem. Tunicas Scriptor vulgo Cypriorum tribuit, regibus negat: capitis eorum tegmen, quod reticuit, abditum tenetur in sequentibus, τὰ δὲ ἄλλα κατὰ πῆρ' Ἑλληνες. WESS. — Suspiciari fas est, memoriā falsum Pollucem esse, quum Herodoto vocabulum κίταριν tribuit, quod apud Ctesiam legisset Grammaticus. S.

5. ἀπὸ Σαλαμῖνος καὶ Ἀθηναίων) Ἀθηναίων scribendum: sed haec pleraque alibi prostant indicata. VALCK. — Ἀθηναίων scripsi ex cap. 95. WESS.

CAP. XCI. 2 seq. λαισθήια --- ὠμοβοίης πεποιμένα, καὶ κιδῶνας) Voculam καὶ, ut superfluum, tollendam censeo, scribendumque ὠμοβοίης. In hac forma cum Edd. conspirant Codices scripti lib. IV. c. 65. Ionica sunt βοίη et ὠμοβοίη, nempe δορά: quibusvis usitata, ὠμοβοίης et ὠμοβοίνος. Supra VII. 76. et 79. Thracibus Asiaticis dat ἀσπίδας ὠμοβοίνας, et Colchis. Ubi in Xenoph. Κυρ. Ἀναβ. IV. p. 200, 17. γίγῃα habentur δασίων βοῶν ὠμοβοίαι, Mstus praebet ὠμοβοίαι et Suidas. Deterior est in Herodoteis lectio quam praebet Eustath. in Ἰλ. εἰ. pag. 453, 16. Φησὶ περὶ τινῶν καὶ Ἡρόδ. ὅτι λαισθήια εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων ὠμοβοίοις πεποιμένα. Fiebant autem λαισθήια ex ἀκατεργάστον θυρῶν, secundum eundem ad Ἰλ. μ'. p. 874, 47. ex pellibus nondum confectis sive mollitis, atque adco ἐξ ὠμοβοίης. Crentensis Hybrias καλὸν memorat λαισθήιον, πρόβλημα χρωτὸς, apud Athen. XV. p. 696. A. VALCK.

9-11. οἱ δὲ Πάμφυλοι οὗτοι etc.) Sic semper gentis nomen scribitur in Musis; non quale Codex exhibet Arch. Herodotea de Pamphyliorum origine attigerunt Strabo XIV. p. 984. A. et Eustath. ad Dionys. vs. 854., Ἡρόδοτος Φησὶν, ὅτι Παμφυλίοι εἰσι τῶν ἐκ Τροίας ἀποσκευασθέντων μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος: in his frequens vitium offert Arch. ἀποσκευασθέντων. VALCK. — De Amphilocho cf. III. 91, 2. S.

CAP. XCII. 4. αἰγὸς δέσματ'α etc.) Parui Msstis; cur enim numerum multitudinis, cum toties praecesserit εἶχον κιδῶνας, spernerem? Paene etiam ἱστοφανώμηνους, quippe ad rem notandam abunde, admiseram. De Termilis non repeto ex lib. I. 73.; neque ex Diodoro XI. 3. in navium numero discordiam. WESS.

8. ἀπὸ δὲ Λύκου) Ex marg. Steph. recipi potuisset Herodoteum ἐπὶ δὲ Λύκου. VALCK. — Idque merito a Wess. receptum. S.

CAP. XCIII. [6. ἐν τοῖσι πρώτοις τῶν λόγων) Vide lib. I. cap. 171. S.]

CAP. XCIV. 5. Πελασγοὶ Αἰγυαλεῖς) Omnis olim Peloponnesus, *Pelasia*; sed quoniam hi maritimam sinus Corinthiaci oram tenuerant, propterea Αἰγυαλεῖς. Multa viri illustres, Spanhemius ad Callimachi H. Del. vs. 73., et Buherius Diss. Herod. c. 9. p. 92., optime Hesychii errorem in Αἰγυαλεῖς detegens. Falsum namque, πρότερον eos Ἴωνες, post dein Αἰγυαλεῖς adpellatos. WESS.

CAP. XCV. 1. Νησιῶται δὲ) Insulani in classe hac Persica qui fuerint, praeclare Valckenarius Noster patefecit ex Diodor. XI. 3. WESS. — Vide posteriorem partem Adnotationis proxime sequentis. S.

4. Ἴωνες οἱ ἀπ' Ἀθηνίων) Duabus primum literis repetitis scribendum arbitror, Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνίων: Iones sunt quicunque Athenis originem trahunt. Herod. lib. I. c. 147. Εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν (Ἀθηνίων) γυγόναι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὀργήν: hi paulo dicebantur ante, οἱ ἀπὸ τοῦ περτανήσιου τοῦ Ἀθηναίων ὀρμηθέντες καὶ νομίζοντες γενναῖοτάτοι εἶναι Ἰώνων. Deinde voces istas, Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνίων, huc suspicor ex nota traductas, quam ex lib. I. petitam lector in ora Codicis posuerat. [Fallacem illam fuisse Viri doctissimi suspicionem, in Var. Lect. demonstravimus.] Non nescio in hac gentium recensione. Nostrum alia quoque dixisse, quae tradiderat explicatius alibi; verum voces istae, quas dicebam, hac in sede satis alienae cum vicinis nexum habent nullum. Herodotum itaque de his Insulanis tantum scripsisse censeo: καὶ τοῦτο Πελασγικὸν ἔθνος, ὅστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ αἱ δώδεκα πόλεις: ista quoque gens Pelasgica; postea vero dicta fuit ob eandem rationem Ionica, ob quam XII. civitates: κατὰ τὸ αὐτό, καὶ, aequae ac, similiter adhiberi, supra fuit observatum ad VII. c. 50. [conf. VII. 84, 3. et 86, 3.] Insulani hi Iones neque Chii erant, nec Samii; distinguuntur enim a XII. civitatibus, quae in unum coalescerent reipublicae corpus, in Panionium convenire solitae; inter istas autem XII. duae erant nobilissimae et potentissimae Chius

et *Samus*. Quia memorabantur in hac recensione non Ἴωνες tantum, sed et Νησιῶται, quorum illi iuxta *Herodotum* quoque centum naves Regi subministrarint, ne quis erraret, *Diodorus* Sic. XI. c. 3., Ἴωνες, αἰτ, μετὰ Χίων καὶ Σαμίων ἑκατὸν (centum naves) παρίσχεοντο - - - Νησιῶται δὲ πεντήκοντα. Quinam *Insulani* sint intelligendi, declarant haec proxima *Diodori*: τὰς γὰρ νήσους τὰς ἐντὸς Κυαθίων καὶ Τριοπίου καὶ Σουνίου προσηγμῖνες ἦν ὁ βασιλεὺς: si nempe comparerentur cum his *Herodoti*, insulanos designantis *Ionas* et colonos *Atheniensium*. Tales erant, secundum *Nostrum*, Cēi, Nazii, Siphonii, Seriphii, lib. VIII. c. 46. Κῆς (Κῆος) - - - ἔθνος ἐὸν Ἴωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων. - - - Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηναίων γεγονότες: tum cap. 48., Σίφνιοι καὶ Σερίφιοι - - Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηναίων. *Thucydidi*, praeter ceteras gentes, in Siciliam *Athenienses* sequuti narrantur VII. c. 57. ex *Ionis* Milesii, Samii, Chii; ex insulis Κεῖος καὶ Ἀνδρῶν καὶ Τήϊος, - - - Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων. Sed ex media erant *Ionis* Τήϊος: (Τῶν γὰρ μέσων εἶναι Ἴωνος αἰτ *Herod.* I. 170., et *Steph. Byz.*) apud *Thucydiden* itaque, me iudice, non Τήϊος, sed memorari debuerunt Τήνιοι. *Tenus* Andro erat insula vicina: Τήνῳ συνάπτουσ' Ἀνδρὸς ἀγχιυῖτον, *Aeschylo* Persis vs. 888., utraque *Atheniensium* colonia. *Tenios* inter insulanos nostro quoque loco censendos liquet ex *Herod.* VIII. 82. *Insulae* autem, Cea, Naxos, Siphnus, Seriphus, Andrus, Tenus, omnes erant intra promontoria *Triopium* et *Sunium* positae: quas hic intelligi monstrat *Diodorus*. Apud *Pausan.* lib. V. [c. 23.] p. 457. ex *Olympica* tabula memorantur qui praelio ad *Plataeas* interfuerint; praeter ceteros νησιῶται Χῖοι καὶ Μιλήσιοι: - - - dein-ceps, ἐκ δὲ Αἰγίου (leg. Αἰγαίου, ex *Aegaeo* mari,) καὶ τῶν Κυκλάδων, οὐ Τήνιοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ Νάξιοι, καὶ Κύνιοι. In his, pro Χῖοι καὶ Μιλήσιοι, corrigendum Κεῖοι καὶ Μήλιοι. De *Meliis*-agentem, in *Milesios* transmutatis a librariis, *Clariss. Wesselingium* *Pausaniae* locus praeterire non potuit, ad *Diodor.* Siculi T. I. p. 405. VALCK.

CAP. XCVI. 1. ἐπιβάτευον δὲ) *Laurentius* ex vero. [scil. servato graeco nomine, *epibatae* erant.] *Insulae* civitatesque πληρώματα navium, ut *Diodorus*, sive *remiges*, ex suis suppeditarunt: in iisdem pugnaturi *Persae*, *Medi*, *Sacae*, callide profecto, stationem habebant. Hoc ἐπιβα-

τιύειν inf. cap. 181.; tales *ἐπιβάται* Athenis atque in Ionia, Porphyrio Q. Homer. I. testificante. WESS. — Vide Prolegom. Homeri Barnesiani p. LXXXIII. Caeterum satis ille notus vocabuli usus. Sic Suidas cum Harpocrate: *Ἐπιβάτης*· οὕτως ἰκάλουν τὸς ἐν ταῖς τριήρεσι στρατιωμένους, etc. Ita apud Polybium (ut alios omittam auctores) *ἐπιβάται* sunt milites classarii, *πληρώμα* vero socii navales, *remiges*, *navatae*. S.

7. *ἐπάξιοι ἔσαν*) Porti et Editoris Genevensis coniectura suum sibi tibicinem habet. Alienum certe et indignum *ἀπάξιος* erat, levique lapsu ex legitima scriptura progenitum. Igebatur apud Philostratum lib. II. Vit. Sophist. xi. 1. *ἐπιφθέγγετο ἀπάξιον τοῦ ἀνδρός*: nunc, *Olearii* curā, *ἐπάξιον*, uti decebat. Sophocles Oed. Colon. vs. 474. *ἐπάξιος μὲν Οἰδίπῳ κατακτεῖναι*, *dignus es commiseratione*. Sed pluribus in re manifesta non opus, nedum ut operose doceatur, necessariam [lin. 11.] trium vocum *τε καὶ ἄρχοντας* fuisse expulsionem. Sequuntur continuo *ἄρχοντας* singularum gentium praefecti; hic turbabant. [Vide Var. Lect.] *Στρατηγούς*, penes quos summa imperii, et *ἄρχοντας* sollicite distinxerat et annumeraverat c. 81. et 82. WESS.

10. ὥσπερ οἱ ἄλλοι στρατιώμενοι δούλοι) Vocem *δούλοι* si qui Codices omitterent, ad ista suspicarer adiectam; e quibus lector satis intelligebat tanquam Regis militasse *servos*; sicut ipsius imperio velut *δισπότου* subditi habebantur omnes *δούλοι*, dicebanturque. [conf. VII. 11, 23. ibique not.] Artemisia ad Xerxem, VIII. 102. *σὸν τὸ ἔργον, ὃ δέσποτα, γίνεται· οἱ σοὶ γὰρ δούλοι κατεργάζαντο*: c. 68, 3. *σοὶ, ἔόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δούλοι εἰσι*. VALCK. — Quo minus suspectum h. l. id vocabulum videri debebat. *Servi* autem (*δούλοι*) *Regis* non nisi ii adpellantur, qui e gentibus erant bella superatis, atque ita imperio Persarum subiectis. Qui natione *Persae* erant, hi *liberi* esse censebantur. S.

CAP. XCVIII. 3. *Μάρτην*) Codicum copia huic primas dat: *Medicei Μάρτην* solivagum est. Possem ex Phoenicum sermone illi titulo speciem parare, et *Εἰρώμῳ* (quomodo *Hiramus* apud Ioseph. lib. I. in Apion. cap. 18.) si [pro *Σιρώμῳ*] fingeretur, longe lateque excurrere. At cui bono? cum verior scriptura necdum definita, et cognominum barbaricorum originitio dubii sit plenissima. Pla-

cuit tamen Μίθραλος, quod Phoenicum nomen apud *Isaeph.* I. contr. Apion. c. 21. *Syennesis* apud *Cilices* titulus locum accepit lib. I. 74. Sicuti *Gorgus*, sic adpellabatur *Chersis filius* lib. V. 104. et VIII. 11. WESS.

CAP. XCIX. 3. Ἀρτεμισίης --- θῶμα ποιεύμενα) Hanc ab Halicarnassense saepius elegantissimis verbis ornatam *Plutarchus* indignatur de *Herod.* Malign. p. 869. r. 873. r. Hinc explicandum, quod scribit p. 868. a. *Herodotum*, Ἀλικαρνασσίῳ περιχόμενον, οἱ Δωριεῖς ὄντις μετὰ τῆς γυναικωνίδος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσαν. Halicarnassenses, origine Dorienses, Regina bellatrix ducebat *Artemisia*, θυγάτηρ Λυγδάμος. Duarum, quae hoc insignes nomine claruerunt, iuxta *Harpocrat.* ἡ μὲν πρώτη (γίγνη) κατὰ τὰ Περσικά, θυγάτηρ Λυγδάμωδος: sic ex *Herod.* et aliunde patris ibi nomen restituit *H. Vales*. Quae diversis in locis de *Artemisia* Noster, paucis enarrat *Polyaen.* VIII. c. 53. VALCK.

6. παιδὸς ὑπάρχοντος νενίῳ) Fortasse *Lygdamis*, quem paucos post annos tyrannum Halicarnassus experta fuit in *Suidae* Πανύσσις, avo materno cognominis. Illud enim et *Artemisiae* nomen in urbis eius tyrannis haud insolens. De λήματος voce satis ad lib. V. 72. WESS.

11. Καλυδνίων) Ex *Galei* explorata opinione Καλυδνίων oportuerat, uti lib. VIII. 87.; nam Καλυμνίων, quo modo *Dio Chrys.* Or. XXXI. p. 326. a. etsi prope abeat, et eosdem insulares, *Strabone* indice lib. X. p. 749. b. [p. 489 b. c. ed. Cas.] designet, non erit praestantior scriptura. WESS. — Videtur *Galeum* probare Vir doctissimus, Καλυδνίων h. l. ex VIII. 87, 12. et 16. corrigendum censentem. At *Calynda* oppidum fuit Cariae in Lyciae confinibus, cuius regulus ibi memoratur, idem qui paulo superius (c. 98, 8.) in ducum numero nominatus est. *Calydnii*, qui sub *Artemisiae* fuerunt ditione, sicuti hic cum *Cois* et *Nisyriis* iunguntur; sic etiam *Homerus* *Iliad.* β'. 676 seq. Νίσυρόν τε, καὶ Κῶν, νήτους τε Καλυδνίας iunxit. Et in Καλυδνίους consentiunt h. l. libri: nisi quod in nostro cod. F. super literis ὡ superne litera γ ab alia (ut videtur) manu adposita est, quae Καλυδνίους indicare nonnemo voluisse videtur. S.

Ibid. πέντε νῆας παρεχόμενῃ) Naves illae quinque, ab *Artemisia* praebitae, augebunt catalogum mcccvii. cap. 89. et 134., nisi si inter illas lxx. naves censeantur, a Caribus classi

Persicae additas; quod quidem vero congruens opinor. Halicarnassus Cariae metropolis erat; ex Carum ducibus Damasithymus c. 98. ille ipse, qui Calyndensium navi, et sociae, Φολίη, Artemisiae, praeerat lib. VIII. 87. Sic numero navium, finito ab *Aeschylō* et *Herodoto*, constans ratio durabit. Εὐδοξοτάτας [lin. 13.] improbasse ob rariorem eius usum videntur plerique. WESS.

CAP. C. [1. ἐπὶ ἡρίθμησέ τι καὶ διατάχθη ὁ στρατός] Utique ἡρίθμηθη malles cum *Schaeß.* Sed, quum pertinaciter refragentur libri omnes, nescio an, ut passim alia, sic et hoc negligentiae genus sibi indulserit Scriptor. S.]

10. ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πιζόν) Fortassis alterutrum inducendum: malim ὡς [inductum], sine quo salva oratio. Sic c. 115. οἰκόντων ὁμοίως, καὶ τῶν πρότερον κατέλιξεν. Addiunt etiam scripti libri. WESS. — Recte monuerat Vir doctissimus, quem merito secutus est *Schaeßer.* Et ego abiectam ὡς particulam, contra usum Nostri temere ex praecedentis vocis postremis literis repetitam, velim. Conf. VII. 50, 18. 84, 3. 86, 3. 95, 3. Paulo post (l. 12.) typothetae mendam, αἰγιαλὸν pro αἰγιαλοῦ, quae correctoris aciem praeterierat, corriget aequus lector. S.

11. ἀπογραφόμενος) Quae Xerxes ἀπεγράφετο, curabat [sibi, suum in usum] adnotari; illa ἀπίγραφον οἱ γραμματισταὶ, ut [paulo ante] ait *Herod.* observato formarum discrimine. Frequenter in istum sensum adhibetur medium ἀπεγράφεσθαι: rarius simplex γράφεισθαι, occurrens *Herod.* II. 82. [ubi quidem rectius intelliges notant sibi, suum in usum scripto consignant.] *Xenoph.* Ἀπομν. IV. p. 469, 11. αἱ οἱ πολῖται ἐγράφαντο, sunt quae cives scribi curarunt. *Oecon.* p. 493, 4. οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις ἢ νόμους καλοῦς γράφονται. Quae ibidem paulo ante leguntur p. 492, 32. ἀπαιρημέναι καὶ γραφόμεναι ἕκαστα, *Cicero* convertit apud *Columellam* de Re Rust. p. 781. adnumerata ipsi exscripsimus: malim interpretari, adnumerata adnotari curavimus singula. In *Demosth.* p. 50, 19. γερήεις κατασκευάζεται καὶ νεωσίοις οἰκοδομεῖται: recte *Ulpian.* κατασκευάζεται, ἀντὶ τοῦ κατασκευασθῆναι ποιῆ. Apud eundem contr. *Mid.* p. 523, 50. τοὺς στήφαινας, οὓς ἐποιεσάμην ἐγώ: aureas coronas, quas faciendas curaveram. VALCK.

13. Post ἀνεκώχων interpunxi monitu *Porti.* Μεταπηδόν,

in navium ordinibus, quando obversis in hostem prorsus procedunt, apud Schol. Thucyd. II. 90. aut *aequata serie* stant. De carris, hosti *aequatis frontibus* obiectis, τὰς ἀμαξίας μεταπρόδόν στήσας, Procop. Bel. Vand. II. 17. WESS.

CAP. CI. 2. Δημάρετον τὸν Ἀριστ.) Nihil horum, quae Demarato tribuit Noster in seqq. sed illa duo praesertim Xerxi Demaratum facit dicentem Seneca de Benef. VI. 31. quae Regi secundum Herodotum VII. 49. obiecerat Artabanus: contra, patruum Regis Artabanum ubi tantum commemorant Plutarchus, Iustinus, alii; in istam scenam Demaratum nobis introduxit Herod. VII. 3. qui propterea Suidae dicitur (in Δημάρατος) συμπράξας εἰς τὴν βασιλείαν τῷ Ξέρξῃ. Quae sequuntur [lin. 4.] ἵν' μοί σε ἡδὺ τι ἐστὶ ἐπιτεῖναι τὰ φίλω, aliquoties expressit Pausan. VIII. p. 679. IX. p. 768. Apud Plutarch. de Musica p. 1141. D. Pherecrates Comic. σοὶ κλύειν, Ἐμοὶ τι λέξαι, θυμὸς ἡδονὴν ἔχει. VALCK.

12. μὴ ἰόντες ἀριθμοῖσι) Heresbachii μὴ ἰόντες ἀρίθμιοι, sint innumerabiles, emendationem, [in ora latinae versionis Laur. Vallae] sive corruptelam verius, P. Leopardus Emend. VIII. 1. traduxit. Ἀριθμοῖσι, concordēs. Ἀθηναίων ἡμῖν μὴ ἰόντων ἀριθμίων IX. 9. Theognis, Οὐ ποτ' ἂν ἀλλήλοισι ἀριθμοῖσι οὐδὲ φίλοι. Alia de hoc genere Franc. Nansius ad Nonni Paraphr. Ioan. c. XIII. vs. 157. et Barnesius in Hymn. Homeri Mercur. vs. 521. Bern. Martini imprudentiam castigans. WESS.

CAP. CII. 2. ἀληθὴς διαχρήσασθαι) Satis χρησάσθαι fuerat, simili in re frequentatum, ut nuper Cel. Hemsterhusius ubertim ad Callimachi Hymn. Dian. vs. 69. nisi compositi conditio eadem foret, inque Musis creberrimi. Insequens ταῦτα λέγοντα [lin. 3.] non illepidē convertitur in ταῦτα λικτρία, ea dicenda erunt, etc. a Cl. de Pauw; sed praeter Codicum voluntatem. Tendit vulgatum easdem in partes. WESS. — Scil. post ἀλώσεται intelligetur λέξω τάδε, πισθήσομαι σοι, aut aliquid simile. Sed vide paulo post adnotanda. S.

3. ταῦτα λέγοντα τὰ μὴ etc.) Omissa vocula τὰ proxima sic exhibet scripta Stobaeus p. 90. πάντως κελύεις ταῦτα λέγοντα, μὴ ψευδ. Mihi non omittenda, et sententia contracta sic videtur explenda, ac si scriberetur: ἐπειδὴ με ταῦτα λέγοντα κελύεις ἀληθὴς χρησάσθαι, (λέξω,) τὰ (λέξας) μὴ ψευδομένός τις ὑστερον ὑπὸ σὺ ἀλώσεται: quandoquidem his de

tebus verba facientem me iubes ad veritatem loqui, ea dicam, quae qui dixerit a te postea non arguetur mendacii. Paulo ante rogaverat, *κότερα ἀληθείη χρησόμεαι πρὸς σὶ, ἢ ἡδονῇ*; utrum ad veritatem loquar, an ad voluntatem? Cicero de Amicit. c. 25. vitium esse scribit levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem; *πρὸς χάριν*, sive *πρὸς ἡδονὴν λεγόντων*. Euripidis est fragm. in Stobaei Tit. XIII. primum: Πότερα δίδαις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λόγῳ, ἢ σκληρὰ ἀληθῆ, Φράζε' σὴ γὰρ ἡ κλέεις. Grotius: Rigidi-ne veri, mollis an mendacii Malis loquelas, ede; nam datur optio. Difficile, quod fecisse se scribit Apollon. Tyan. Epist. 45. VALCK. — Mihi Stobaei eclogam relegenti paene fit probabile, recte ab illo descriptum hunc Herodoti locum esse, modo non post ταῦτα λέγοντα, sed ante haec verba incidendam fuisse orationem. ταῦτα λέγοντα μὴ ψευδόμενος etc. id est, haec si dixerō, non vereor ne falsi convincar. Una mihi superest dubitandi causa, leviuscula illa quidem: scil. quod in huiusmodi sententia non pronomen ταῦτα adhibiturus fuisse Herodotus videatur, sed τὰδε, haecce; quo pronomine uti solet ubi ad id refertur quod continuo subiicitur, non quod ante dictum est. Sed, quum modo dixerit ἐλάγῃ τὰδε, facile credi potest, nunc variandi causa ταῦτα pro τὰδε positum. Caeterum nolo dissimulare, ut vulgo in editis, sic et in nostris membr. F. iungi καλύνεις ταῦτα λέγοντα, et comma post λέγοντα poni; tum deinde in eisdem membr. F. τὰ sic cum duplici accentu scribi, quo significetur, ionico more τὰ pro communi ἀ poni. S.

4. πινὴ μὲν αἰεὶ κατὰ σύντροφός ἐστι) Comparatur Luciani Nigr. c. 12. οἱ φιλοσοφία καὶ πινία σύντροφοί εἰσι, neque immerito. Talia in eodem, Polybio, Diodoro Sic. atque aliis plurima. Σύνεστι non displicet, artam familiaritatem exprimens. Notissima omnibus, συνεῖναι κόπῳ, οἰκουρῆα συνεῖναι, γεωργίᾳ, πράγμασι etc. Ceterum αἰεὶ κατὰ vim deprecatur. WESS. — Restituetur vox perperam eiecta αἰεὶ κατὰ: σύντροφος σύνεστιν, quod est in Stobaei Florileg. neque hoc forte reiiciendum. Graecia, naturā pauper, virtutis fuit et sapientiae gymnasium: ἀρετὴ δὲ ἐπαρκτός ἐστι, id est διδακτόν. Opponuntur τὸ διδακτόν, et τὸ ἐν τῇ φύσει. Epicharmi dictum est: Ἄ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθῶς πλεῖνα δωρεῖται φίλοις. Democriti: Πλεῖνεις ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται, ἢ ἀπὸ φύσιος. Doctri-

na sed vim promovet insitam, Horatii. De Graecia quoque *artium* magistra verissimum fuit illud Theocriti, Eid. XXI. 1. 'Α πεινία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἔγχει' Αὐτὰ τῷ μύχθῳ διδάσκαλος. Paupertas omnes artes perdocet, ubi quem attingit: Plautus Stichus I. 3, 24. Euripidis ex Polyido, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε, habet Zenobius Cent. V. Prov. 72. VALCK. — Σοφία apud Nostrum, ut fere constanter in Graecorum sermone, sunt artes liberales, doctrina, ingenii cultura. S.

16. ἢν τε γὰρ τύχῳσι ἔκιστρα. χίλιοι) Haec personae conveniebant Demarati, atque in hac arte magistrum Herodotum decent. Quae dicentem facit Seneca de Benef. VI. 31. ferri quodam modo possunt ista: In primo statim monte Laeones obiecti dabunt tibi sui experimentum; sed, quae sequuntur, illa scripta sunt incogitanter atque absurde: Tot ista gentium millia trecenti morabuntur; nisi paucos posuerit Seneca, quibus ex margine trecenti male sint substituti. VALCK.

CAP. CIII. 3. εὐ φής) Enotatum οὐ φής sectatus Valla est, Galeo plaudente; et dat profecto sententiam egregiam, quamquam vulgatā, modo interrogatione animetur, haud meliorem. Σὺ εἰς Ἕλληνα, c. 101., tum elegans hic repetitio, εὐ ὧν ἰστέλῃσαι. WESS.

10. οὐ δὲ γε δίκαιος εἶκοσι εἶναι ἀντάξιον) Non convenit δίκαιον Arch. et Vind. spernique debuerat. Scribentis animo obversabatur Iliad. Θ'. 254. Τρώων ἀνθ' ἑκατὸν τε, καὶ διακοσίων τε, ἕκαστος Στήσιθ' ἐν πολέμῳ, haud sane contra centum ducentosque singuli pugnaturi, ἀλλ' ὡς ἀντίσταθμοι καὶ ἰσοβαρεῖς ἑκατὸν καὶ διακοσίων, explicante Porphyrio Quaest. Hom. XXV. WESS. — Non ut Galeus narrat, sed in Arch. codice scribi suspicor, εἰ δὲ γε δίκαιος εἶκοσι εἶναι ἀντάξιον: quod placet. VALCK. — Fortasse, uti suspicatus Vir doctus est, sic scribere librarius in cod. Arch. voluerat debueratve: at, sicut Galeus notavit pro ἀντάξιον ibi δίκαιον scribi, sic et Wess. reperit. S.

15. οἷος σὺ, quod Mssitis praevis probavi, reiectum iri non opinor. WESS.

19. πλειύνες περὶ ἓνα ἕκαστον) Praefixum numeralibus περὶ tantundem valet ac ἐγγύς et σχεδόν: in comparatione adhibentur πρὸς et παρὰ. Hic itaque scribendum puto: πλειύνες παρὰ ἓνα ἕκαστον γινόμενα ἢ χίλιοι, ἰόντων ἐκείνων πέντε

χιλιαδίων. In his etiam Herodotus Homeri sui meminerat, cuius Agamemnon in 'Ιλ. β'. vs. 126. (Εἵπῃ) δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοὶ, Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἐλαίμεθα οἰνοχοεῖν, Πολλοὶ κεν δεκάδες δινείατο οἰνοχόοιο. Modestior Virgilio Iuturna Aen. XII. 233. *Vix hostem alterni si congregiamur habemus.* VALCK. — Quidni vero commodus particulae περὶ hic locus sit? mille erunt, qui unum circumstent. S.

20. ἰόντων κείνων πίντι χιλιάδων) Perperam post Ald. et Camerarium haec mutarunt. Numerus, docti viri verba sunt, est nimius: nam sic quingentas myriadas duxisset Xerxes: si legeretur ἰόντων ἱκνίων χιλίων, ratio constaret. At quingentas myriadas regem sub signis habuisse, infra declarabitur c. 186. WESS.

24. ἀνιμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλευθέριον) Intactum ἐς τὸ ἐλευθέριον potuerat relinqui; quoniam istud paullo plerumque diversius et liberalitatem spectans. Democritus in Stobaei Serm. XCII. p. 513. χρημάτων χρησὶς σὺν νόῳ χρησίμων ἐς τὸ ἐλευθέριον εἶναι, ad exercendum liberalitatem. Maneat tamen in qua depositum est sede, ob Dion. Chrysost. Or. XIV. p. 229. D. αὐτὸ δὲ τοῦτο ὅ, τί ἴσται τὸ ἐλευθέριον εἶναι, ἢ ὅ, τὸ δουλεῖν, οὐκ ἴσται: et pag. seq. c. WESS.

CAP. CIV. 12. οὗτε δυοῖσι) Fluctuationes Codicum non moror. Hesychius: Δυοῖς, δυοί: quomodo Manetho III. 217. Noster l. 32. ἀνόλβιος δὲ δυοῖσι προίχαι. Sibylla apud Lactantium Divin. Instit. IV. 15. καὶ ἰχθύεσσιν δυοῖσιν, certe in scriptis libris. WESS.

15. Quod legitur, οἱ Ἕλληνας ἕκαστός φησι, turbat sermonis formulam, aut ἐς Ἑλλ. ἕκαστός φησι, aut οἱ - - φασὶ desiderantem. Atque huc animadversiones doctorum hominum Pavii, Abreschii, quem vide Diluc. Thucyd. p. 240., pronae inclinant. Reiskius ὦν τοι Ἑλλ. ἕκαστός φησι malebat. WESS. — Φασὶ legendum puto cum Clar. Abreschio, Diluc. Thucyd. p. 240. Aliis usitata structura reperitur et apud Herod. VIII. 86. ἰγίνοντο - - μακρῷ ἀμείνονι αὐτοὶ - - πᾶς τις (id est ἕκαστος) πρεθυμέομενος καὶ δειμαίνων Εἰρήεια. In his, οἱ Φασὶ ἕκαστος Ἕλληνας τριῶν εἶναι ἄξιος, postremum ponitur pro ἀντάξιος. Xerxis magniloquentiam postea temporis egregie Susis confutavit Polydamas Thessalus, de quo Pausan. VI. [5.] p. 464. VALCK. — Quod si cum plurali οἱ iungi singularis ἕκαστος potest, haud satis video Herodot. T. VI. P. I. Z

quid obstat quo minus dein cum eodem ἑκαστος verbum singularis numeri φησὶ iungi possit. Itaque in constanti librorum omnium scriptura adquiescendum. S.

19. δισπότης, νόμος) Alibi νόμος πάντων βασιλεύς, lib. III. 38. et νόμοι βασιλεῖς Platoni Conviv. p. 196. c. Demaretus δισπότην, dominum, maluit; ob aspera legis imperia et sanctionem in τρεῖς αὐτῶν, sane acrem, inf. lib. IX. 55. et 71. Conf. Nic. Cragium Rep. Lacedaem. III. p. 361. WESS.

22. οὐκ ἰὼν φεύγειν) In proximis, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει ἐπικρατεῖν ἢ ἀπόλλυσθαι, quid supplendum lectori relinqueretur, intellexit Valla, interpretatus: vetans semper eos ex acie fugere, --- sed iubens ut etc. Similia legere se meminerat apud Ciceron. de Legib. II. c. 27. Plato vetat, --- sed --- ut compleatur; nempe iubet, quod recte subiicit P. Manucius. Isaeus p. 80, 44. νόμος οὐκ ἐφ' τὸν τῆς ἐπικληρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας --- κρατεῖν τῶν χρημάτων, nempe κελύει. Demosth. p. 143. F. τῶν νόμων οὐκ ἰσῶν ---, ἀλλ' ἀνικτιῖν. In Xenoph. Ἑλλ. V. p. 320, 35. καταδύειν μὲν οὐκ εἶα --- sed τμήρη --- ἄπλουν ποιῖν: subintelligi potest εἶα, ut in Euripid. Phoen. vs. 1223. et in his Alexidis apud Stobaeum p. 454, 40. Οὐκ ἤξιωσα καταδυσθῆναι τὴν μητέρα. Πρωτὴν δὲ σώζειν: nempe ἡξίωσα. vid. Celeberr. Hemsterhusius et quos citat ad Luciani [Contempl. c. 2.] p. 492. In Paulinis ex I. ad Timoth. Epist. IV, 3. Καλονόντων γαμῖν, ἀπίχθεσθαι βρωμάτων, errorem Isidori Pelusiotae recte corrigit Schol. in Var. Lect. I. I. Wetstenii: οὐκ ἔστι, ait, σφάλμα καλλυγρῶφιδόν, --- ἀλλὰ ὀρθῶς εἰς τὴν Ἀτθίδα συνήκειαν διαπεφρασμένον. VALCK.

24. σοὶ δὲ, εἰ φαίνομαι etc.) Laudem Msti, Gronovius, et Pavius de coniectura σοὶ reformans, merentur. Proxima, tot viro Celeb. aestus scientia, [vide Var. Lect.] scite Cl. Reiskius, φλυσηρεῖν πολλὰ, σιγῇν ἐθέλω, fingeat, reditura ad regiam insultationem πολλὰ φλυσηρεῖς, [103, 31.] multa blateras Demarete. Mihi novationis gravior defuit causa; si tamen, scriberem ἀλλὰ σιγῇν: quam viam AMA trium Codicum munit, ex ΑΑΑΑ propagatum, usus praeterea in consecutione tritus voculae. Supra c. 16. εἰ δὲ τοι οὕτω δέδοκται γενέσθαι, καὶ οὐκ οἶά τε αὐτὸ παρατρέψαι, ἀλλ' ἤδη ἔημι ἐν κοίτῃ τῇ σῇ, si ita tibi constitutum est, neque id revocari potest, en, vel ergo, ad cubandum in tuo cubili pergo. Et

lib. IX. 41. ἵπαι τοῖνυ ὑμεῖς ἢ οὐκ ἴσσι οὐδέν, ἢ οὐ τολμαῖτε
λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἱπῶ, *ergo ego rem proferam*. Conmodum haec
usurpavit ac prudenter *Raphelius* in Ep. ad Rom. cap. vi,
5. ubi ἀμα et ἀλλὰ similiter conversa. WESS. — Vul-
gata lectio haud incommode sic intelligetur, *de reliquis*
(sc. rebus ad Spartanos spectantibus) *dehinc verba facere*
supersedebō. Post τοὶ δὲ olim incisa erat oratio, perincom-
mode, quasi ad σὺν referretur ille dativus pronominis:
comma istud merito *Schaeferus* abiecit. S.

CAP. CV. 1 seq. ἵς γίλωα τι ἱπρίψατο) Pro agente
verbi forma stat *Gronovius*, mediā damnatā. Possem eas-
dem concedere in partes, modo τὸ πρᾶγμα, aut quid eiusce-
modi, adesset. In *Thucydide* VI. 35. Syracusiorum non-
nulli ἵς γίλωα ἱπρίπον τὸ πρᾶγμα. *Aristophanes*, quem ibi
antestatus est *Abreschius*, in Vesp. vs. 1235. καὶ ἵς γίλων
τὸ πρᾶγμα ἱπρίψας. Nihil hic simile: *versus in risum rex est*,
sive, semet vertit, ἱπρίψατο. [At quid tandem obstat quo-
minus ἱπρίψι ταῦτα ex proximis intelligamus?] Ὁργὴν ποι-
εῖσθαι, eiusdem [*Abreschii*] indicio, *Thucydides* I. 92. WESS.

4. ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτῳ) Praestat τοῦτον. Nam τοῦτῳ ad
c. 59. ubi de *Dorisco*, referre non ausim. Τοῦτον ait, quippe
eum hominem distinctius descripturus. WESS. — At
pronomen οὗτος adiacere eodem modo eis nominibus *Hero-*
dotus adsuevit, quibus designantur res aut personae, de
quibus antea ex professo verba fecerat. Itaque hac ipsā for-
mulā, ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτῳ, remittit lectorem ad eam nar-
rationis partem, (c. 59.) unde digressus erat ad exponen-
dam rationem, qua numerus initus est copiarum, et ad
insignienda ducum nomina, qui vel universo exercitui,
vel singulis populis agminibusque praefuerunt. S.

CAP. CVI. 2. τῷ μούνῳ Εἰρήνης etc.) Veretur ne
nimium sit, in tanto *Megistanum* numero, *Gronovius*;
eritque sine dubio, si huic uni et soli ex *Persis* munera a
rege missa putaverimus: pluribus enim quotannis dona
dividebat, lib. I. 135. et lib. III. 160. Soli tamen *Masceam* ex
omnibus praefectis, a se patreque *Dario* isthic [in *Thracia*]
constitutis. WESS.

3. ὡς ἀριστιύοντι πάντων) Codicum Lectiones, quae pre-
stant, ἀρίστῳ πάντων, et ἀρίστῳ ὄντι πάντων, sunt tantum
interpretamenta phrasios *Herodoteae* ἀριστιύοντι πάντων, quae

Sophanes dicitur ἀριστεύσας Ἀθηναίων IX. 73. VALCK.

7. καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ παντ.) Quod habet Med., non displiceret, si darent et alii Codices, τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῇ. Praeter alia plurima, οὐδαμῶς πάσης τῆς Εὐρώπης legitur VII. 126. μηδαμοῦ sic adhibetur Platoni Leg. XII. p. 958. D. Περὶ τελευτήσαντας - - - ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γήγνησθαι κυρίους Φράζοντας θήκας δ' εἶναι τῶν χωρίων, ὅποσα μὲν ἰσχυρίσθαι, μηδαμοῦ. Interserta litera Plato mendā poterit liberari, si scribatur: γήγνησθαι κυρίους Φράζιν τὰς θήκας δ' εἶναι etc. vetat ex agro culto, eove qui ooli possit, ullam partem sumi sepulcro, Cicero de Leg. II. 27. VALCK. — Veterem scripturam in contextu tenuerat Gronov. sed in Notis alteram commendavit. S.

11. ἰδυνάσθησαν ἐξελῶν) Verbi forma Herodotea est lib. II. 19. et 43. Habet et Sophocles Oed. Tyr. vs. 1235. σ' ἄλλους Φέρειν, τάλας, Σὺν' ἰδυνάσθησαν ἐς τοσόνδε; WESS.

CAP. CVII. 3 seqq. ἢ μὴ Βόγην μῶντων etc.) Bogen eiusque pervicax constantia a multis memoratur. Plutarch. in Cimón. p. 482. B. Βούγην, Pausanias lib. VIII. p. 614. Βοῖ, Polyaeus VII. 24. Βόργην (quae Nob. Palmerii observatio) adpellant; omnes corrupti, et hinc adiuvandi. Res ipsa anno Olymp. LXXVII, 3. apud Diodor. lib. XI. 60. usu venit. WESS. — Palmerius ad h. l. „Plutarchus, ait, in Cimone (p. 482. B.) Βούγην vocat; Pausanias (VIII. p. 614, extr.) Βοῖ. Polyaeus (p. 655.) Βόργην.“ Factum memorabile, quo Bogen inclaruit, attigerunt Plutarch. et Polyaeus. Illum Plutarch. scribit, ἀπογνόντα τὰ πρᾶγματα, τῇ πόλει πῦρ ἐπιῆναι, καὶ συνδιαφθεῖραι μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν χρημάτων ἑαυτὸν. Iuxta Herod. fecit illud Bogen, ὡς οὐδὲν ἔτι φορβᾷς ἦν ἢ τῷ τίχῃ: et in epigramm. apud Plutarch. et Aeschinem c. Ctesiph. p. 80. Persis dicuntur Athenienses ἐκ' Ἡρώ, Στρυμόνος ἀμφὶ βοᾷς, Λιμόν' ἑ' αἰθῶνα κρυφόν' ἑ' ἐπ' ἀγορᾷς Ἀθηνα. Nostro de Boge narratis simillima exempla praebet vetus etiam historia plurima; Diodorus Sic. XVI. 45. XVII. 28. XVIII. 22. Phocensium ex desperatione rabies narrata Pausaniae X. [c. 1.] p. 800. Plutarcho T. II. p. 244. c. Polyaeo p. 821. Comparari poterit cum illa Abydenorum apud Livium XXXI. c. 17. Plura dabit Is. Casaubon. in Athen. XII. c. 7. [Animadv. T. VI. nuperae edit. p. 419 seq.] VALCK.

CAP. CVIII. 9. Μεσαμβρία) Eiusdem nominis, sed alius situs *Mesambria*, Ponto in ultimis Thraciae finibus contermina lib. IV. 93. VI. 33. *Strymam*, ex *Heraclide* aut *Philostephano*, insulam *Harpocratio* perhibet, Thasiolorum coloniam: quod non capio, si Lissus sive Lissus amnis Mesambriam et Strymam raserit et mediam utramque transierit: an insula contra urbem fuit posita eiusdem nominis? [Potuit fluvius in duos alveos esse divisus, quorum alter *Strymam* oppidum circumfluxerit.] Litis, qua de *Harpocratio*, Thasiolorum et Maronitarum de *Strymae* possessione, meminit *Philippus* Epist. ad Athenienses apud *Demosthen.* p. 94. [Vol. I. ed. Reisk. p. 163.] WESS.

11. οὐκ ἀντίσχει) Quis recusaret Herodotum? Amnem Melanem οὐκ ἀντισχόντα - τὸ μέτρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα, memoravit c. 58. Sequetur Apidanus, οὐδὲ οὗτος ἀντίσχει c. 196. De Scamandro *Eustath.* οὐκ ἀντίσχει τὸ ὕδωρ, ad *Dionys.* vs. 538. Regio *Gallaica*, [lin. 13.] quae postea *Briantica*, non alia, iudicio *Glareani* et *Ortelii*, ac *Livii* XXXVIII. 41. *campus Priaticus*, sive *Prianticus*: nam *Priantae* sunt *Plinio* lib. IV. 11. *Hist. Nat.* et *Solino*, ad quem clar. *Salmasius* pag. 112. WESS.

11. οὐκ ἀντίσχει το ὕδωρ παρήκων) Recte, ni fallor, corrigit *Reiskius*: οὐκ ἀντίσχει τὸ ὕδωρ παρήκων τῷ Ἑίρξει στρατῷ. De Apidano VII. 196. οὐδὲ οὗτος ἀντίσχει εἰ μὴ Φλαύριος. Qua huc structura, eadem II. c. 157. *Azotus* diutissime πολιορκουμένη ἀντίσχει. *Potidaecatae* *Thucyd.* II. 70. οὐκ ἔτι ἐδύναντο πολιορκούμενοι ἀντίχειν: idem esset, τῇ πολιορκίᾳ ἀντίχειν, ut II. 50. In proximis *Brianticam* [lin. 13.] viri docti compararunt cum *Priatico* campo apud *Livium*, ubi iter describit exercitus Romani, a Chersoneso redeuntis per Thraciam maritimam, lib. XXXVIII. c. 41. VALCK.

[14. καὶ αὕτη Κιόνων. Conf. c. 59. 13. et cap. 110, 2. S.]

CAP. CIX. 6. Βιστωνίδα) *Steph. Byz.* de voce, τὸ θηλυκόν, Βιστωνίς ἐκτίταται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνίς: cuius observationem damnat *Berhelius*, *Βιστωνίδα* ob *Βίστονας* seq. capitis praeferens. Favent scripti libri, et *Ptolemaeus* *Geograph.* lib. III. 11. tum *Schol. Apollon. Rh.* II. 706. et *Strabo* VII. fin. quibus *Βιστωνίς* λμνη. [cf. c. 110, 2.] Amnem *Nestum* [lin. 9.] solus *Arch. Μέστρον* vocat, non sine exemplo; nam-

que in numis ΜΕΣΤΟΣ et Mstis Plinii, Solini et Martiani, teste Salmasio ad Solin. p. 112. Verior Nesti titulus, redi-turus c. 126. Pertinet huc Cl. Schurzfleischii notatio ad Dio-dori Fragmenta T. II. p. 642. WESS.

15. Πίστυρος) Proxime adpropinquat ad Stephani Byz. Πίστιρον, ἱμπόριον Θράκης, sive potius, ut in Βίστιρος scri-bit, Πίστιρος. Vocabulum idem, Macedonum ore et so-no tantum discrepans. Mox vir eruditus τὰς παραβαλασσίας τε καὶ ἡπειρώτιδας corrigebat, me iudice sine necessitate. WESS. — Corruptum esse nomen Πίστυρος, scriptum-que oportuisse Τόπις suspicatus erat Larcher, provocans ad Antonini Itinerar. p. 321. et Plin. Hist. Nat. IV. xi. 18. tum ad Ptolem. et Procop. qui partim ad Plin. partim ad Antonin. a viris doctis citantur. S.

CAP. CXI. 5. νιφάδες) Scholion olet χιόν. In Poëta νιφάδες χιόνος, ἰντιλῶς dictae, quae νιφάδες aliis tantum, apud Eustath. ad Iliad. M'. p. 904, 58. [p. 865, 6. ed. Bas.] Ora-culum Bacchi in Thraciae ora [lin. 6.] Euripides spectat Hecub. vs. 1267. ὁ Θρηξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε, ubi Critici illud circa Pangaeum aut Haemum locant, sibi in ceteris mini-me constantes. Aristoteles Θaum. p. 577. Ed. Erasm. in Bisal-tis templum Bacchi spectabile habet. WESS.

7. Βησσοὶ) Soli Arch. Βισσοὶ, consensu Strabonis, Ap-piani, Ptolemaei que utenti. Dioni Cassio Βησσοὶ lib. XLVII. p. 508. cum Cl. Reimari observatis; Hippocrati Βησσιακῇ, nisi fallat Galenus in Glossis, τῇ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θράκη. An-ceps itaque scriptio et electio. Non displicet ἡ χρεῖσται antistes. Hesychius Χρίοντις, προφητεύοντες. WESS.

7 seq. Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρίων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱεροῦ) E Satris Bessi dicuntur. Haec mirifice nuper a viro fuisse doctissimo conversa liquet ex actis Erudit. Lips. A. 1760. p. 221. [Locum istum Gronovius sic convertit: Ex Satris qui in illo templo vaticinantur, sunt Bessi; quam versionem in-tactam Wesselingius reliquit.] Satras, celsorum montium incolas, solos inter Thraces ad suam usque aetatem frui dixerat libertate. Meminit Thucyd. II. 96. τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν τῶν αὐτονόμων οἱ Διοὶ καλεῖνται. Plinii Diobessos, gentem esse mixtam ex Diis et Bessis, Ortelius iam fuerat suspicatus. De Satris Herodotus, οὔτοι, αἱτ, οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήσιον εἰσὶ ἐκτε-μένοι: in quibus e praecedenti vocem οἱ natam, atque ut inu-

tilem delendam censeo. Ex Satris Bessi quomodo dicuntur *οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱεροῦ*, templi prophetae? an ut *antistites sacrorum* sive templi? Mihi tamen, fateor, illud valde videtur insolens; sed insolita sectatur *Herodotus*; atque in illorum illud forte classem referre maluerint viri docti, quam corrigere, *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ*, Dei, vel divinae mentis interpretes. Nusquam memini me legere *προφητεύοντας ἱεροῦ*, vel *μαντείου*, vel simile quid; saepenumero memorantur *προφῆται τῶν θεῶν τῶν Μουσῶν τῆς ἀληθείας* etc. Paternae mentis interpres, *Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατὴρ*, secundum *Aeschyl.* *Eumen.* vs. 19. namque *Ζεὺς ἱγναθίῃ Λοξίᾳ θεοπίσματι*, ut idem alibi scripsit. Prope Herodoteum accederet illud *Xythi* in *Euripidis Ione* vs. 413. *τίς προφητεύει θεοῦ*; ad istam sic respondet quaestionem puer aedituus, ut Principes Delphorum, sorte lecti, *Δελφῶν ἀριστοίς, οὓς ἐκλήρωσεν πάρος*, fuisse videantur *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ*: ut hic inter Satras praestantissimi Bessi dicerentur *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ*, qui Dei nempe responsa, per mulierem, ut Delphis, edita fatidicam, interpretarentur. [*et scripto consignata traderent consultantibus.*] *Οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται* ubi habentur apud *Lucian.* T. I. p. 390. [*Dial. Mort.* XIII. 1.] iudice *Hemsterhusio*, poterat forte non deterius scripsisse *οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆταις*. conf. *Wesselingius* ad *Diod.* T. II. p. 199. [ad lib. XVII. c. 51.] Quin Delphis etiam templi fuit *antistes*, eximie sic dictus *Livio* XXIII. xi. *ὁ προφήτης Herodoto* VIII. 36. *πάντες οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἐξήκοστα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτου* - - - *ὃ ὄνομα ἦν Ἀκίρατος*, c. 37. Talis etiam praeter reliquos *χαμαιεύνας* insignis honore fuit in Dodonaeo sacrario, quem *Θεοσπρωτὸν ἄνδρα ἐν Δωδώνῃ* vocat *Maximus Tyr.* XIV. 1. Hunc designatum suspicor in oraculis, quae *Demosthenes* nobis custodivit in *Orat.* c. Mid. p. 332. [p. 531. ed. Reisk.] ista formulā bis illic repetitā, *ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει*. Quod si commentum illud non placet, doctis multo minus forsan adprobarem, quod mihi venit olim in mentem, scriptum hic primitus, *οἱ προστατεύοντες τοῦ ἱεροῦ*: ut *Satrae oraculum tenere*, vel possidere, Bessi dicerentur *templum tueri*, sive rebus sacris administrandis esse praefecti. Elei *πρωστάται τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἱεροῦ* dicuntur *Xenophonti* 'Ελλ. III. p. 288, 32. cui in eundem sensum *προστατεύειν* frequenta-

tur; illinc ortum *προσταρεῖα* ex Msstis restitui debuerat *Thucydidi* II. [c. 80.] p. 149, 24.; quem enim alium in finem tanta cura Codices exiguntur scripti, nisi ut, in his saltem libris, depravata redintegrentur, aut certe sincera revocentur? VALCK. — Quidni vero τῶν Σατρίων σισί οἱ προφθιγόντες τοῦ ἱεροῦ, plane intelligerentur οἱ προφθιγόντες (scil. τοῦ θεοῦ, vel τῶν χρησμῶν) ἐν τῷ τῶν Σατρίων ἱερῷ? aut οἱ τῶν Σατρίων προφθιγόντες ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ? S.

CAP. CXII. 1. τὴν εἰρημίνην) χώρην, vocem hic necessariam, lectam *Vallae*, praebet *Arch.* [De vocab., quo commodè carere possumus, vide *Var. Lect.* et conf. c. 115, 3 seq.] Mox *τείχεα τὰ Πιέρων*, *castella* sunt *Pierum*, non *muri*. Proxima, [lin. 3.] τῶν καὶ ἐνὶ Φάργης ἐστὶ οὐνομα, sic recte *Gronov.* restituit ex coniectura *Leopardi*, aliorumque, quantumvis nihil ille diversae scriptionis ex membrana veteri enotasset *Florentiae*. Non, ut vulgabatur, sed legit in suo Codice *Valla*, τῶν καὶ ἐνὶ Νιφάργης, syllabà male repetitâ. VALCK. — Laudo τῶν καὶ ἐνὶ Φάργης, nixum olim doctissimorum hominum coniecturis, nunc schedarum certa fide. WESS.

CAP. CXIII. 6. ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον) Non plane alienum ἡ παρὰ τὸ Πάγγ. quemadmodum *Steph. Byz.* legit, ut regio monti *Pangaeo* accubans describatur. Obnituntur tamen omnes *Codd.* et *Eustathius*. Ἐκαλεῖτο Φυλλίς *Grammaticus* ille scribere voluit, uti olim et nunc *Herodotus*. WESS. — De *Boge* (lin. 4. memorato) dictum est cap. 107. Quod apud *Steph. Byz.* παρὰ τὸ Πάγγ. legitur, librarii aut Editorum errori debetur: praepositioni παρὰ nullus, si quid video, hic locus est. S.

9. ἐς τὸν οἱ Μάγου etc.) In *Strymonem*, ad amnem placandum: tale ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς τὸ ἄγρος lib. IV. 62. Simili ex superstitione *Tiridates equum* placando amni *Euphrati* adornavit in *Taciti Ann.* VI. 37. cui egregiam lucem hinc *Casaubon.* ad *Strabon.* XV. p. 1065. [ad p. 732. d. suae edit.] adpersit. WESS.

CAP. CXIV. 3. Scriptura ex *Arch.* edita, Ἐννία Ὀδοῖσι τῇσι Ἡδωνῶν, veritate commendatur. WESS. — Vide tamen *Var. Lect.* Eodem in loco deinde *Amphipolin* urbem in utraque *Strymonis* ripa fuisse conditam, quum aliunde, tum praesertim ex *Thucyd.* IV. 102. notum.

Quod hic adiicitur, ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γέφυρας, id parum commodè vulgo iere ad pontes reddunt; sicut et Larcher, ils marcherent vers les ponts. Oportebat, per pontes fecerunt iter; quibus nimirum iam ante iungi Strymonem Xerxes iusserat, cap. 25 extr. S.

8. Περιμένειν δὲ τὸ ζώοντας κατερύσσειν) Fide Medic, cui paria duo alii faciunt, haec expunguntur. Quid tum vero continuo nexis fiet? an et illa eradenda? Non puto. Firmatur barbara superstitio facto Amestris, a Plutarcho Superst. p. 171. D. advocato, ubi duodecim τῷ ᾄδῃ regina defodit. Persicum autem fuisse, exempla Cambysis III. 35. et aliorum apud Brisson. Regn. Pers. II. p. 218. testificantur, tum Aristides T. II. p. 414. ἡ ζώντις ἂν κατερύττοισθαι περσεῖσι; an vivi more Persico defodiendi? Morem ipsum admirabili consecutione ab Abrahami exemplo filium primogenitum offerendi arcessit Th. Hyde Rel. Pers. c. 2.; processisse enim Persas ad offerendum quemvis filium aut hominem: idque non semper filium aut filiam comburendo, sed et defodiendo in terra aut demergendo in aquis. Haud vidi magis. WESS.

CAP. CXV. 6. Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα) Vicum in Dionis Chrysost. Or. XLVII. p. 525. A. τὰ δὲ Στάγειρα κώμη τῆς Ὀλυβίας ἦν, ex quodam contemptu. Στάγειρα numero multitudinis praefert Stephan., Στάγειρον agnoscens in Βίστιρος. Plura Io. Nunnesius ad Aristotelis vitam, a se publicatam. WESS. — Paulo ante, in Ποσειδῆϊον (ubi quispiam fortasse Ποσειδ. desideraverit) nil mutant libri. Conf. Etymolog. M. p. 684, 25. S.

CAP. CXVI. 2 seq. ξενίην τε ὁ Πέρσης -- προϊῖται) ὁ Ξέρξης, ut Valla, legit Arch. Non Acanthiis ille praecepit, ut sibi ξίνα praebarent; sed, quos honore voluit dignari, ἐσθῆτι donavit Acanthios Μηδικῇ, atque in amicorum iussit hospitumque numerum referri; id hic dicitur, ξενίην τοῖσι Ἀκανθίοις προϊῖται: Abderitanis ξενίην συνθέμενος, VIII. 120. De utroque more regio Barn. egit Brisson. de Regn. Pers. I. p. 127. 139. Proxima [lin. 4 seq.] ἐπαίνει τε, ὁρίων καὶ τοὺς προθύμους ἰόντας εἰς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ἔργον ἀκούων ἤδη γινόμενον: sic exhibent Arch. et Valla: vellem praeterea dedissent, ὁρίων αὐτοὺς προθύμους. VALCK. — Vide Var. Lect. Formulā ξενίην προϊῖται, praesertim si cap. 119, 3. et c. 120, 9. contuleris, intelliges puto non id significari

quod ex *Valckenarii* sententia *Wesselingius* in latina versione posuit, *Acanthius* ius hospitii obtulit; sed quod *Valla* posuerat, praecepit *Acanthius* ut hospitalitatem exhiberent. Aliud est *ἐξινὴν τινὶ συντίθεσθαι*, VIII. 120, 3. S.

CAP. CXVII. 4. μέγιστον ἰόντα Περσῶν) Attigit *Tzetzes* Chil. I. vs. 918. Ὁ ἐπιστάτης ἦν σφοδρὸς Βουβάρης ὁ Σατράπης, καὶ Ἀρταχάϊος σὺν αὐτῷ πινυάπηνχος μεγέθει. vid. *Herod.* VII. 21. Quatuor cubitorum apud Graecos iusta hominis censebatur statura. Ad *Aristoph.* Ran. vs. 1046. γενναίους καὶ τετραπήχους, *Casaubonum* [Not. ad *Sueton.* III. 68.] citant *Kiister.* et *Spanhemius.* Modum excedebant πινυάπηνχους: *Olearius* vid. in *Philostr.* Vit. Apoll. II. 4. Gigantum cadavera δεκαπήχων dicuntur inventa *Pausan.* I. [35.] p. 86 seq. qui de *Scotussaeo* *Polydamante*, ut mortalium post heroas maximae staturae, agit lib. VI. [c. 5.] p. 463. VALCK.

9. τῷ Ἀρταχαίῃ θύοντι) Tumulum *Artachaeae*, τὸν Ἀρταχαίῳ καλούμενον τάφον, ad *Acanthiorum* isthmum locat *Aelian.* Animal. Hist. lib. XIII. 20. subdens, ἔνθα τοι καὶ ἡ τοῦ Παραίου φαίνεται διατομή, ἡ δὲ αὐτῷ μὲν τὸν Ἄθω, valde vitiosa. Is. *Vossius* ad *Melam* II. 2. manum illis medicam negare noluit, sed qua erroris reus *Aelianus*. Sana erunt ἐνθά τοι ἡ τοῦ Πέρσου, sic et *Cl. Gronovius*, Φαιν. διατομή, ἡ δὲ αὐτῷ τὸν Ἄθω. *Cl. Valckenarii* non discrepat opinatio ad c. 21. WESS.

CAP. CXVIII. 1 seq. Οἱ δὲ ὑποδύκομενοι etc.) Haec ubi leguntur in *Athen.* IV. p. 146. A. in formas pleraque vulgares conversa, prostat ἐς πᾶν κακὸν ἀφίκοιτο, pro ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικνέοτο. Utrumque dicebatur; et, omissa voce κακόν, vel κακοῦ, ἐς πᾶν ἰλθῖν, aut ἀφικνέσθαι. *Xenoph.* Ἑλλ. VI. pag. 340. 13. ἐς πᾶν ἀφίκοιτο βασιλεὺς, in extremum Rex fuit adductus discrimen. *Demosth.* contr. Conon. p. 690, 22. οὐ -- φαύλας λαβὼν πληγὰς, ἀλλ' ἐς πᾶν ἰλθὼν διὰ τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τὴν τούτων: aderat in scripto cod. supplementum, ἐς πᾶν κακὸν ἰλθὼν. *Demosthenem* imitatus *Lacedaemonios* ait *Aristides* ἐς πᾶν ἰλθῖν in *Cimone*, T. III. p. 257. ubi *Schol.* Ms. ἀντὶ τοῦ περὶ παντὸς κινδυνεύσαι -- λέγεται δὲ κινδύνου. Plene loquitur *Pausanias* VII. pag. 552. ἀφικνέοτο ἐς πᾶν ὁ Μενελαιδὲς κινδύνου: et pag. 16., Πτολεμαῖος ἐς πᾶν ἀφικόμενος κινδύνου: sic scribendum omisso articulo, quem

non admittit ista Pausaniae frequentata loquendi forma. VALCK. — Vitiosa erat scriptura in *Athenaei* loco cit. olim edita: duo codices longe omnium probatissimi, quibus in nupera editione uti nobis licuit, ἐξ πᾶν κακῶν dedere, prorsus uti in Herodoteis legitur libris. Vide *Animadvers.* in *Athen.* T. II. p. 479. S.

4 seqq. ὅκον γε Θασίοις ὑπὲρ τῶν etc.) In his explicandis et vertendis errabatur. Publice a Thasiis Antipater, Orgis filius, lectus fuit, ut impensas pro suis in continente urbibus in coenam faceret; quarum e rationibus adparuit, insumta fuisse quadringenta argenti talenta; haec sunt τὰ πάντα ἀργυρίου τετιλεσμένα, uti bene Cl. Pauw et Abresch. Hoc volunt *Athenaei* verba, ὅκον Θασίοις --- Ἀντίπατρος τῶν ἀστῶν (δόκιμος) ἀνὴρ ἰθαπάνησι: ubi [vel, quandoquidem] pro Thasiis --- Antipater, vir inter cives probatus, expendit. Non itaque suo Antipater, sed publico civitatis nomine illa erogavit talenta. Factitarunt idem aliis in urbibus ad eam rem designati, sive οἱ ἐπιστάται ἀπιδείκνυσαν τὸν λόγον, expensi tabulas exhibuerunt. Antipater autem, τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος in Aldo et ex recta Pavii sententia; male enim comma post se ostentabat. Quae adduntur ad praeclari viri laudes, [ὁμοῖα τῷ μάλιστα] illustrata dedimus lib. II. 57. WESS.

6. ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν) Ex civibus ille quidem erat delectus; neque tamen ista, sed haec iungenda sunt, τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ut c. 141., τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκ. ὁ. τ. μ., quam Bossio non satis intellectam formulam explicuit Hemsterhusius. [Perperam h. l. olim post ἀραιρ. τῶν ἀστῶν incisa erat oratio.] A civibus erat Antipater ἡρημένος, electus, ad huius rei procuracionem; non enim haec ἀρχή, sed erat ἐπιμέλειά τις καὶ διακονία: quae distinguuntur ab Aeschine contr. Ctesiph. p. 55, 34. Pro more itaque postea τὸν λόγον ἀπιδόμε τῶν δαπανημάτων, vel ἀπιδόματα. Secundum Herod. in coenam 400. talenta, pro lato expensi codice, demonstravit insumta, ἀπιδίξε --- τετιλεσμένα, id est δαδπανημένα: atque adeo tantum pecuniae ex aerario ἰθαπάνησι, quod in his enarrandis usurpat *Athenaeus*; qui recte alibi [lib. II. cap. 12. nuperae edit.] τελῶν, αἰτ. τὸ δαπανᾶν καὶ πολυτελεῖς, οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες καὶ τυτελεῖς, οἱ λίγα. VALCK.

CAP. CXIX. 7. κτήνια σιτεύεισκον) Ionismus,

optime agnitus a Galeo, postulabat restitutum. Servat eundem in hac vicinia ἔχουσιν πόρον, et οὕτω ἀπιδανύσκον. Durat alibi; crebrior, si librariis placuisset, futurus. WESS. — Σιγνύσκον si forte prae buisset membrana Flor. ambizioso verborum tractu commendasset Gronovius: cur oblatum non recepit ex Arch.? In Vallae Latinis relinqui non debebat cortibus: dederat is fortasse, pro ἢ τι οἰκῆμασι καὶ λάκκοις, [lin. 9.] in cratibus et in vivariis. Oves textis cratibus clauderant; aves alebant in aviariis vel caveis, ἢ οἰκίσκοις: sic caveae multo frequentius vocantur quam οἰκήματα. ἢ οἰκίσκῳ forte scripserant Diodorus Sic. T. I. p. 603, 73. et Plutarch. T. II. p. 516. v. Ex marg. Steph. paulo post [lin. 11.] reciperem κρητῆρας ἐποιούντα Athenaeus IV. p. 146. v. ἐκπώματα ἀργυρὰ καὶ χρυσὰ καὶ κρητῆρας παρέρθοντο: his proxima [apud eundem Athen.] corrigenda sunt, ut coniecit Casaub. καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ δειπνοῦ· εἰ δὲ Εἰρήνης δις ἐστεινέτο, μεταλαμβάνων καὶ ἄριστον, ἀνάστατοι δὲν ἐργάζεσθαι αἱ πόλεις: quibus contraxit Herodoteum [cap. 120.] Abderitanis Megacreontis dictum. VALCK. — Equidem depravato aut defecto Athenaei loco aliam adferendam medicinam putavi. Apud eundem pro vitioso ἐστεινέτο, quod olim vulgabatur, recte ἐστεινέτο duo optimi codices dederunt. Postrema verba quae ex Athenaeo Valckenarius citavit, ex Nostri cap. 118, 3. mutuatus est Deipnosophista. S.

11. κρητῆρας ἐποιούντο) Valla [loco olim vulgati κρητῆρας] κρητῆρας habuit, non utique ex Codicum quorundam consensu spernendos. Vicina, [lin. 12.] interpunctione mutata in Arch. et Vind. πάντα μὲν ταῦτα τῷ τι βασ. praeter speciem nihil habent. Πάντα, superioribus nexa, reliqua mensae vasa itidem χρυσέα τι καὶ ἀργύρεα conmonstrant. WESS.

CAP. CXX. 11. διατριβῆται) Hesychii Διατριβῆται, ἀπολίσθαι hoc fonte manavit. Alioqui blandiri ἐκτριβῆται: Fragm. Paris. posset. Sophocles Oed. Tyr. vs. 435. σοῦ γὰρ οὐκ ἔστι βοτῶν κάκιστον ὅστις ἐκτριβῆται αἰ ποτὶ. i. e. ἀπολίσταται, perdetur, ubi recte de verbi virtute scholiastes. Synesius lib. I. Provid. pag. 108. v. ὅλως γὰρ ἐκτριβῆσαι τοὺς τὸ Σκυθικόν. Consequens ὁμοίως -- ἐκτριβέον [lin. 12.] Valla dedit ac si ὁμῶς foret, nactus plausum docti viri; cui meum iungerem, nisi ὁμοίως aptissime indicaret, et hos, etsi vehementer pressos, consimiliter imperata fecisse, uti

reliquae civitates. WESS. — Vide *Var. Lect.* ad lin. 12. Verbo *ἰκτρίβειν* notione τοῦ ἀπαλλύειν et διαφθίρειν utitur Noster VI. 57, 9. et 86, 66. Διατρίβειν eadem notione, licet caeteroquin nil obstet quo minus illo sic usum esse Herodotum credamus, vix ullibi, si unum hunc Nostri locum excipias, reperietur. Caeterum quantam apud Xerxem, splendide a se receptum, Abderitae gratiam inierint, memorat Noster lib. VIII. c. 120. S.

CAP. CXXI. 5. συντομώτατον) Hoc praestet, an συντομώτερον, a Valla expressum, non adfirmo. Xerxis exercitusque iter apud Diodorum XI. 5. prorsus idem. WESS.

7. τρεῖς μοῖρας - - δασάμενοι) Ex Suida [A Suida] ut Herodoteum enotatum ἰς τρεῖς μοῖρας, etsi schedae taceant, pro legitimo fortasse aliis putabitur. Sic lib. II. 147. ἰς δωδεκά μοῖρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. WESS. — Vulgatam iure praefert Gronovius lectioni quam Suidas praebet in voc. Δάσασθαι ἰς τρεῖς μοῖρας - - δασάμενος πάντα τὸν περὶ στρατόν. In istiusmodi locutionibus eleganter omitti praepositionem Casaub. docuit ad hunc Alexidis versum, Τὸ δ' ἄλλο σώμα κατατιμῶν πολλοὺς κύβους, apud Athen. VII. p. 324. c. [vid. Animadv. in Athen. T. IV. p. 429. nuperae edit.] quo L. Küster. usus est in Aristoph. Eq. vs. 765. Platonis e Timaeo, p. 35. B. ὅλον ἐν τούτῳ μοῖρας ὅσας προσήκει δίνειμεν, interpretatur Cicero: id ipsum in ea, quae decuit, membra partitus est: Chalcidius convertit, totum hoc unum divisit in partes competentes; nam sic scripsisse videtur. Hic sane subit mirari in Editionis suae margine scribentem H. Stephanum: Legendum videtur εἰς μοῖρας, quamvis nec apud Proclum extet haec praepositio: in adnotationibus in Platonem ista: Deesse videtur praepositio εἰς, - - et tamen alios inveniri scio huius scriptoris locos huic similes ubi non habetur. Ex istis locis hic est, in Critia p. 113. E. τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα πᾶσαν δίκα μίση κατανέμας. Theocriteis eam in rem mallem abstinuissent viri docti. VALCK. — Vide Nostrum II. 147, 7. et IV. 148, 14. cum *Var. Lect.* ad utrumque locum: et facile persuasus eris, praepositionem apud Suidam e scholio esse adiectam. S.

15. Σμερδομένης) Restituetur idem hic nomen, quod supra c. 82. praebebant Codices: illic qui dicitur Σμερδομένης, cur hoc in loco filius Otanis vocaretur Σμερδομένης?

VALCK. — Ex *Var. Lect.* in cap. 82, 4., collata cum scriptura quam h. l. exhibent libri, abunde intelligitur *Σμερδομένα*, non *Σμερδόματα*, nomen huius viri scripsisse Herodotum. Caeterum in *Var. Lect.* c. 82, 4. pro c. 122. repono c. 131 extr. et ibid. pag. 115. lin. 1. pro *Ald. Vind.* oportebat *Arch. Vind. S.*

CAP. CXXII. 3. διώρυχα --- διέχουσιν δι' ἐς κόλπον) Nostrum suo more scripsisse suspicor διώρυχα---ιστέχουσιν etc. Semel alibi διέχουσιν posuerant librarii loco simillimo, IV. 42. διώρυχα -- τὴν ἐκ τοῦ Νεῖλου διέχουσιν ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον: ubi nunc legitur ex Codicibus ἔχουσιν. Διώρυχα satis commendabunt, uetus *Herodoti*, et ad *Thom. M.* in Διόρυξ adnotatio *Hemsterhusii*, sic minuta quoque tractantis, atque isthac arte inimitabili, ut semper *Leidensem Criticum* agnoscas. VALCK. — διώρυχα operarum error editionem *Gronov.* invaserat: διώρυχα tacite reposuit *Wess.* ut habent superiores editi scriptique libri omnes. In διέχουσιν hic nihil variant libri: et pro ἔχουσιν, quod lib. IV. c. 42, 10. a *Gronov.* ex *Med.* receptum tenuerat *Wess.* et post eum alii, equidem probis ex codicibus consulto διέχουσιν revocavi, probum verbum, et peraptum utrique loco. Verbum ἔχουσιν, ut l. 180, 12. sic iam saepius alibi apud Nostrum ita positum vidimus, ut denotet dirigi, tendere versus aliquod extremum. Itaque compositum διέχουσιν (quamvis alias longe etiam diversa notione usurpatum) percommode significare potuerit pervenire, pertingere, pertinere usque ad illud ipsum extremum, quo tendebatur. S.

4 seq. Ἀσὰ τε πόλις καὶ Πίδαρος καὶ Σίγγος καὶ Σάργη) Urbium nomina legitima dedit *Wessel.* *Herodotea Dissert.* pag. 121. VALCK. — Πίδαρος verum oppidi nomen, sicuti sequentis Σάργη. Utrumque apud *Steph. Byz.* In priorē *Med.* et *Ask.* haesitant, à iusta scriptione, si iuventur, non alieni. Attigit urbem *Cl. Wasse* ad *Thucyd.* IV. 115., verum obscure. *WESS.* — Vide *Var. Lect.* In Latina vero versione nostra pro vitioso absumto candidus lector adsumto corriget. S.

6. ἱππὶς ἀπιδόμενος) Verbum ἀπιδόμενος *Cl. Gronovius* explicat; mihi ἀπιδόμενος plebeium non est, quippe *Herodoteum*. At gaudeat recente possessione. *WESS.* — ἀπιδόμενος

μνος Gronovius, ad thema ἀφίημι (puto) referens, nauticum illud exprimere ait velis immittere habenas. Ego, sicut simplex itero IX. 78, 3. ivit significat, sic ἀπίστο abiit, profectus est, intellexi. S.

10. Σεμύλην). Temerarium Maussaci, Οἰσύμην substituentis, coniecturam praeter Holstenium contudit H. Valerius ad Harpocratonem p. 125. Σεμύλη Ethnographo; cives Σεμύλαιοι Thucydid. I. 65. WESS.

CAP. CXXIII. 3. ἐπὶ Καναστραίων ἄκρην) ἐπὶ Καναστραίων ἄκρην, ne soloeca maneret oratio, Palmerius voluit. Καναστραίων Arch. sufficit, sicuti in Thucydidis IV. 110. atque aliis: Κάνα στραίων divisio vocibus Cellarius Geogr. lib. II. 13. p. 1050. advocat ex Galei editione, qui operarum error, notatus a Cl. Wasse ad eum Attici Scriptoris locum. WESS. — Nescio an Καναστραίων absque ἄκρην habeat Arch. quod quidem ex Var. Lect. a Wess. relata haud adparet: sicco vero pede hunc locum praeteriit Galeus. Quidquid sit, nullo incommodo ad Καναστραίων per adpositionem adiacere potuerit. S.

6. Θεράμβω) Haec Θεράμβος Steph. Byz., unde Θεράμβου Vossius ad Scylac. p. 62. Ed. Gronov., plausibili suspitione. Quod si oppidi tamen nomen Θεράμβος, Θεράμβης, Θερamboῦς pictum fuerit olim, quae Holstenii ad Ethnographum doctrina, Θεράμβω ex Θεράμβω descendet. Quae sequitur Sane, [lin. 7.] alia est ac c. 22. WESS.

13. Σμίλα, Αἰνία) Plerasque harum urbium Stephanus exscripsit; qui quoque Κρουσίς, μοῖρα τῆς Μυγδονίας ex Strabonis VII. [ubi tamen, quum defectus ille liber sub finem sit, verba ista hodie non reperiuntur:] ἀπὸ Κρουσίως, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ. Hinc ansa Cl. Pauw suspicandi, Κρουσαίη in Herodoto fuisse. Addere potuisset Κρουσίδα γῆν καλουμένην Thucydid. II. 97., et huius quidem tractus, tum maxime barbaros Crusaeos, βαρβάρους, Κρουσαίους καλουμένους, qui Paleneni olim tenuerunt, apud Dionys. Antiq. Rom. I. pag. 39. Utcunque coniectura, praesidio schedarum defecta, cesserit, regio Crossaea et Crusaea eadem, nec discrepat Theod. Ryckii (Diss. de Primis Ital. Colon. p. 443.) opinatio. WESS.

19. Σινδὸν τε πόλιν) Uter melius, Herodotus an Stephanus, urbis nomen edat, dubium: non enim apud alios

reperiri, verissime *Palmerius*. Χαλίστην [*ibid.*] plures Χαλίστην nuncupant: *Suidae* tamen Χαλίστρα πόλις. *Diodoro* T. II. p. 578. Χαλίστην, ubi alios excitavi. [Nil variant *Herodotei* codices hactenus excussi.] Ceterum regionem Βοττιαίδα, [*lin.* 21.] reversuram c. 127., Βοττιαήν *Thucydides* I. 65. et *Diodorus* XII. 47. scribunt. *Herodoteum* ex Βοττιαίος, quod incolarum nomen, formatur: unde Antiochiae βαμὸς τοῦ Βοττιαίου Διός, ab Alexandro Macedone constitutus, modo vera doceat *Libanius* Antiochici pag. 348. D.; Βοττίου Διός in *Malalae Chronogr.* p. 255., corrupte. *WESS.*

CAP. CXXIV. 7. ἐπὶ ποταμὸν Ἐχέιδωρον) Quum cap. 127. tres Codices isto amnis in titulo conspirent, et *Apollodoro*, *Ptolemaeo* atque *Etymologo* Ἐχέιδωρος aut Ἐχέιδωρος adpellitur, *Is. Vossio* ad *Scylac.* p. 61., ut fluvius suum sibi nomen reciperet, dedi, nec improbatum iri puto. *WESS.*

CAP. CXXV. 6. θωυμάζω δὲ τὸ αἶτιον) *Frigide* Nostrum *Aelianus* laudat, ὀλίγα δὲ Ἡρόδοτος ἦδει ἐξετάζων τροφήν τήνδε καὶ τήνδε κατὰ τὴν ἡδονὴν λεόντων Θρακίων. Fuerint enim leones illi occulta quadam naturae vi, φύσει τινὶ ἀπορήνῃ, et sauce improba in camelos, quos ante non viderant, incitati; mirum-ne accidet, in hos ruisse solos, nullo neque homine neque iumento laeso? *WESS.*

CAP. CXXVI. 4. ὃ, τι δὲ Ἀβδήρων etc.) *Aristotelem* huc spectasse *Hist. Anim.* VIII. 28., p. 254. (ubi ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ Ἀχιλῆους καὶ τοῦ Νίσου) monuit *D. Petavius* ad *Themist.* Or. X. p. 140. A., insuper ex *Dione Chrysost.* Or. XXI. pag. 269. c. adstruens, in Europa deinceps leonum genus defecisse. Certe de *Acarmania* locuples testis est *Agathion*, questus in *Philostrati* Vit. *Herod.* c. 7. magnum sibi fortunam negasse certamen, ἐπεὶ μηκέτι βόσκει λέοντας Ἀκαρνανία. Eidem rei *Io. Brodaeus* diligentem inpendit operam, *Miscell.* lib. VIII. 15., lectu oppido dignam. Deinceps ὑπολόπιω ἡπείρῳ [*lin.* 8.] scribatur, an ἐπιλοίπιω, ad sententiam nil proderit, quamquam ultimo *Scriptor* delectatur lib. VI. 3. alibique. *WESS.*

CAP. CXXVII. 10. ἐκ Κρησταναίης βίων) Inserto articulo scribendum: ὁ ἐκ Κρησταναίης βίων Ἐχέιδωρος μόνος οὐκ ἀντίχρησι τῇ στρατῇ πινόμενος. Frequentius in talibus locutionibus usurpantur οὐκ ἀντίχρησι, vel οὐκ ἀπύχρησι: quod

utrumque legitur VII. 196., sed et οὐκ ἀντίχρησι Herodoteum est: vid. cap. 187. VALCK. — Articulum ante ἐκ Κρηστ. ignorant libri omnes: et haud magno incommodo abesse videtur, quum praesertim haud multo ante idem memoratus fuerit fluuius, c. 124, 7. S.

CAP. CXXVIII. 1. οὐρα τὰ Θεσσαλικά) Rediit sollemnis scriptura: semper Θεσσαλίη, Θεσσαλῖος, Θεσσαλικὸς in Musis, Thucydide et veterum plerisque; quorum morem Cl. Wasse ad Thucyd. I. 20. docte exposuit. Eustathiana enim vocis pingendae consuetudo aliunde procedit, nec morabitur quemquam. WESS. — Capituli huius initium Eustathius attigit in Iliad. B'. p. 255. VALCK.

8. ἐς Περσικοῦς παρὰ Γόννον) Aldus ita et Mssti; etiam c. 131., editi vero c. 173. et 185. Bene μενοπτόλεμοι τε Περσικοῖ Poëtae Iliad. B'. 749. cogniti sunt; sed et solutae orationis usus, [caninam literam geminantis] atque ipsa gentis traditio apud Eustath. [p. 254, 12. ed. Bas.] ex Stephano, verum integriore, quam vulgo legitur. Γόννον quoque maluerunt, non Γόνον, quomodo Arch. iterumque c. 173., eodem Eustathio ad Iliad. B'. p. 335, 39. auctore. WESS.

10 seq. ἰσθὰς ἐς Σιδωνίην νῆα etc.) Semper Xerxes navem onscendisse dicitur Sidoniam, ὅπως τι ἐβέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι: sic recte scribit R. pro ται. VALCK. — ὅπως τι (pro ὅπως ται) scribi oportere, docti viri Pavius et Reiskius belle viderunt. WESS.

• 11. ἀνέδεξε σημήιον) Haec voculam videntur requirere, qua nectantur cum antecedentibus: ἀνέδεξε δὲ σημήιον καὶ τοῖσι ἄλλοις ἀνάγεισθαι. VALCK. — Nempe, quum ante ἰσθὰς nonnisi nudo inciso distincta oratio esset, videbatur ἰσθὰς ad superius ἐποίει referri: adeoque deinde requirebatur coniunctiva particula, quam quidem post ἀνέδεξε ignorant libri omnes. Recte Schaeferus ante ἰσθὰς paulo maiorem distinctionem, qualem et noster cod. F. agnoscit, posuit: atque ita commode procedit oratio; neque opus fuit δὲ particulā, quam post ἰσθὰς idem Schaefer. ex Arch. adscivit. Asyndeton amat Scriptor noster, qua magis animetur oratio: et credere fas est, coniunctionem illam in Arch. ex scholio (qualia multa ille codex habet) esse adiectam. S.

Herodot. T. VI. P. I.

A a

[15 seq. εἴτετο εἰ τὸν ποταμὸν etc.) Quid spectans interrogaverit hoc Xerxes, cap. 130. declaratur. S.]

CAP. CXXIX. 1 seqq. Τὴν δὲ Θεσσαλίαν λόγος ἐστὶ etc.) Strabo IX. p. 658. A. [p. 430. ed. Cas.] τὸ παλαιὸν καὶ ἐν μάλιστα, ὡς λόγος, τὸ πεδίον --- ὑπὸ δὲ σεισμῶν ἠγμάτων γαμίνου, καὶ τὴν Ὀσσαν ἀποσχίζοντας ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, δαίτῃσι ταύτῃ πρὸς θάλασσαν ὁ Πηνειός. Concinnant ista Herodotus, de quibus pauca quaedam excerpserit Eustath. in Iliad. V. p. 255. [pag. 337. ed. Rom.] Herodoto quoque ἔργῳ ἐπεσεισμοῦ videbatur ἡ διάσπασις τῶν οὐρίων: et Thessaliam ἐνομι dicuntur ἀναπτύξαντες Philostrato Icon. II. pag. 835. f. qui picturam nobis exhibet p. 831. Neptuni ἰκέοντος τῇ τρωαίῃ τὰ ὄρη: nam, quum Thessaliam scopulis inclusa teneret Peneo stagnante palus, et mersa negarent Arva coli, trifida Neptunus cuspidē montes Impulit adversos: tum forti saucius iacta Dissiluit gelido vertex Ossaeus Olympo: Claudian. de Raptu Pr. II. vs. 179. Secundum alios discessit Olympo Hercules gravis Ossa manu; et Diodor. Sic. IV. c. 18. Egisae hac de re videtur in libro nono Philippicorum Theopompus. VALCK.

4. τό, τε Πήλειον οὐρος) Qui celebratissimum montem Πήλειον dixerit, quaerere abnuo. Nostro Πήλειον lib. IV. 179., Homero, Straboni, Virgilio, Horatio aliisque audit. Iustum porro habendum ἀποκλήσει, vice ἀποκλήσει: Ionum ore tritissimi. WESS.

9 seqq. ὥστε ὧν ποταμῶν etc.) Series verborum, qualis Arch. et Ask. non displicet; εἰς αὐτὴν iniuriā Med. omittit; si tamen vera omissio, nec conferentis oculi alibi posita praeterviderint. Quo fuerit id cunque modo, ad sententiam requiruntur: illa redit ad superiora, [lin. 2.] ὥστε γι συγκαλημένην πάντοθεν etc. eaque illustrat. Pro quinque autem fluvii Scholiastes Apollonii quatuor annumerat, neglecto Onochono, tertium Πανισὸν adpellans. At idem in lib. IV. vs. 132. de amnibus, in alios lapsis nomenque pristinum ponentibus, τὸ δὲ αὐτὸ γίνεται ἐπὶ Ὀνοχώνου, τοῦ κατὰ Θεσσαλίαν, καὶ Παρμισσοῦ καὶ Σπερχιοῦ· ὅταν γὰρ εἰς ταυτὸ συνέμειναν πάντες, Σπερχειὸς καλοῦνται: insulse profecto, nisi tu corruptissima atque hinc refingenda decernas. WESS.

11. Ἀπιδανῶ) Apidano forma reddi poterit Nostro consuetu Ἠπιδανῶ. [nempe sic VII. 196, 12.] De istis quinque nobilioribus Thessaliae fluvii minime protrita notan-

tur in *Critique du Diction. de M. La Martiniere* pag. 340 et seqq. VALCK.

25. Ποσειδῶνα τὴν γῆν σείειν) Neptuni Ἐνοσργαίου, Σεισίχθονος, γαίης κινητῆρος cognomina nemo non recordatur. Terrae motus, hiatus, fluminum et fretorum ἐκρήγματα Neptuno apud Diodor. XV. 49. et Ammian. XVII. 8. credula superstitio contribuit: hinc δοκεῖ γὰρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος αἰσθῆαι, in Philostr. Vit. Herod. c. 6. Confer Icones Philostrati lib. II. 14., ubi pictura Neptuni, montes Thessaliae rumpentis. WESS.

CAP. CXXX. 5. ἀλλ' ᾗδε αὖτε) Nisi viae duces exitum digito monstrarint, verius videbitur ᾗδε αὖτε, nisi solus hic, de correctione Cl. Abresch. Diluc. Thucyd. pag. 605. Consequens, ex Homero propagatum, expressit Oppian. Halieut. II. vs. 121. Οὐρεσι τ' ἀμφοτέρωθε περιδρομος ἴσσι φάτωτο. WESS.

13. ὑπόβρυχα γινέσθαι) Aldinum ὑπό βρυχία aptavit artissime Portus, ὑπόβρυχα coniectans, quo nihil ex Arch. melius. Poëta Odys. E'. 319. Τὸνδ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, i. e. ὑποβρύχιον. Veniat-ne id vocabuli ex ὑπόβρυξ, an ex ὑπόβρυχος, ab Eustath. disputatur p. 1558, 54.; [Od. p. 228, 41. ed. Bas.] mihi prior placet derivatio. WESS.

CAP. CXXXI. 5. οἱ μὲν, κεινοὶ) Herodotea sunt ἰδόντες τὸν χώρον κινόν, vacuum, lib. IX. 56., et χώματα χῶσαι κινὰ, tumulos inanes, mssti ibid. c. 85. [et alibi passim.] Hesychius: Κεινόν, κενόν. Dictioni respondet quodammodo Beatæ Virginis, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπίστιστα κενούς, Euang. Lucae I, 53. WESS.

CAP. CXXXII. 2. Ἐνιῆνες hic et c. 185. in Αἰνιῆνες aut Αἰνιᾶνες, quomodo saepe aliis et Codd. quibusdam, converti necesse non est. Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἔποντο, Homerus Iliad. B'. 749. WESS.

2 et seqq. Ἐνιῆνες, Περιβοί) Huius utriusque populi sic mihi nomina scripsisse videtur Noster ad imitationem Homeri, cuius est in Ἰλ. B'. 749. τῷ δ' Ἐνιῆνες ἔποντο, μιν πτόλεμοί τε Περιβοί. Codicum in talibus aut nulla aut certe perexigua est auctoritas. Ἐνιῆνες non veniet, opinor, in controversiam, quod in Herodoto legitimum agnoverunt Ios. Wasse in Thucyd. p. 349. et Io. Davis. ad Max. Tyr. p. 604. [De Περιβοῖς vel Περιβαβοῖς vide ad c. 128, 8. nota-

ta.] Qui iuxta *Herodotum* petenti Xerxi terram et aquam dederunt novem Graeciae populi, iidem enumerantur *Diodoro Siculo* XI. cap. 3.; nam ibi, pro Ἀχαιοὶ τε καὶ Φθιώται, scribi facile posset, Ἀχαιοὶ οἱ καὶ Φθιώται, vel Ἀχαιοὶ οἱ Φθιώται, ut vocantur aliis et hic *Herodoto*; nisi consideraretur alibi tanquam diversi: vid. *Clar. Wess.* loc. cit. et T. II. p. 65. Hae novem de duodecim fuere gentibus, quae Amphictyonum concilii fuerant ab antiquis temporibus participes: ex Ionico Doricoque genere praecipui stabant pro libertate Athenienses et Lacedaemonii. Inter XII. gentes, olim τῆς Ἀμφικτυονίας consortes, ex *Theopompo* memorantur *Harpocrati* tanquam diversi Ἀχαιοὶ, Φθιώται: nisi et illic scribendum Ἀχαιοὶ οἱ Φθιώται, [aut nude Ἀχαιοὶ Φθιώται,] ut unius illinc gentis nomen exciderit; ut excidit nomen ex *Aeschine* de *Falsa Leg.* p. 43, 22. ubi inter nomina Ἰωνας et Περραιβοὺς libenter ponere *Ainάνας*: pro Μαλιεῖς [apud eundem *Aeschinem*] scribendum Μαλιίς: Μαλιίς dixit in harum quoque gentium recensione *Pausan.* X. p. 816. et *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 354, 34. hi plerisque sunt Μηλιεῖς. [et Μηλιίς Nostro.] VALCK.

6. πόλεμον αἰεράμενοι) *Portus*: αἰεράμενοι praesens est, loco aoristi pr. medii αἰεράμενοι: quod ipsum accipere, viam munientibus membranis, cur pigremur? Ipse cap. 156. dabit *Scriptor* αἰραμένους τε πόλεμον αὐτῶ. *WESS.*

6 seqq. τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε) *Iurisiurandi formula*, quo et Graeci in Persarum fautores et studiosos obligarunt, in *Diodori* XI. 3. leviter discrepat, ut ibi monitum. *WESS.*

9. τούτους δεκατιῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ) Secundum *Lytturgum* p. 158. et *Diodor. Sicul.* XI. c. 29., in eam sententiam iurarunt qui libertatem contra Persas tuebantur Graeci, antequam proelium inirent ad Plataeas; hoc autem temporis articulo eidem *Diodoro* lib. XI. c. 3. decrevisse narrantur, τοὺς μὲν ἰδελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἐλαμένους τὰ Περσῶν δεκατιῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὶ τῷ πολέμῳ κρατήσασιν. [conf. *Polyb.* IX. 39.] Hic decretum illud iureiurando traduntur adfirmasse: alterum iusiurandum, quod iurasse perhibentur ad Plataeas, *Theopompo* suspectum, illud non commemorat *Herodotus*. Huc pertinent incerti scriptoris verba apud *Suidam* in *Δεκατιῦειν*, ubi scribendum, ἐφ' οὗ, pro ἐφ' οὗ. [At, quemadmodum h. l. apud *Nostrium* in]

τούτοις, sic et ibi apud Suidam ferendum εἶναι οἷς videtur.] Quandoquidem hic Herodoto et Diodoro recensiti Graeciae populi, praeter Thebanos, plerique omnes coacti partes Persarum sunt sequuti, hoc iurando ceteri praesertim spectasse videntur Thebanos, ἰκοντι Μηδισαντας. Xenophon 'Ελλ. VI. [c. 3.] p. 347, 12., οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως εἶχον τὴν γνώμην, ὥς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον, δεκατιυῆναι ἐλπίς εἶναι: quae eadem paene leguntur p. 356, 14. [cap. 5. eiusdem libri.] νῦν ἐλπίς, τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατιυῆναι Θηβαίους. Atque id ipsum alteram illam formulam magis etiam reddit suspectam, quod in illa iurasse perhibetur apud Lycurg. pag. 158, 5. τὰς τὰ τοῦ βαρβάρου προσιεμένας (πόλεις) ἀπάσας δεκατιύσω: quo spectat et Aristid. T. II. p. 82., et huius Schol. in Cod. Msto Clar. Burm. p. 131. et p. 299. ubi ἴδωξιν, inquit, τὰς πόλεις τὰς μηδισάσας (imo μηδισάσας) δεκατιύσαι· ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι ἐπίσχον ὕστερον καὶ Θιμιστοκλῆς: priori loco Scholiastes Δεκατιύσαι interpretatur τὸ δέκατον μέρος ἀνελῆν. Budaeum sic miror in Herodoto verbum accepisse pro decimum quemque interficere. Romanis, ut notum est, decimari legiones dicebantur, resque Romanas tradentibus Graecis δεκατιυῆναι: [sic Dioni Cassio, locis in Reimari Indice citatis:] sed ab huius temporis Graecorum humanitate crudelitas ista prorsus abhorret. Recte τὰς πόλεις δεκατιύσαι apud Lycurg. H. Steph. interpretatur Thes. Ling. Gr. I. p. 937. τὰς τῶν πολιτῶν οὐσίας: et hic, ad solvendam Deo Delphico decimam adigere. VALCK. — In huius loci Herodotei mentionem incidens Creuzerus noster, Vir clarissimus, in Historicorum Graecorum antiquiss. Fragmentis pag. 178. monuit, collatis Xanthi Lydii verbis apud Strabon. lib. XII. p. 572. A. B. ed. Cas. cum alio Strabonis loco lib. VI. pag. 257. B. videri posse verbum δεκατιύσαι in isto Graecorum decreto ita accipiendum, ut ipsa hominum corpora Delphico deo fuerint destinata; puta, qui servituti fuissent addicendi ad opus faciendum in agris deo sacris; aut (quod in meam venerat cogitationem) deo in eam conditionem tradendi, ut ille, quid his fieri vellet, ediceret. Neque tamen omnino urget hanc interpretationem Vir eruditissimus; neque ego eam utique premendam censeo. S.

CAP. CXXXIII. 4 seq. οἱ μὲν αὐτῶν -- ἐς τὸ βάρεθρον) Quod vix definiri posse videtur scriptori des Essais de Crit,

p. 63., quodque fecisse suspicatur Spartanos, id Atheniensibus attribuendum vel ex Herod. liquet, et Suida in Ἀθηναίων καὶ Ἀγρ. Conf. Brisson. Regn. Pers. III. p. 413. Apud Herod., qui dixerat Ἀθηναίους καὶ Σπάρτην, οἱ μὲν αὐτῶν sunt Athenienses, οἱ δὲ, Spartani: sic I. c. 56. et alibi: sed et in his saepe fuit peccatum. [Nec vero constanter, uti hoc quidem in loco, formula οἱ μὲν ad eos qui priores nominati sunt, et οἱ δὲ ad posteriores refertur: sed haud raro etiam optimi Scriptores vice versa utuntur.] Atheniensium erat τὸ Βάραθρον: de quo I. Meurs. Att. Lect. I. c. 25. In barathrum morti damnatos saepe praecipitabant: ἕως τὸ Βάραθρον ἐμβαλεῖν dixerunt Alexis Athen. VII. p. 303. A. Plato Gorg. p. 516. E. Aristoph. Eq. vs. 1359. ubi Schol. B. τόπος... βαθεύς ὅπου καὶ τοὺς Δαρτείου πρίσβεις ἔβαλον: quos Herodoto dicuntur εἰς τὸ βαρ. ἐσβαλόντες. conf. Thucyd. II. 67. VALCK.

9. οὐκ ἔχω εἶπαι) In communi Atheniensium Pausanias adsentitur, privatim vero poenas Miltiaden luisse, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ τε καὶ εἰς τοῦ οἴκου ἀνδρὸς κατασκευάσαι Μιλτιάδου, quoniam is civibus auctor fuerat, ut legati violarentur atque in barathrum devolverentur, lib. III. c. 12. WESS.

CAP. CXXXIV. 4. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι, Ταλθυβιάδαι) De Talthybiadis bene a Gronovio dicta non retracto; quamquam γένος δίδονται [lin. 6.] ex scriptis malim. WESS. — Monuerat Gronov. non necessario requiri post ἀπόγονοι nomen Ταλθυβίων: quod illi quidem ultra concedimus, sed huiusmodi repetitionem nominum praesertim propriorum amare Scriptorem nostrum frequenter observavimus. S.

[5 seq. τοῖσι αἱ κερυκταί etc.) Conf. lib. VI. c. 60. S.]

7. καλλιστὴς ἦσαι θυμένωσι οὐκ ἰδύνατο) Interpretatione molliendum iudicabat Clar. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 435. Ego corrigendum suspicor οὐκ ἔγινετο. Hoc in ista saepe recurrente formula frequentatur; οὐκ ἰδύνατο, pro οὐ δύνατον ἦν, nusquam, opinor, vir literatissimus legerat: semel tamen occurrit οὐ δύναται, sed valde diversa structura positum, apud Herod. IX. c. 44., Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάλματα οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι: id est οὐκ ἔβηλε γενέσθαι, ut loquitur Xenoph. in fine lib. VI. Ἀναβ-
ίμοι μὲν οὐκ ἔβηλε γενέσθαι τὰ ἱερὰ: ubi paulo ante, θυμὸν αὐτῶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ἔγινετο τὰ ἱερὰ, ut pag. 224, 35. et Ἑλλ. III. p. 283, 19. Quando hostiis caesis laeta erant exta,

γίνεσθαι καὶ καλλιερῆν, θυομένους κατὰ τὰ ἱερὰ γίνεσθαι dicuntur, et simpliciter etiam τὰ ἱερὰ γίνεσθαι, quod apud eundem p. 234, 39. in Msto Cod. reddebatur τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι: apud Demosth. p. 775., γὰρ καλὰ -- τὰ ἱερὰ: et ἐκαλλιερῶμεν. vid. Clar. Io. Taylor in Lys. p. 32, 33. quique plurima collegit Des. Heraldus Advers. I. c. 5., Dukero citatus ad Thucyd. V. 54., ubi Lacedaemoniis τὰ διαβατήρια θυομένοις ὡς προὔχῳρει: cap. 55. et 116. οὐκ ἔλνιτο. Hoc Herodoto diceretur καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἔλνιτο, litare non poterant, sive consulentibus Deos laeta non erant exta; extis enim insperatis Deorum mentem scrutari, sive τὸ μαντιύεσθαι διὰ σπλάγχων, secundum Ammonium Θύεσθαι dicebant. VALCK. — Huc spectant quae commodissime a Schaefero, Viro tam diligente, quam doctissimo, ad Bosii Ellips. Graec. p. 213. adnotata sunt. „Istud καλλιερῆσαι θυομένοις οὐκ ἰδύνατο non tentasset (inquit) Vir summus (Valckenarius,) si meminisset, καλλιερῆν sic absolute dictum in ipso Herodoto se passim legisse. καλλιερῆ θυομένων, sacrificanti laeta fiunt exta. Subaudias tu τὰ ἱερὰ. Plene Herodotus IX. 19. καλλιερῆσάντων τῶν ἱρῶν, litato: ubi pulcre Vesselingius, exempla locutionis ellipticae excitans. — Nempe καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἰδύνατο idem valet ac καλὰ γίνεσθαι τὰ ἱερὰ θυομένοις οὐκ ἰδύνατο. conf. IX. 36, 3. Eadem notione etiam passivum verbum usurpatur, IX. 19, 8. ὡς σφι ἐκαλλιέρητο, i. e. ὡς καλὰ σφι τὰ ἱερὰ ἔλνιτο. S.

12. Σπερθίνης τε -- καὶ Βοῦλης) Magna utriusque in nomine discordia. Suidae in Βοῦλης dicitur legationis princeps Σπέρχης, et alibi illo in vocabulo, Plutarchoque Praec. Reipubl. Gerend. p. 815. E. Idem cod. Eton. edit cap. 137., indice Galeo, et Valla, uti videtur. At in Plut. Apophth. Lacon. p. 235. F. Βούρης καὶ Σπέρτης: Stob. Serm. VII. p. 93. Βούλης καὶ Σπέρχης. Quae ad Herodotea facili auxilio revocari possunt et debent. WESS. — Quod offertur ex Eton. codice, correctoris esse videtur, Σπέρχης: Nostro dicitur eorum alter aliquoties Σπερθίνης. Σπέρχης et Βοῦλης vocantur isti Spartiatae Luciano in Demosth. Encom. p. 513., Plutarcho T. II. pag. 815. E. et bis apud Suidam; atque ad istam normam nomina redintegranda sunt apud eundem Plutarch. T. II. p. 235. F. ubi Xerxi, virtutem Spartanorum miranti, eadem fere respondisse narrantur, quae nobis

ex *Sereni* scriptis *Stobaeus* exhibet, historiam eandem aliter enarrans p. 93. ex ignobili quodam *Theseo*. Haec pleraque ad manum fuere *P. Leopardo*: vid. *Em.* XIV. 18. VALCK. — In eundem *Sperchin* (sive *Herodoti Sperchiam*) lugubre carmen a Spartanis cantari solitum intelligebat *Toupius*, memoratum *Theocrito* Idyll. XV. 98. (vide *Wartoni Theocr.* T. II. p. 338.) Cui sententiae non ego quidem cum *Valckenario* (*Adnot. in Adonias.* p. 389.) illud opponam, quod de *Sperthia* eiusque collega, (ut qui salvi rediissent) non nisi lacta dici potuerint. Confici enim id carmen eo tempore potuerat, quo legati isti Spartani, ad certissimum (uti videbatur) supplicium subeundum, cui se ipsi destinaverant, domo proficiscerentur. S.

CAP. CXXXV. 4. ὁ δὲ Ἰνδάρνης) Prave in *Plutarch.* T. II. pag. 236. Ἰνδάρνης. *Hydarnes* cognomen Persicum est, atque in *Musis* crebrum. Mox a *Mstis* oblatum ἱστία [lin. 6.] blanditur. Ionicae sunt speciei, et *Herodoti*, ἱστία, ἱστιαγόριον, et quidni ἱστία; tamen οἴκατε πανδαυσίη τὴν ἱστιασθῆαι lib. V. 20. Porro εἶπετο λέγων τὰδε *Arch.* et aliorum, non abit a probato ἔφη λέγων, ἔφησε λέγων, lib. I. 125. VI. 137. etc. WESS.

11. διδόξασθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ) In hoc acquiesco, *Codicum* conspiratione bene munito. *Gronovius* enim libro *Florentino* nimium fidit. *Geminum* lib. IX. 47. ἐπὶ τι διδόξασθε εἶναι ἄριστοι, siquidem praestantissimi esse existimamini. *Hydarnes* autem ex *Demareti*, *Spartanorum* regis, apud *Persam* gratiosi, et reliquis familiaris, colloquiis atque exemplo de *Lacedaemoniis* talia. WESS. — *Gronovius*, licet in codice *Med.* διδόξασθε reperisset, tamen e superioribus editis διδόξασθε in contextu tenuerat, in *Notis* vero ex interlineari eiusdem codicis notula διδόξασθε unice probavit, interpretatus futurum erit ut videamini. S.

Ibid. διδόξασθε γὰρ) Hic posuisssem sinceram et veterem libri *Flor.* descriptionem, διδόξασθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἀνδρὲς εἶναι ἀγαθοί, ipsius enim iudicio viri esse videmini virtute praestantes. Quorumdam verborum sic usurpari praeterita monuit iam *H. Steph.* App. de *Dial. Att.* p. 142 seq. Hoc ipsum eodem modo posuit *Herod.* IX. c. 47., ἐπὶ τι διδόξασθε εἶναι ἄριστοι. VALCK. — Ab eodem themate δοκῶν vel δοκούν, pro communi δοκῶν vel δοξάζειν, est ἰδοξάθη, VIII. 124, 3. S.

CAP. CXXXVI. 5. οὐκ ἔφασαν, ὡς θεόμενοι) Quando voculas saepe copulat negantes, neque hic spernerem interiectam, οὐκ ἔφασαν οὐδ' ὡς θεόμενοι ἔπ' αὐτῶν ἐπὶ κεφαλὴν ποιήσιν ταῦτα οὐδαμᾶ. Sed et vulgata sic accipi possunt, ut cepit H. Steph. pro ἔφασαν οὐδ' ὡς θεόμενοι --- ποιήσιν. Ὡθεῖν ἐπὶ κεφαλὴν, praecepitem in caput dare, Ti. Hemst. attigit in Lucian. p. 213., cui illud ἐπὶ κεφαλὴν valde frequentatur; rarius adhibetur ἐπὶ τράχηλον ὠθεῖν, et ἐπὶ στόμα: quorum illud T. I. p. 437. hoc, μὴ καὶ ἐπὶ στόμα ὥσθ' με, forte reponendum T. II. p. 490, 35. pro vulgatis μὴ καὶ ἐπιστομίσθ' με, idem significans ac ἐπὶ κεφαλὴν. Homerea certe, ἱκινυλίσθη Πηνελόπεια - ἐπὶ στόμα, vertit Virgilius, pronus volvitur in caput: alibi Homero dicitur Κύμβαχος, unde Ἀντιμυβαχίαν olim lectum in Hom. Ἰλ. π'. 379. Hesychius explicat ἀνιτρέποντο ἐπὶ κεφαλὴν. ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖν est et Platonis de Rep. VIII. p. 553. v. Livius XXVII. 32. equus quum prolapsus per caput regem effudisset. Similiter forte scripserat XXII. 3., consulem lapsum per caput effudit: proclivis fuit error syllaba repetita lapsu super caput seribentis. VALCK.

8. ἀπομαχίσαντο τοῦτο) τοῦτο Vind., suspicionibus Cl. Pavii et Reiskii extusum, minime inprobum. [immo unice probum.] Appian. Bell. Hispan. p. 523. [c. 89.] καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς ἀπομάχοντο: [iterum ib. c. 90.] et Mithridat. p. 375. [cap. 78.] ἀπομαχομένων αὐτοὺς τῶν Ἀμισίων. Quo plura de genere Cl. Davisius ad Maximi Tyrii Dissert. I. pag. 499. Nec desero tamen vulgatum, siquidem eius structura haud insolens: talis sane Polyaei lib. VII. 6, 13. ἡ δὲ στρατὶς τοῦ Κροίσου ἀπομαχομένη ταῖς τοῦ Κύρου προσβολαῖς: talis Herodiani VIII. 2. τοῖς προσιούσιν ἀπομάχοντο. In προσκυνήσει, mortalibus neganda, paria Spartanis Callisthenes fecit apud Arrian. Ἀναβ. IV. 11. et Conon in Cornel. Nepot. c. 3. WESS. — Τοῦτο scribi malim; qua verbum usurpari structura docuerunt Davis. et Markland. ad Max. Tyr. I. 3. VALCK. — Probatissimi quique scriptores graeci, et in his diligens Herodotei styli aemulator Appianus, (nisi absolute posito utuntur verbo ἀπομάχεσθαι, quomodo etiam apud Nostrum I. 9, 2. ponitur,) aut cum nudo accusativo casu illud construunt, aut cum πρὸς praepositione. Apud Polyaeum I. c. Marklandus ad Maxim. Tyr. e mssis puto codd. τὰς - - προσβολαῖς, pro vulgato ταῖς προσβολαῖς ci-

tat. *Herodianus* norma, puto, non fuerit, ad quam *Herodoteum* exigemus sermonem. Simplex utique verbum *μαχισθαι* cum dativo construi casu satis notum est omnibus. Vulgatum olim *τούτῳ* ita defendere conatus est *Reiskius*, ut intelligeret *τούτῳ τῷ λόγῳ*, qua cum se defendissent oratione. Sic et *Larcher*. S.

[8. *διούτιμά σφι λέγουσι τὰδε*) Videri poterat *λέγουσι* esse tertia persona pluralis, nisi pronomen *σφι* adesset, indicans dativum illud esse participii a verbo *ἔφη* pendentem, quod *lin. 13.* consequitur; ubi, quoniam interiectis legatorum verbis interrupta est oratio, idem dativus *λέγουσι*, adiecta pro more Nostri *δέ* particula, repetitur, prorsus sicuti *cap. 141. lin. 11. col. lin. 7.* Itaque, quo clarius adpareret orationis connexio, non debuerat hoc loco *lin. 11.* post *τίσοντας* maioris distinctionis signum poni, nec ibidem *λέγουσι* a maiuscula *Λ* litera incipi: sed in hunc modum ista rescripta velim, *ποιήν ἱκαίνων τίσοντας*“ *λέγουσι δὲ αὐτοῖσι etc. S.*]

13 seq. *κίλους μὲν γὰρ συγχίαι τὰ etc.*) Legatorum ius, divino humanoque vallatum praesidio, *Xerxes* inter *τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα* recte ponit, admirabili *H. Grotii* solertia uberius firmatum *lib. II. Iur. B. et Pac. cap. 18.* *Persae* autem generosum et vere regium facinus merito *Libanius* miratur, *Panegy. in Iulian. p. 246. D.*, ubi haec, *κέρκυες ἠδίκητο παρ' ὅλης πόλεως, εὐκαταφρόνηται τῷ Μῆδῃ. καὶ ἅμα τὴν ἀνδρίαν τῶν αὐτοῦ διδόντων ἡσχύνθη*, ex scholio inserta, lenem orationis progressum conturbarunt, *Morellum*que in praecipitia egerunt. *WESS.* — Non immerito *Xerxi* videbantur *Lacedaemonii ius gentium* violasse, *συγχίαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα*, dum legatos suos contrucidassent: iuxta *Antiphontem* pag. 125, 26. *ἔστις - ἀνόμιμα τινὰ ἀποκτείνει, ἀσιβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεοὺς, συγχίει δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων.* Qui cadavera matris nolebant operimento tegi, *Ἄνδρας βιαίους* dixit *Eurip. Suppl. vs. 311.*, *Νόμιμά τι πάσης συγχίοντας Ἑλλάδος.* *VALCK.*

CAP. CXXXVII. 8 seq. *πρὶν ἢ ἐξῆλθε*) *Inprudens H. Stephani* *πρὶν ἢ ἐξῆλθον*, priusquam discessissent, [quod ille in marg. ed. sec. proposuerat.] ferri nequit. *Gronovius* optime. Sic *lib. VI. 108.* *Ἰαπίης μὲν δὲ ταύτῃ τὴν ὄψιν συνβάλετο ἐξεληλυθῆναι*, visum illud suam finem accepisse. [Conf.

ad VI. 80. 8. notata.] Pravum quoque Codicum, cum prava distinctione, ἰΦέρειτο. En ex lib. V. 58. ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔΦειρε. Atque haec quidem plana et certa. In causae explicatione et nexu plus difficultatis, cui Cl. de Pauw promta opera ita medebatur: τὸ δίκαιον οὕτω ἔΦειρε, τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς παῖδας τῶν ἀνδρῶν: iustissima de causa factum est, ut ea incideret in filios eorum, qui etc. Quae lenia sanequam et speciosa sunt. Sed tum τὸ δίκαιον οὕτω ἔΦειρε sequentibus unice aptum erit, quod procedere posse ambigo. Ut paucis absolvam, productior verborum series suspensam fecit orationem: si τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τουτίων, Νικόλαν καὶ Ἀνήριστον, τοῦτό μοι θυότατον ἰΦαίνετο, si ita fuisset, haesitandi cessasset occasio. Nunc, pluribus interpositis, addi necessum [certe mori Scriptoris nostri consentaneum] fuit, δῆλον ὧν μοι ὅτι etc. WESS.

12. ὃς εἶλε ἀλκίαις τοὺς ἐκ Τίρυνθος) Revocatum provocabulum [ὃς, pro quo olim ὡς editum erat,] laudatur merito. Cetera referebam Diss. Herodoteae c. xi. p. 195. ad *Halienses*, oram Peloponnesi maritimam prope Hermionem habitantes, τοὺς ὀνομαζομένους Ἀλκίαις in Diodori XI. 78. et *Thucyd.* I. 105. cum adnotatione Cl. Wasse. Et hos quidem τοὺς ἐκ Τίρυνθος, quoniam eius oppidi fuerunt coloni, auctoritate Ephori apud Stephanum in Ἀλκίαις et Τίρυνς. Ad eosdem recta ducet Arch. Ἀλκίαις, modo Ἀλκίους formes. Incoluerunt enim Ἀλκίην, desertam Pausaniae aevo lib. III. 36. dictique etiam Ἀλκιοί, teste eodem Stephanoque. Ob ista vertebam, qui *Halienses ex Tyrinthe* --- cepit. Consideravi deinceps, *Halienses* in ditione et solo fuisse Spartano, neque adeo *Aneristum* socios atque amicos voluisse intercipere: *Thucydidem* praeterea lib. II. 67. τοὺς ἱμῆρους τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμαχῶν, qui Peloponnesi oram navibus onerariis, ὀλκάσι, legebant, captos interemptosque ab Aneristo et consociatis, perhibere: inde haesitatio mihi. Habe ergo coniecturam, deinceps mihi cognitam, Cl. Corn. de Pauw, qua ὃς εἶλε --- ὀλκάδι καταπλάσαντας πληρεῖ Ἀνδρίων, qui piscatores Tyrinthios cepit, navi oneraria Andriis plena vectos. Andrios fuisse bello Peloponnesiaco, quod verissimum, Atheniensium socios, ξυμμαχῶν: eos autem a Thucydide Spartanorum atque Aneristi insidiis captos et contrucidatos tradi. Accedit, quod

ille neglexit, *Vallam* habuisse καταπλώσαντας, *navigantes*. Haec hactenus. Maiorem distinctionem post vocem ἀνδρῶν ex praescriptis non inmerito fixisse mihi videor. WESS. — Quos *piscatores* fuisse *Herodotus* scribit, eosdem fortasse *mercatores* fuisse contenderunt *Athenienses*. Forsan etiam primum quidem *piscatores* nonnullos, deinde vero etiam *mercatores* (ut quidem *Athenienses* praedicabant) interceptos homo ille occidit. S.

12 seqq. δ; ἡλι αἰτίας τοὺς ἐκ Τηρ. etc.) Obscuram historiae particulam suo more *Pet. Wesseling.* illuminavit in *Diss. Herod.* p. 195. Ex *Arch.* Ἀλίκας praebet *Galeus*. *Halienses* isti, Ἀλκίς, dicebantur et Ἀλικοί: oppidum ipsum etiam Ἀλίκη secundum *Pausan.* II. p. 196. citatum *Ios. Wasseo* ad *Thuc.* p. 67. Sed de *Haliensibus* interceptis ab *Aneristo* nihil aliunde constat. *Thucydidi* praeterea lib. II. c. 67. narrantur *Athenienses*, interfectis *Lacedaemoniorum* legatis, *Aneristo*, *Nicolao*, *Stratodemo* (sic nomen scribendum videtur, Στρατόδημος, non Πραπ.) vindictam sumsisse de iniuria, quam, gentium violato iure, priores intulerant *Lacedaemonii*, τοὺς ἐμπόρους, οὓς ἔλαβον, Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμαχῶν ἐν ὁλίαις περὶ Πειλοπόννησον πλείοντας ἀποκτείναντες. Sed, huc si spectat *Herodotus*, quomodo quæso mors legatorum divina potius quam humana videri poterat vindicta? *Negaverat* - ne fors, quod *Nostris* ex *Editis* posuisse videtur? Parentum quidem et maiorum delicta puniri credebantur in posteris; sed isthac in parte nihil fecerant illaudabile *Sperthies* et *Bulis*, cur filiorum mors homini superstitioso (nam talis fuit *Herodotus*;) videretur *Θεῖον πρῆγμα ἐκ τῆς μήνης*. Praeter ceteros legatos, *Corinthius* etiam *Aristeas* idem fatum *Athenis* subierat. Tandem mirarer equidem cur sic ista [*lin.* 6 seq.] scriberet *Noster*: τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. Ἐν τοῖσι; quibus tandem? Fac scriptum antiquitus: τοῦτο μὲντοι Θεῖον γὰρ οὐ φαίνεται γενέσθαι: et paulo post, [*lin.* 13 seq.] δῆλον ὦν μοι ὅτι Θεῖον οὐκ ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μήνης: sic si scriberentur alicubi, forent intellectu facillima. VALCK. — Mirum vero doctissimi Viri inventum: quod semel atque iterum disertissime adfirmat *Herodotus*, id eum praecise negantem fingere; et id quidem nulla prorsus cum specie veri. Quo magis *Larcherum* etiam mireris,

inane commentum cupide amplectentem. Idem *Larcherus* illud etiam premit a *Valekenario* constanti librorum scripturae oppositum, quaerente „in τοῖς; quibus tandem?“ Pulcre tamen noverat uterque Vir doctissimus, in τοῖς; Διότατον valere in τοῖς; Διότατον (i. e. Διοτάτας) γενομένοις. Sed nimirum ita praecellentissimam etiam mentis aciem praestringere valet praepudicato opinio animo insidens. *Herodoti* sententia, quam rectissime *Schulzius* perspexit, haec est: Talthyibii ira ob violatos praecones merito incumbere in Spartanos, donec effectum sortita esset, debuit. Itaque, quum duo legati, qui illius criminis culpam luendam in se susceperant, salvi sospitesque domum redierint, hoc mihi, inquit, maxime divinitus accidisse videtur, quod tamen filii eorumdem, longo quidem post tempore, suo capite poenas illius criminis Talthybio dederint. S.

16. προδοθέντις δὲ ὑπὸ Σιτάλκῳ) *Prodito in Thracia legatos* scribit *Herodotus* a *Sitalce*, *Teris* filio et ab *Abderitano Nymphodoro*. Secundum *Thucyd.* II. 29. initio belli Peloponnesiaci conciliaverant Athenienses sibi *Nymphodorum τὸν Πυθῶν*, ἄνδρα Ἀβδηρίτην (οὗ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σιτάλκης) δυνάμενον παρ' αὐτῷ μέγα: opera *Nymphodori* filius *Sitalcis* Atheniensis factus iuxta *Thucyd.* II. c. 67. legatos prodidit Atheniensibus. VALCK.

21. πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἰδέσθαι) Anno Olymp. LXXXVII. tertio: itaque annis post *Xerxis* in Graecos expeditionem quinquaginta duobus. Temporis ratio ex *Thucydide*, miserabilem eorum hominum casum lib. II. 67. describente, extra dubium. WESS.

CAP. CXXXIX. 1. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίη ἐξίργουμαι) Qui imitari voluit *Plutarchus*, dictum non expressit bene, ἔνθα κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐξίργουμαι γνώμην ἐπιπῦν, Tom. II. p. 1098. A. Tu vide superius c. 96. [Mox lin. 4.] Εἰ Ἀθηναῖοι etc. addicentibus schedis prudens *Gronovii* sollertia iustissime integravit. WESS.

10. πολλοὶ τειχίων καθῶνεις) Elegans figura; qua nescio quis apud *Eustath.* *Iliad.* p. 579, 20. [p. 287, 16. ed. Bas.] moenia, τὸ τείχος, ἱμάτιον πόλεως, vestem dixit urbis. Fortasse *Nostri* animo obversabatur *Homeri*, ἢ τί κεν ᾗδ' Ἀλκίον ἴσσο χιτῶνα κακῶν ἔνεκα, quo lapidibus indui, sive operiri potius, dignum significavit, *Iliad.* Γ'. vs. 57. Mox *Med.* ὑπ'

ἀνάγκης [lin. 12. pro ἀναγκῆς,] Ionicam speciem pessumdat. WESS.

10. ταχῆαν κιδῶνες) Hinc, opinor, ἔλαβεν ἀφορμὴν αἰτίου λόγου καὶ ὁ εἰπὼν τὸ τυῖχος Ἰματίων πόλεως, potius quam ex Homérico, Λαῖνον ἔσσο χιτῶνα, quo cum rectius contulisset Xenophonteum Ἐπίσασθαι γῆν Eustathius in Ἰλ. γ'. p. 287, 16. Dixerat autem Demades τὸ τυῖχος Ἐσθῆτα τῆς πόλεως; Athenaeo teste III. p. 99. v. Dudum ante Gronov. in proximis [lin. 11.] scribi potuerat προδοθέντες ἂν Λακεδαιμόνιοι, ex Valla, Arch. et Plutarch. de Herod. Malign. p. 864. a. cui haec, vere in laudem Atheniensium ab historico scripta, non adeo dixisse videtur Herod. εἰς τὸν Ἀθηναίων ἔπαινον, ἀλλ' Ἀθηναίους ἱπαιῶν ἢα κακῶς ἔπρ τοὺς ἄλλους ἄπαντας. Ista si ratio valet, nullus est historicus, quin accusari possit malevolentiae. In his rectius quam vulgatur legisse videtur Plutarch. ἀποδείξαντες ἔργα μεγάλα ἀπίθανον γέναιος. VALCK. — Vide Var. Lect. lin. 15. S.

22. σωτῆρας γινέσθαι τῆς Ἑλλάδος) Praeclara Atheniensium laus, ex praemissis leniter defluens, sed invidiosa, Plutarchoque ingrata. Leabonax Protrept. p. 174., expositis Atheniensium ad Artemisium, Salaminem, Plateas egregiis facinoribus, ὥστε εἰς τὸδε ἡμέρας σωτῆρας τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζεσθαι, subdit, haec aut spectans, aut popularium iactantiae velificatus. WESS.

23. οὐκ ἂν ἀμαρτάνοι τ' ἀληθείς.) Omnino corrigendum puto τ' ἀληθεύς. Ut ψευδῆναι τ' ἀληθεύς, sic dicitur ἀμαρτάνειν τ' ἀληθεύς. Lucian. de Hist. scrib. §. 9. ὁρᾷς ὅσον τ' ἀληθεύς ἡμαρτήκασι: atque istum casum constans poscit usus verbi etiam apud Herod. IX. c. 32. ἀμαρτάνων τοῦ χρηστοτέρου: c. 78. γνώμης ἡμαρτήκασι χρηστῆς. Antipho p. 158, 17. ἡμαρτε (vulgatur ἡμαρται) τῆς ὑμετέρας γνώμης: eiusdem est p. 154, 40. ἂν ψευδῆτε τ' ἀληθεύς. Incertus scriptor apud Suidam in Ἐξμῃ: πᾶσιν, οἷς ἐπίθετο τούτων ἡμαρτάνειν οὐδενός. VALCK. — Reclius οὐκ ἂν ἀμαρτάνοι τ' ἀληθεύς scite fingeat. At quid si λέγων repetendum Scriptor desideraverit? WESS. — Potuerat etiam κατὰ τὸ ἀληθές intelligere. Quidquid sit, in consensione librorum nihil tale debuit ab Editore mutari. S.

25. τοῦτο τὸ Ἑλληνικόν) Scribi malim οὕτω τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν, ὅσον μὴ ἐμῇσι, αὐτοὶ οὗτοι ἔσαν οἱ ἐπιγίγαν-

εις, καὶ βασιλῆα μιστὰ γὰρ θεοὺς ἀνωσάμενοι. Postremum [lin. 27.] tuetur Clar. Io. Taylor ad *Lysiae* Or. II. p. 41. Sed istam laudationem Funebrem *Lysiae* esse iudico, ut *Demosthenis*, quae huius nomen praefert: utraque defleat ab ista simplicitate nativa, et sophistae debetur. VALCK. — At in eiusmodi panegyrica quid aliud magnopere vel a consummatissimo expectes oratore, nisi sophisticam aliquam orationem ad ostentationem comparatam? Quod οὕτω pro τοῦτο maluit Vir doctus, et ego hoc malim. Sed vide ne idem τοῦτο valeat, scil. κατὰ τοῦτο intelligendum. S.

27. ἀνωσάμενοι) H. Stephani ἀνωσάμενοι [in Recens. Vocum Herodoteorum ab illo propositum] scripti Codices respuunt, sperniturque a Cl. Taylor ad *Lysiae* Ἐπιδάφ. p. 41. ob lib. VIII. 109. νόθος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι. Ea memini disputationibus vexari, sed animum nunc non percellentibus. WESS.

28 seq. οὐδὲ σφίσις χρηστήρια) Neque Athenienses ad Graeciam deserendam inducere potuerunt χρηστήρια φοβερά δίδοντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς διῆμα βαλόντα, quantumvis terrorem inauerent. Voculam καὶ si illic Codices omitterent, significaretur, quae aliis terrorem inderent oracula, non tamen Atheniensibus illa metum incussisse. VALCK.

CAP. CXL. 4. Ἀριστομένη) Eadem ac Ἀριστομένηα videtur, quae et Sibylla aliis διὰ μέτρων θεμολογεῖσθαι, carminibus vaticinatae fuerunt, in *Plut.* De Pyth. Oracul. p. 406. v. Τρεῖς tamen *Chiliad.* IX. 812. responsum illud *Bacidi* vati tribuit, errans longe. Initium Ὡ μέλει Cl. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 198. [p. 279. ed. sec.] illustrat. WESS.

5 seqq. Ὡ μέλει, τί κἀθήσθαι etc.) De his duodecim, octo versus paulo aliter scriptos *Oenomaus* praebet *Eusebii*, *Praep. Ev.* lib. V. [c. 24.] p. 216. Octavum et duo paene sequentes *Clem. Alex. Strom.* V. p. 728. subiectos primis duobus oraculi secundi. Quod versu dat *Eusebius* primo, πῶλον φύγετ' ἔσχατα γαίης, correctoris esse videtur, quem offenderit variatio numeri. Tentabat *Reisk.* ληπὼν φύγ' ἐς ἔσχατα γαίης: sic Latinum *fuge, φύγε*, Deus iam adhibuerit *Delphicus*! Sincerum non debebat incrustari: ληπὼν, φύγ' ἔσχατα γαίης, δώματα etc. [subintellecta ad φύγε vocula ἐς.] In sexto versu vulgatum, Συναγγενὲς ἄρμα, firmat *Eusebius*: Ἀσιν-

γενὲς legisse Vallam, eius monstrant Latina, sic primum forte scripta: *Et Mars acer equis urgens Asiagena currum*. Mars quidem *Asiagenes* dici potuit, ut L. Scipio *Asiagenes*, de quo vir magnus I. F. Gronovius egit: *Ismenias Thebagenes Varonis* apud Nonium p. 172. Θηβαγενής. Ἀσιαγενεὶς dixit Athen. XII. p. 550. E. et ὄνομα Ἀσιαγενεὶς, XIV. p. 653. B. VALCK.

10. Συμφυγενὲς ἄρμα) An tenebris vera *Aristonice* involvit, currumque Syrium maluit prae Asiatico? Haud scio; quamquam mihi Ἀσινγενεὶς arridet, notum vocabulum, Asiaticos indicans. L. Scipio *Asiagenes*, a Io. Fr. Gronovio egregie Livio XXXIX. 44. assertus, Obs. lib. IV. 25. et ἰσθδοῦχοι Ἀσιαγενεὶς Diodori XVII. 77. erunt pro testimonio: adde eiusdem scriptoris T. II. p. 604. Post pauca [lin. 15.] ἰδρωτὶ ῥεεῦμενοι ex Clem. Alex. ab Ionum sermone discessionem non faciunt. [Sed non utique ionicum loquendi morem sequi adsueverat Pythia.] De templis statuque sudantibus, ac veteratorum hoc in genere fraudibus, ad Diodori XVII. 10. WESS. — Foedum rursus typhothetae sphalma indignabundus animadverto, quod versum istum nostro in exemplo vitiauit. οἱ που νῦν ἰδρωτὶ scriptum oportebat. S.]

[16. κακῆς δ' ἐπικίδνατε θυμόν) Quamnam his verbis sententiam subiecerit Loxias deus, ipse dixerit. Mihi graeca ista aequae obscura ac Vallae latina, malis *effundite mentem*, quae quidem Schulzio video placuisse: nam et ille, postquam *Larcheri* gallica, *armez-vous de courage contre tant de maux*, explosit, similiter convertit, *effundite animum his malis*. Nam „tristissima (inquit) iis pronunciat deus, omnem spem salutis adimit.“ *Henr. Stephanus* Thea. T. III. p. 814. ait: „Fortasse iis verbis Pythia monet, ut dispiciant quo pacto possint occurrere malis imminetibus.“ Equidem, quum ἐπικίδνημι proprie inspergo significet, de pulvere salutari cogitavi qui vulneribus solet inspergi, hariatulusque sum, hoc dixisse oraculum, *spargite animi robur super mala*, id est, prouti *Larcherus* interpretatus est, *his malis opponite animi robur*. S.]

CAP. CXLI. 2. προβάλλουσι δὲ σφαιρὰς αὐτοῦς etc.) Laurentii Latina, quibus inter se agitantibus tam triste responsum, iniuria tolerabantur. Nil tale in προβάλλειν, quod Pavius et Abreschius perspexerunt, trito in periculis et abiectioe animi. Euripides Rhes. vs. 183. χεῖρ' ἐπ' ἀχίους πο-

νῆν, ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοις δαίμονος. Mens consultorum et paene ominoso oraculo desperantium nunc in aperto. WESS. — Significare ista non potuerunt Graeca: quibus inter se agitantibus tam triste responsum. Mihi sententia poscere videbatur anxiiis, vel animum despondentibus, vel simile quidpiam; qualis sensus phrasi καταβάλλειν ἑαυτὸν nonnunquam adaptari potest: alii nos forte docebunt προβάλλειν ἑαυτὸν vel in istum sensum usurpari, vel in alium, qui hic narratis congruat. VALCK. — Perapta huic loco foret sententia, quam proposuit Wesselingius: modo iste verbi usus certa niteretur auctoritate. At apud Euripidem quidem l. c. ψυχὴν προβάλλειν non est animum abiicere, sed vitam obicere aleae fortunae, vitae periculo se obicere; quod alias παραβάλλειν. Nescio an προβάλλουσι ἑαυτοὺς significare possit humum sese prostraverunt; quod nimirum desperabundi facere subinde adsueverunt. S.

3-5. Moestis auctor fuit Timon, ramos ut oleae gestantes, tanquam supplices, Deum iterum adhiberent: in quibus ἱκετηρίας λαβοῦσι, pro ἱκετηρίην, habent Arch. et Valla. VALCK. — Omissa ὁμοία τῷ μάστιγα ab Arch. prave sunt. Vide Gronov. ad II. 57. WESS.

13 seqq. Οὐ δύναται Παλλὰς etc.) Ore liberrimo totum exagitat oraculum Oenomaus Eusebii, Praep. Ev. [V. 24.] p. 216, 217. Qui oraculi praeter illum secere mentionem, prioribus versibus aliquot omissis, controversos praesertim attigerunt: hos inter, singulas oraculi partes pensiculate pertractavit homo superstitiosus explicuitque Aristides, in Apolog. pro Themistocle T. III. p. 346. et seqq. illinc orsus ὃ πάντες θρυσσάουσι, Τύχος Τριτογενεῖ etc. In versum tertium [lin. 15.] coniecturam Reiskius proposuit, qua formam iterum Poëtarum Deo contribuit poëtis inauditam, πιδάσας [pro vulgato πελάσας]: in πιδάσας syllaba longa fulcri non indigebat. Paulo quidem obscurius, quod firmitum erat instar adamantis futurum, dicitur ἀδάμαντι πελάσας. Sensum perspexit vir eruditus in Actis Lips. Ann. 1760. p. 222. VALCK.

15. ἀδάμαντι πελάσας) Fr. Vigerus in Eusebio vertebat, quod indomita cognovi ex virgine; Ἀδάμαντα Minervam ἀδάμαντον, cuius hic res agebatur, intelligens, pro oraculi tenebris non imprudenter. Malunt alii πελάσσαν, referen-

Herodot. T. VI. P. I.

B b

dum ad ἔπος: videlicet *verbum tibi proponam, quod adamantinum est*, et ad lapidis eius naturam accedit proxime. Certe ἀδάμαντι δίδειμι, quale Dionysii Siculi imperium in Diodori XVI. 5. ferebatur, hoc est, *bene firmum et stabile decretum* Pallas canit. Conf. Perizon. et Kuhn. ad *Actiani* Var. VI. 12. Praeterque ceteros *Rittershusium* in *Oppiani* Cyneg. III. vs. 240. Congruit *Homeri Iliad. A'. 204.* ἄλλ' ἐν τοι ἱρίῳ, τόδε καὶ τετελεσθαι οἶω, nuper providē cum hoc ab erudito viro *Act. Lipsiens.* 1760. p. 221. comparatum. *WESS.* — *πιδάσσαι* probavit *Larcher.* in *Notis* ad h. l. *πιδάσας* *Bothe* ad *Terent.* p. 466. Ex librorum praescriptis, quibuscum *Eusebius* consentit, teneri *πιδάσας* debet. Masculinum genus ad *Apollinem* referetur, qui hoc oraculum edens fingitur. Verbo activa notione posito, sententia erit *adamanti adpropinquare faciens hoc verbum, i. e. adamanti simile reddens, adamantis in modum illud firmans.* §

18. Τριτογενεῖ) *Vigerus* *Τριτογενεῖν* maluit, κατὰ συνήθειαν pronuntiandum, nec *Pass.* scriptura abludit. Contra tamen *Polyaenus, Theodoretus* et *Codd.* plures veniunt, tumque *Τριτογενῆς* *Minervae* in *Hesychio* et *Suida* titulus. Notavit doctissimus *Berglerus*, versum a *Tzetze* in *Homeri* via apud *Lipsienses* manu scripta, Τίτχος Ἐπιχρίδαιος ἔβλεπον καὶ εὐρύσκα Ζεὺς, edi. *WESS.*

CAP. CXLII. 4. γνώμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι) Non inprobabilis ordinatio verborum ἄλλαι καὶ πολλαὶ ἵκνυντο in schedis. Αἰδοῖ συνεστηκυῖαι μάλιστα, [lin. 5.] maxime solidae, ex opinione *Gronovii*; aut maxime probabiles, quomodo *Pavius*; mihi contrariae et pugnantes, ob dicta lib. I. 208. videntur. *WESS.*

8. ῥήχῃ ἐπίφρακτο) Huius non meminerat loci *Io. Mari.* in *Cecrop.* c. 4.; *Herodoti* namque nititur auctoritate, quod illic tradunt *Syrianus* et *Sopater*: ille, οἱ μὲν, αἰτ, συνβουλευούσιν ἔχισθαι τῆς ἀκροπόλεως ῥήχῃ γὰρ ἐπίφρακτο. *Sopater* arcem scribit ποτίνοις τότε ποκνοῖς καταπεφραγμένην: legerat, ita suspicor, in *Glossario veteri*, quod nobis tradit *Pausan.* II. [c. 32.] p. 188. ῥάχους καλοῦσι Τροιζήνισι πᾶν ὅσον ἄμπετον ἰλαίας, πέτιον, καὶ Φαυλίαν, καὶ ἀγριέλαιον. Ex *Herod.* sua quoque sumsit *Aristid.* in *Themist.* Tom. III. p. 307. αἱ αὖ περιεσθῆναι τῆς ἀκροπόλεως ἔχισθαι πεφραγμένην (εὐτὼ περιεσθῆναι) πεφραγθῆναι γὰρ αὐτὴν ῥάχῃ τὸ ἀρχαῖον, καὶ τὸν χρησμὸν εἰς τοῦτο

Φέρειν. Schol. ms. ἀντὶ τοῦ τετελεχίσθαι· ῥάχος δὲ ἴστιν εἶδος ξύλου. Herodotea forma vocis ῥῆχος in Gloss. Herod. Suidae, Hesychio redditur φραγμός. VALCK. — De tono vocis vide Var. Lect. De interpretatione responsi in istam partem conf. lib. VIII. c. 51. S.

14. Ὡς θείη Σαλαμῆς) Caliginosam horum ambiguitatem Oenomaus perstrinxit egregie apud Euseb. Praep. Evang. V. 24., Momusque Luciani Iov. Trag. c. 20. Dubia Pythiae more sunt, Persis aequae ac Graecis, si eventus respondi- set, damnosa. WESS.

CAP. CXLIII. 4 seq. Εἰς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρη- μὲνον ἰὸν κως) Refingunt ultima ἐτεόν κως, revera, aut, pari notione, ἰόντως, Reiskius et Abreschius; quibus pro opera, qua uti non licet, magna gratia. Malim, Valla et scriptis monitoribus, τὸ πάθος εἰρημένον, dicta calamitas, atque in structura εἶχε ἰὸν κως, quae, uti pulcerrime no- runt, genio sermonis congruit. Proxime iunctum οὕτω ἡμῖν Arch. et Vindob. nihil Florentino, [in quo οὕτω μιν] viro Celeber. quodam modo fatente, cedit. Libera proin electio. Themistocleam autem oraculi enodationem Plutarchus in Imperatoris Vit. p. 116. E. et post eum Polyaeus I. 30. praeclare a Piersono ad Aelium Herodianum [cum Moeride editum] p. 438. instauratus, commemoraverunt. WESS.

Ibid. Εἰς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος) Τὸ πάθος praebent Valla, Arch. et Eton. Ubi vulgatur πάθος in Soph. Antig. vs. 73., vetus fuit in Scholiis custodita lectio ἔπος. Mox εἰρημένον ἰὸν κως, ut Reiskio, mihi quoque videtur incom- modum: ἰόντως, revera, non esset absurdum. εἰ ἰόντως, si revera clades ista praedicta spectaret Athenienses, οὐκ ἂν οὕ- τω οἱ (sic Koenius corrigit pro μοι) δοκίμην ἡπίως χρησθῆναι: [et commode μιν dedere probati libri.] Sed Deum potius fuisse dicturum, Ὡς σχετλὴν Σαλαμῆς, ἀντὶ τοῦ θείῃ, sive Ὡς δειλῇ. Similia leguntur apud Plutarch. in Themist. p. 116. E. et Polyaeus. I. c. 30, 1. ubi eleganter Piersonus emendat, καὶ ἡ νίκη τὴν ἐξήγησιν ἐπιστώσατο. Themistocles enim, respon- sa secutus, Obruit Eoas classes, urbemque carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas: Claudian. de Mallii Theo- dori Cons. vs. 150. VALCK. — Non iuncta intelligi de- bent εἰρημένον ἰὸν, sed naturalis verborum structura in hunc modum concipienda: εἰ τὸ ἔπος εἰρημένον εἶχε ἰὸν κως

εἰς Ἀθηναίους: et εἴχι ἰὸν idem valebit ac εἴχι ἰόντως. Vocab. παῖθος autem haud dubie e scholio invecum. Δ.

14. αἰρετώτερα εἶναι μᾶλλον) Neglectum in Codicibus quibusdam μᾶλλον mordicus teneo: offendit librarios intendendi vox comparatis addita, uti Thom. Magistrum et alios isto de grege. Nostri sunt, μᾶλλον ὀλδιώτερος, lib. I. 32, 2., κερδαλιώτερον μᾶλλον, IX. 7, 1., a Porto enotata: Aeschyli, μᾶλλον ἰνδικιώτερος, in VII. c. Theb. vs. 679., ubi plura Abreschius. Mitto Budaeum, Nansiumque in Paraphr. Nonni c. IV, 259., siquidem cumulatissime Wetstenius ad S. Pauli Epist. ad Philipp. c. 1, 23. WESS.

CAP. CXLIV. 4. ἐν τῷ κοινῷ) Series hoc requirit, ἐν τῷ κοινῷ, in aerario; neque Reiskium fugit. Tale Thucydidis I. 80. οὐτε ἐν τῷ κοινῷ ἔχμεν: ubi bene Schol. ταμίῳ δηλονότι. Laurium montem, [lin. 5.] in quo Atheniensium argenti fodinae, Λαύριον et Λαύριον scribi, ex aliis ad Thucyd. II. 55. Dukerus docuit, et Casaubonus in Strab. IX. pag. 612. [ad p. 399. suae edit.] hanc rem illustrans. WESS.

Ibid. τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφί προῆλθε) Quum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret; ille persuasit populo, ut eā pecuniā classis centum navium aedificaretur: Corn. Nepos Themist. c. 2. Plutarchus Themist. p. 113. c. eadem narrat ex Herodoto, τὴν Λαυριτικὴν πρόσδοον vocans ἀπὸ τῶν ἀργυρείων μετάλλων. Quomodo hoc civibus persuaserit, parataeque fuerint triremes, aliunde tradidit Polyaen. I. c. 30. p. 64. De metallis Laurioticis Is. Casaub. egit ad Strabon. IX. p. 613. VALCK.

5. ὄρχηδόν) Laurentius ex Hesychii et Scholiastae interpretatione ὁβηδόν, viritim in singulos puberes Latine dedit: prius satis explicabat negotium, Porto recte iudicante, eiusque ignaro Tan. Fabro Animadv. in Luciani Tim. cap. 2. [Timon. c. 37.] Illi ὄρχηδόν, quasi κατ' ὄρχους, qui mares virosque suo testimonio demonstrant; huic κατ' ὄρχους, una serie, uno et perpetuo ordine, atque ita viritim: cultius opinor et origini congruentius. [Eamdem originem vocis (merito, ut mihi videtur) tribuit Reisk.] Ridicule Morellus (quidni enim his accederet?) illa Libanii Or. de Saltator. p. 512. c. διόπερ καὶ τοῦνομα τοῖς ὄρχησταῖς, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ περὶ τοὺς ὄρχους σκισημάτων, et ea propter nomen saltatoribus datum a tripudiis circa testiculo salientes in primordiis artis Latina fecit, WESS.

Ibid. ἔμελλον λάξασθαι ὄρχηδόν) Hinc primum *Hezychio*, pro Λάξασθαι κληρώσασθαι: restitui debet Λάξισθαι: alterum, non fuit in usu; uti nec ἀπολαύμψασθαι: cuius loco recte positum ex Codd. III. c. 146., ἔμελλεν ἀπολαύμψασθαι. Deinde soli forsan ex veteribus usurpatum Nostro Ὁρχηδόν, a Grammaticis redditum per ἡβηδόν, significat viritum, ἀνδρακῆς Homero, (vid. G. Canter. Nov. Lect. III. cap. 25.) id est κατ' ἀνδρα: proprie, ut puto, κατ' ὄρχης, testiculatim; huc enim in ista voce Nostrum potius opinor respexisse, quam quo putabat T. Faber in *Luciani Timon*. T. I. [ed. Hemst.] p. 148 seq., vocem ἡβηδόν docte pertractans. Corruptus est in hac voce Schol. ineditus in *Aristid. Them.* in Codice certe clar. P. *Burm. Sec.* Postquam originem ille tradidit belli Aeginetis illati, ἐκλιόνασιν, inquit, τότε Ἀθηναίοις τὰ μέταλλα τοῦ ἀργυρίου ταῦτα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι ἀρχηδόν μερίσασθαι, τοῦτ' ἐστὶ τοὺς ἀνδρας μόνον καὶ τοὺς παῖδας. Nemo his lectis dubitabit quin scribi debeat ὄρχηδόν: in viros. *Plautus Aulul.* II. 1. vs. 30. Nostrae qui est magister curiae Dividere argenti dixit nummos in viros. Athenienses libera republica semper fuerunt hirudines aerarii. VALCK.

8 seq. τὸν πρὸς Αἰγινήτας λῖγων) Multo mihi id cultius quam λῖγων. Themistocles enim *Aegineticum bellum*, τὸν πόλεμον, quod illud tum arderet maxime, dicendo innuebat. Huc, quae continuo cohaerent, tendunt planissime omnia. Nec *Plutarchus Themist.* pag. 113. D. disconvenit; in triremium, quas centum constructas asseverat, *Corn. Nepotis* c. 2. consensu et *Polyaeni* I. 30, 5. gaudens. WESS.

Ibid. τὸν πρὸς Αἰγ. λῖγων) Postremum, neglectui habitum, primum mihi videbatur mutandum in λόγῳ: sic bellum cum Aeginetis Themistocli haec suadenti fuisse tantum diceretur praetextus, ut revera fuit; graviora bella, quae erat perspicacia, facile praevidenti. Sed quia margo Steph. dat λῖγων, hoc sincerum arbitror; bellum intelligens cum Aeginetis, quod instabat; hoc saltem intellectum voluit. *Isocrates Panathen.* p. 277. D. ἔλεγεν, ὅτι σὺ μὲν πεποιήσαι τοὺς λόγους, ἐγὼ λῖγων. *Cicero de Finib.* V. 3. Hoc inquit non poterit sic abire, cum hic adsit, me autem dicebat. VALCK.

CAP. CXLV. 1 seq. τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων) Aut in his, sed potius in proximis, τῶν τὰ ἀμείνω φρονούν-

των, articulus τῶν videtur superfluous. Horum τὸ καὶ τὸν ἐν-
δριον fuit in Isthmo, sive Corinthi, secundum *Diodor.* initio
lib. XI. et *Herod.* VII. 172. ubi memorantur πρόβουλοι τῆς
Ἑλλάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολλῶν τῶν τὰ ἀμείνων φρονούντων
περὶ τὴν Ἑλλάδα. VALCK. — Immo recte *lin.* 1. et 2. utro-
bique suo loco stat articulus. οἱ περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἕλλησι di-
stinguuntur a Graecis Asiam et Thraciam incolentibus:
οἱ τὰ ἀμείνων φρονούντες opponuntur eis qui ad Medorum par-
tes inclinabant. S.

4. Deliberantibus visum est, πρῶτον μὲν χρημάτων πάν-
των καταλλάσσεσθαι τὰς τι ἔχοντας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἰόντας
πολίμους. Themistocli tribuit hoc *Plutarchus*, ut omnium
quae fecerit maximum, in *Themist.* pag. 114. F. In istis
Herodoti scribi potuit olim πρῶτον μὲν χρημάτων πάντων: sed
puto equidem scribendum πρῶτον μὲν πραγμάτων πάντων.
VALCK. — Qui πραγμάτων corrigunt, *Leunclavii* errorem
errant, *Xenophontea* Κυρ. παιδ. I. pag. 124. F. ἐκ πολλῶν δὲ
καὶ πονηρῶν χρημάτων consimiliter mutantis. *Prudentior*
Portus: χρήματα res saepe quascunque signant. *Theognis* vs.
461. μηδὲ μολίνα χρημάτων, τῶν ἀνυσι γίνεται οὐδέμια: neque
animum rebus intende, quarum effectio nulla, vere *Sylburgius*.
WESS. — *Reiskio* iudice, χρήματα hic idem sunt atque
χρεῖαι, res factu utiles atque necessariae. S.

6. ἔσαν δὲ πρὸς τινὰς καὶ ἄλλους ἐγκτεχρημένοι) Altera
mihi coniecturarum *Reiskii* venerat in mentem, ἐγκτε-
ρημένοι. Latine quoque dicitur bellum in manibus esse.
VALCK. — *Portus* ἐντεχρημένοι ex ἐνχεράμαι, bella quae in
manibus habebant, in τῇ χρήσει ἦσαν. *Reiskius*, levi mutatione,
ἐντεχρημένοι, quae quasi in mixtura erant, ob lib. V. c. 124.
καὶ ἐνχερασάμενος πρήγματι μεγάλη: quod vereor ut geminum
haberi queat. Mallem ἐντεχρημένοι. WESS. — Vulgatum
tenendum censens *Larcher* (cum *Dammio*, *Lexic. Etymol.*
p. 2762.) interpretatur bella conserta cum alijs populis.
Eadem *Schulzii* sententia, intelligentis bella impacta, i. e.
conserta. *Schneiderus* quidem in *Adpend. Lexic. crit.* vitio-
sam iudicat scripturam vulgatam. S.

13 seq. κελύουσιν τας βοηθείαν) Puto συνθησόμενους [futu-
rum participii, in quod *lin.* 11. consentiunt libri] pon-
dus addere recepto ex schedis participio. Haec vero luxa-
ta et manca decernens vir eruditus, sua de penu in Mi-

scell. Lipsiensibus adstruit, καὶ γὰρ οἱ τε ἔσθαι περιγινώσθαι συμφρονήσαντες, ἢ ὡς ἐν τῇ γένετο τὸ Ἑλλ., posse enim periculum effugere, si conspirent, si unum quasi corpus fiat Graecia natio. Quam quidem liberalitatem illi cupide redono, nihil contra tabulas innovandum opinatus, praesertim re plana et oratione iusto tramite eunte. WESS. — Qui locus difficilis et luxatus videbatur, aliis opinor facilis erit intellectu. Synedri legatos mittere decreverunt ad Gelonem, ad Corcyraeos, in Cretam, Φρονήσαντες, hoc consilio, vel hunc in finem, ut, si fieri posset, inter omnes Graecos coalesceret concordia, mutisque viribus Persam repellerent. Rarius illud συγκύσαντες [lin. 15.] supra lib. III. c. 82. restituit explicuitque Vir celeberrimus. VALCK. — Vide Wessel. ad III. 82, 22. S.

17. οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω) Mirum laudationis genus. Valla expresserat, nec multo minores quam Graecorum, tanquam ex μέζω. Quod si foret, praeferrem τῶν οὐ πολλῶν ex scriptis, ut nullis Graecorum, modo ne admodum validi fuerint, vires Gelo habuerit minores. Πολλὸν et πολλὴν eam admittere notionem, cognitissimum est. Philostratus Vit. Apoll. VI. 3. πολλὴν γὰρ ἡγοῦμαι τὴν θῖον, potentem valentemque, Euripidis pr. Hippol. exemplo, Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοῦν ἀνώνυμος θεία κέκλημαι Κύπρις. In Pavii etiam coniecturam μέζω venit, talem utique mansuram, donec aliunde melior medicina. WESS. — At nulla opus est medicina: bene habent omnia. Nullis non Graecanicis rebus longe maiores esse praedicabantur res Gelonis: i. e. Nullus erat Graeciae populus, cuius potentiam et opes non superare dicebatur Gelonis potentia. Perspecte hunc locum cum eis contulit Hermannus, (Adnot. 29. ad Vigerum,) ubi οὐδὲς ὅστις οὐ graece dicitur, ut latine nemo non; velut apud Nostrum III. 72, 13. et V. 97, 12. nec vero idoneam video caussam cur h. l. cum eodem doctissimo Viro aut καὶ ante οὐδαμῶν adiciendum, aut μεγάλην delendum censeamus. S.

CAP. CXLVI. [5. βασανισθέντις torti reddidi cum Valla: et denotat quidem βασανίζειν quaestionem habere de reo, nec tamen utique admotis tormentis. Itaque repositum malim interrogati convictique. S.]

15. ταῦτα θηπέμενοι) Leve hoc, sed postulat scriptoris

mos. Supra cap. 44. *Θνεύμενος* δὲ, et c. 212. λέγεται βασιλεὺς *Θνεύμενον*, quod rexit lib. VIII. 88. *Apollon. Rh.* I. 436. γῆθει δὲ σίλας *Θνεύμενος* Ἰδμων. Merito autem generosum hoc Xerxis facinus laudibus a *Polyaeno* fertur lib. VII. 15, 2. et *Plutarcho* *Apophthegm.* p. 173. c., cui magnum illud et memorabile P. Scipionis apud *Polyb.* XV. 5. *Liviumque* lib. XXX. 29. concedit nihil. WESS.

Ibid. ἰπὸν δὲ *Θνεύμενοι* ἴωσι πλήρεις) Hinc *Θνεύμενος* a *Porto* receptum: sed more Nostri scribendum *Θνεύμενος*. A *Θάω*, praeter *Θαύω*, *Θαῦμα* etc. fluxerunt *Θεάομαι*, *Θαίρμαι*, et *Θάομαι*: hoc Ionicum et Herodoteum. Speculatores Xerxes dimitti voluit incolumes, postquam ista spectandi satietate cupiditatem explevissent. Non illaudabile superbi Regis factum *Polyaenus* enarrat lib. VII. c. 15, 2. et huius simile viri vere magnanimi P. Corneli Scipionis VIII. 16, 8. *Livio* narratum XXX. 29., qui speculatores per castra qua vellent circumduci iussit; percunctatusque, satim per commodum omnia explorassent, datis qui prosequerentur retro ad *Annibalem* dimisit: illud neutrius, sed factum memorat *Valerii Laevini* *Frontinus* lib. IV. c. 7, 7. VALCK.

CAP. CXLVII. 8 seq. παραδώσειν σφίας καὶ τὴν ἰδίην ἱλυσίην) Iubent *Pavius* et *Reiskius* σφίας καὶ τὴν ἰδ. ἱλυσ. aut σφίας τὴν τε ἰδίην ἱλυσ. rescribi: quibus aliud non repono, quam pronomen ex redundantia quadam collocatum videri. Non esse insolitam utroque in sermone eam abundantiam viri eruditi ad *Livium* lib. XXV. 27. et ad *Lucian.* *Dial. Marin.* III. cap. 1. pleno horreo ostenderunt. WESS. — Scilicet, quoniam post ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας pluscula nonnulla verba interiecta sunt, perspicuitatis causa deinde adponitur pronomen σφίας, ad ista superiora spectans. S.

20. τοῖσι τε ἄλλοις ἐξηρτυμένοι καὶ σίτοις) *Iuvenes* ὕδασι καὶ σίτοις ἐν ἐξηρτυμένοι lib. II. 32. ad huius tuitionem satis fuerant habiles. Accedet *Athenaei* lib. XII. p. 511. D. ὁ δὲ πᾶσιν ἐξηρτυμένος πρὸς ματῶν: et *Menandri* *Eclog. Legat.* p. 124. ed. Hoesch., ἐπὶ οὖν ἅπαντα αὐτῷ -- ἐξηρτυμένα ἦν, ubi idem prius, quod in *Medic.*, peccatum. D'Orvillium confer ad *Chariton.* VI. 4. [pag. 535. ed. Lips.] Xerxis illam in Graecorum nautas et mercatores lenitatem *Polyaen.* VII. 15, 3. neglectam noluit. WESS. — In his, ut saepe,

sincerac deteriore formam ἐξηγῆται supposuerat Gronovius. τῶνδ' ἐξάρται, Eurip. Electr. 422. Herodotus II. 32. ὁδὰς τε καὶ στίβοις εὖ ἐξηγῆται dixit. conf. D'Orvill. in Charit. p. 549. Quod hic narratur fecisse Xerxes, tradidit et Polyaeus p. 637. VALCK.

CAP. CXLVIII. 6. περιήσονται παραλαμβάνοντες) Praeclarum e membranis auxilium. Quanto damnabilior Editoris Genevensis, suspicionem H. Stephani οὐ παρήσονται in orationem sine monitu, sine codice scripto, intrudentis, audacia: saltem Porti sui vestigia, adscito παρήσονται, aderunt, legisset: quamquam nec id laudabile. WESS. — Qui περιήσονται temere olim mutarunt, hi non recordati esse videntur, construi id verbum cum participio, loco infinitivi, ex Herodoti quidem more. S.

Ibid. περιήσονται) Hoc, quod in suo codice Valla legerat, recte restituit ex Med. Gronov. pro παρήσονται, cuius loco οὐ παρήσονται H. Stephanus, παρίσονται non absurde legebat Ae. Portus. Absque Codicibus non facile περιήσονται alicui in mentem venisset, hac structura non temere obvium, et, quantum recorder, in duobus tantum Herodoti locis, huius libri c. 172. et cap. 159., οὐδαμῶς ἂν ἐπιμῶντο ἀντιούμενοι βασιλῇ. VALCK. — Immo vero vide l. 77, 4. et quae ibi a Wess. notata sunt. S.

14. εἶσω τὸν προβόλαιον) Pavius et Reiskius, viri Clar., τὸ προβόλαιον, Eusebii invito Oenomaο, et schedis. Latine, liberius tamen et licentius, oraculum Chalcidius [vide Var. Lect.] dedit: Vicinis offensa, Deo carissima plebes, Armorum cohibe munimina, corporis omne Diserimen sola capitis tutabitur umbra. WESS. — Duo priores oraculi versus ex Oenomaο habet Eusebius Praep. Ev. VI. p. 255. Quid per τὸν vel τὸ προβόλαιον intellectum poeta voluerit, non expulso. Per κεφαλὴν arcem forte designavit, Argis Ἀάρισσαν dictam, testibus Strabone, Steph. Byz. aliisque. VALCK. — Verissime, si quid video, CORAYUS in Larcheri ad hunc locum Notis monuit, προβόλαιον nihil aliud dici nisi venabulum, hastam, aut verutum, quod προβόλιον Xenophonti, Nostro VII. 76, 2. πρόβολος vocatur. Itaque τὸν προβόλαιον εἶσω ἔχειν equidem intelligebam hastam intus premere, non exserere, quietum sese tenere. Idem vero Vir doctissimus (collato Xenoph. Cyneget. c. x. §. 12. et 16. ed. Lips. 1778.)

eum intelligi censet statum venatoris aut militis, quo paratus est vel ad ictum ferae aut hosti inferendum, vel ad illius impetum sustinendum averiendumque. S.

17. ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον, quod in scriptis, Scriptor non abnuet. Sic enim lib. IX. 6. ἔλγον τὰδε ἐπελθεῖν τεις ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους: et cap. 11. ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους. WESS.

[22. καὶ τοι κατὰ γὰρ τὸ δίκαιον etc.] Ob veterem Argivorum, Agamemnonis aetate, eminentiam super caeteros omnes Graeciae populos, aequum esse censent, ut ipsis solis summum in consociatas cunctas Graecorum copias imperium deferatur. S.]

23. ἕμους σφι ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεμόνευσι) Secundum Diodorum XI. 3. ipsi Argivi, missis ad commune Graecorum concilium legatis, ἐπηγγέλλοντο συμμαχεῖν, ἰσὺ αὐτοῖς μέρος τι τῆς ἡγεμονίας συγχωρήσωσιν: quibus responsum refert praeter cetera, si barbarum habere mallent dominum, quam Graecum Imperatorem, ὁρθῶς αὐτοὺς ἔχων ἡσυχίαν. VALCK.

CAP. CXLIX. 6. μὴ δὲ σπονδίων ἰουσίων ἐπιλέγισθαι) Structura verborum anomala est. Expectabatur, ἐπιλεγόμενοι σπονδίων μὴ ἰουσίων, considerantibus foedere nullo percusso. Mutata series est ex productiore, ut saepe alias, et interciso sermone. Bona hic Porti sollertia, [in Lexic. Ion. voce Ἐπιλέγισθαι,] nimis tamen sollicita. Ἀνακλόουθις oratio in Musis frequentatur, qua de doctissimus Rappellus in Epist. ad Galat. cap. 2, 6. WESS. — Ἀνακλόουθις utique quibusdam salebrosa quodammodo videri subinde potest mollissime alioqui fluens Scriptoris nostri oratio: at hoc quidem loco, lenissimā vulgatae scripturae adlatā medicinā, quam et res ipsa clamabat, et veteres offerebant libri, voculā μὴ δὲ in duas μὴ δὲ divisā, recte atque ordine nunc omnia procedunt. Infinitivus ἐπιλέγισθαι, sicuti praecedentes ὑποκρίνασθαι et σπουδῇ ἔχειν, a superiore verbo λέγουσι legitime pendet: satisque perspicua est naturalis verborum structura huiusmodi, ἐπιλεγόμενοι δὲ, μὴ, σπονδίων μὴ ἰουσίων, τὸ λοιπὸν ἔωσι Λακκιδαιμονίων ὑπἡκοοι, ἂν ἄρα σφίας etc. De verbo ἐπιλέγισθαι (quod proprie secum reputare, perpendere, significat) commodè Corayus apud Larcherum docuit, haud raro illud *melus* notionem includere,

et idem fere ac φοβίσθαι sonare, provocans ad VII. 47, 13. 49, 22. 52, 11. 236, 18. Qui nimirum usus illius verbi hoc praesertim loco obtinet, ubi (quasi ipsum φοβιόμενοι hic esset positum) consequitur μή τὸ λοιπὸν ἴωσι etc. In *Var. Lect.* adnotare debueram, (quod meam tunc animadversionem praeterierat) divisis vocibus μή δὲ recte etiam in editione *Aldina* scribi; scripturam vero μηδὲ primum ab *H. Steph.* esse invectam. *S.*

[8. πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην] Haec *Larcherus* vertit *quelque échec de la part des Perses*: quemadmodum et *Reiskius* interpretatus erat, si *aliam cladem a Persis acciperent*. At hanc in sententiam πρὸς τοῦ Πέρσῃ scriptum oportuerat. Itaque alii in τῷ πρὸς τὸν Πέρσην πολίμῃ suppleant; quos equidem in latina versione secutus sum. Verum si quaerimus, ἢ σφίς καταλάβῃ πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσιν proprie significaverit si in *offensionem Persae incurrant*: sed, quoniam adiicitur ἄλλο πταῖσμα, consentaneum est ut *clades* simul intelligatur *offensionem* illa consecutura. *S.*]

14 seq. οὐκ ὄν δυνατὸν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης οὐδέναι παῦσαι τῆς ἡγεμονίας etc.) Miror equidem quae *Lacedaemonii* legati *Argivorum* senatui respondisse traduntur de *Rege Argivorum* et *duobus Spartanis*. De *duobus regibus Spartanis* unus tantum hoc tempore ducebat exercitum post legem ante aliquot annos latam, quam supra commemorat lib. V. cap. 75. *Libertatis* et *aequalitatis* studiosissimi si hac tempestate Regem habuerunt *Argivi*, illius, in historia (quantum opinor) non memorati, vix ulla oportet fuerit auctoritas. *Pausan.* lib. II. [c. 19.] p. 152., Ἀργεῖαι, inquit, αἵτε ἰσχυροὶ καὶ τὸ αὐτόνομοι ἀγαπῶντες ἐκ παλαιότατον τὰ τῆς ἡγεμονίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προσήγαγον. *VALCK.*

16. τὸν Ἀργεῖον) Solet τὸν Ἀνδρὸν, τὸν Πέρσιν, τὸν Ἀράβιον, τὸν Μακεδόνα, τὸν Σκύθην, nationum earum reges adpellare, et τὸν Ἀργεῖον respuerem? Adplaudo membranis, quae in κωλύειν egregiae itidem. *Diodori* in harum rerum commemoratione dissensum non tango, lib. XI. 3. *WESS.*

16 seqq. οὕτω δὲ οἱ Ἀργεῖοι φασι etc.) Hic ab *Argivis* traditam τῶν Σπαρτηνῶν τὴν πλεονεξίην illam equidem veram fuisse causam arbitror, cur bello hoc Persico neutri parti addicti quieverint, quin Persis potius faverint quam

Graecis, et de duobus malis ut levius praeoptaverint ἐπὶ τῶν βαρβάρων ἀρχέσθαι, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν Λακεδαιμονίους. His quia Mycenaei miserant auxiliares octuaginta ad Thermopylas cum Leonida profecturos, Argivi τὰς Μυκῆνας κατέσκαψαν, Diodor. XI. c. 65. Pausan. II. [c. 16.] p. 146. Oderant, nec immeritos profecto, superbos vicinos Lacedaemonios Argivi, a quibus semper vexati, et nuper adeo magna fuerant affecti clade, impia Cleomenis fraude decepti. Hinc, opinor, infra Noster c. 152. οὐκ Ἀργείοισι, αἱτ', αἰσχρὰ πειροῖνται: et frustra Plutarchus excusare nititur Argivos tanquam οὐκ ἀπειπαμένους τοῖς Ἑλλήσι τὴν συμμαχίαν, T. II. p. 863. v. Ob idem illud odium abstinuerunt postea bello Peloponnesiaco; quo Lacedaemoniorum socii fuerunt omnes Peloponnesii, teste Thucyd. II. c. 9. πλὴν Ἀργίων καὶ Ἀχαιῶν: solos Argivos excipit Diodor. XII. c. 42. Sed Achaei bello quoque Persico Argivorum sententiam sequuti videntur Pausaniae VII. [c. 6.] p. 556 seq., ut ille suspicabatur, quia Λακεδαιμονίους Δωριεὺς ἀπὸ τῶν σφίσιν ἡγήσθαι. Quiescentes Peloponnesiaco bello Argivi longae pacis primum commoda, postea perceperunt etiam mala; opibus enim ditati in sua saepe viscera saevierunt, intestinis agitati seditionibus: de pacis commodis Thucyd. vid. II. 28. Diodor. XII. 75. de incommodis Is. Casaub. in Aeneae Poliorcet. c. xi. et P. Wessel. ad Diodor. XII. 58. VALCK.

CAP. CL. 10. ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους) Non nemini, fratres nostros ex diverso utero explicanti, adstipulari non licet. Ἀπόγονοι, superius positi, προγόνους indicant, ut saepe his in Musis, maiores; in quis Perses, Bersei filius de Graecorum et Persarum [ut quidem Graeci iactabant,] sententia, supra c. 61. et Apollodor. Biblioth. II. 4, 5. Congruit nonnihil Atheniensium ad Ionas scriptum, οὐ μάλιστα δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατεύόμενοι, lib. VIII. 22. Etsi autem non nesciam ἀντιζῶν Synesii, Agathiae, Procopii, et ἀμφιζῶν Epigram. apud Suidam, obtrudere [lin. 12.] Herodoto, ἀντιζῶνς ubique probanti, non ausim: ipse vir Celeber. eos ex Steph. margine c. 192. nullo honore dignatus est. WESS. — Nempe ἀντιζῶνς ex Med., cui etiam F. assentitur, receperat Gronov. S.

10 - 12. οὐτε ὧν ἡμέας σιχός) Οἰχός, Nostro familiare, hic ex Arch. iam recipi debuerat, et paulo post ἀντιζῶνς

servari. Haec vero, a Graecis ut suspicor conficta, comparari poterunt cum narratis lib. VIII. c. 22. VALCK.

14. μέζοντας υμίων ἄξω) Fortasse aliis ἔξω, quibus paria non fecero, probabitur. Vetat Nostri lib. II. 172. καὶ ἐν οὐδεμῇ μοίρῃ μεγάλη ἦγον, tritissimumque eidem et *Pausaniae* ἐν τιμῇ ἄγειν. *Synesius* Dion. p. 47. Α. ταύτῃ δὴ τὸν Ἕλληνα τοῦ βαρβαρίου πρῶτον ἄγω. WESS. — Οὐδαμὸς μέζοντας υμίων ἄξω, id est, οὐδαμὸς τιμωτῆρος vel ἐν μείζονι τιμῇ ἄξω. Hoc ego quidem anteponerem lectioni codicum ἔξω, tanquam usitatius ista aetate. VALCK.

14 seqq. Ταῦτα ἀκούσαντας -- πρὸ ἥμα ποιήσασθαι) Sic lib. VI. cap. 63. τοῦτο ἤκουσαν μὲν οἱ ἔφοροι, πρὸ ἥμα μέντοι οὐδὲν ἐποίησαντο τόπαρυντα: id est rem auditam καὶ οὐδὲν ἦγον, vel ἔθεντο, pro nihilo ducebant; prout loquuntur *Sophocles*. Antig. vs. 34. et *Aeschylus*. Agam. 238.; hic contra περὶ πολλοῦ ἐποίησαντο. VALCK.

16. οὐδὲν ἐπαγγελλομένους μεταίτειν) Ultimū non absurde *Reiskius* in μετίειν mutabat; mihi repetitum ex vicina videbatur, atque idcirco delendum. Multa describit hinc *Plutarchus*, et malevolus accusat malevolentiae, de *Herod.* Malign. p. 863. VALCK. — Nihil nec mutandum, nec delendum. Οὐδὲν ἐπαγγελλομένους μεταίτειν idem valet ac οὐδὲν ἐπαγγέλλεσθαι καὶ οὐδὲν μεταίτειν. Potuerat dicere Scriptor οὐδὲν ἐπαγγελλομένους οὐδὲ μεταίτειν οὐδὲν: sed vulgatae scripturae eadem inesse videtur sententia. *Argivi* primum, ut nihil de societate professi aut polliciti erant; (nec enim cum aliis Graeciae populis ad deliberandum convenerant: cap. 145, 1. et 10. et cap. 148, 1-3.) ita nihil (vel ab aliis Graecis vel a Lacedaemoniis) vicissim postulaverant. In verbo παραλαμβάνειν, quod (lin. 17.) consequitur, ponitur (ut persaepe apud Nostrum) actio, pro voluntate et conatu agendi; adsumere, pro conari adsumere, invitare ad contrahendam societatem. Sic idem ipsum verbum παραλαμβάνειν ponitur cap. 168, 2. et 18. et cap. 169, 1. S.

19. ἐπὶ προφάσις) Aliibi προφάσις; δι τῆςδε [nimirum ἔνκα.] lib. IV. 135. ἐπὶ προφάσις *Aristaenetus* quoque lib. I. Epist. 18. monitore *Abreschio*. In his laxandis, tanto recentior, malignitatem non excusabit *Plutarchus*. WESS.

CAP. CLI. 4 seq. ἀγγίλους Ἀθηνάων etc.) Haec, quae de *Callia*, *Hipponici* F., *Atheniensium* ad *Persarum* regem *Ar-*

taxerem legato, cum anno Olymp. LXXXII. quarto concurrunt in Diodori lib. XII. 4. WESS.

8. ἢ σφι ἔτι ἰμμένει etc.) Scioli mihi videtur. insolentiora corrigentis, quod margo dat *Stephani ἰμμένειν ἰδίωσιν. Valla, an amicitiam - - putaret adhuc durare.* Meo gustui satisfacit, velut *Herodoteum, ἢ σφι ἔτι ἰμμένει τὴν πρὸς Σίρξιν Φιλίην συνεκράσαντο.* Graece doctis et Latine genus illud structurae notissimum est; sed inter exempla, quae sibi olim eam in rem collegerunt, ad haec perpauca respondebunt accurate; diserepant nonnihil ex. gr. et haec *Lysiae p. 348. τὴν οὐσίαν, ἣν κατέλιπε τῷ υἱῷ, οὐ πλείονος ἀξία ἔστιν ἢ etc.* et *Sophocl. Trach. vs. 687. ὃ γὰρ ἔχρην - - πόκῃ τῶν ἠφάνισται.* VALCK.

CAP. CLII. 7 - 10. εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκῆια etc.) Eximium *Eusebii* dictum, qualia multa sub hoc nomine solus nobis custodivit *Stobaeus*, ex huius florilegio cum his comparavit *Cl. Wesselingius* in *Diss. Herodot.* p. 122. Illud eodem modo emendaveram, nisi quod vocem πολλῶν in πολλῷ mutatam pertinere suspicabar ad ista, ἰωυτοῖς (πολλῷ) ἄμεινον πρήσσοντας. Totius dicti sic paucis expressit sensum *Plutarch. T. II. p. 863, 29. ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἰγκλήματα.* Obscurius de industria loquens significatum voluit, opinor, quosvis alios Graeciae populos ea fecisse nonnunquam, quae graviolem reprehensionem mererentur, nihilque hac in re admisisse Argivos, quod videri posset turpissimum. Non itaque debuerat *Herodotus* propter haec de Argivis dicta in acerbam incurere *Plutarchi* criminationem; qui Philosophus in isthoc libello ab aequitate philosopha, quam commendat, nimium quantum deflectit. Quam sibi praefixit *Herodotus* formulam, [*lin. 11 seq.*] se quoque sequutum scribit *Pausan. VI. [c. 3.] p. 458. Ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη* πισθῆσθαι ἢ πᾶσιν οὐκ ἔτι ἀνάγκη. VALCK.

8. εἰς μέσον συνενέικαιεν) Nollem substitutum *συντίκταν*, mirifica verbi forma atque invisitata. Quod rediit, *Stobaeus* et scripti valide adfirmant, auctorque fragmentorum Pythagoreorum, haec manifesta aemulatione adumbrans, αἱ τινες τὰ αἰσχροῦ ἐκ τῶν ἰθίων πάντοθεν συνενέικαιεν p. 716. ed. *Galei.* Cultius praeterea et aptius ἐγκύψατε, [*lin. 9.*] quomodo *Stobaeus* et boni Codices, dicti quo-

que elegantis imitatores. Notissimi, *οἱ σφόδρ' ἐγκεινυμένοι*, dicterio Comici Nub. vs. 191. philosophi; quod incurvi rebus *attenderent*, talique viderentur incessu. Nihil autem congruum magis Eusebii Philosophi apud Stob. Serm. CV. p. 567. sententiā, fonte Herodoteo progressā: *Εἰδέναι δὲ, ὅτι καὶ αὐτοὶ ἐς τι τὰ ἰωυτῶν ἐγκύψαντες, καὶ τὰ ἐκείνους παρέρχοντα ἐπιφρασάμενοι, εὐρήσουσι ἰωυτοὺς ἄμεινον πρήττοντας*. Sic enim ex Trincaveli editione et Gesneri scholio conmode constituitur. Socratis simile effatum (videntur enim haec amasse, unde *πάνυ ὠραῖον* in Pass. adpostium cernitur) dabit Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 106. B. WESS. — Suspiciatus equidem eram, ex prisci alicuius Sapientis dicto, sententiam hanc mutuatum esse Herodotum, et, ita in suum usum convertisse, ut, quod ille de fortunae casibus et calamitatibus dixisset, quibus obnoxii sunt mortales, ad mala moralia, ad prava atque turpia facta hominum (conf. mox lin. 11.) transferret. Iam opportune video Larchero observatum, eam ipsam quam dico sententiam Soloni auctori adscribi a Valerio Max. VII. 2. ext. 2. sic scribente: *Aiebat (Solon), si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum ut propria deportare domum, quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre mallet. S.*

11 seqq. *Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα etc.*) Nobilem et sinceram professionem cum Plutarchus haud ignorarit, cur iterum iterumque repetuntur criminationes? Idem recentioribus dictum esto, tanta, qua ille, eruditione plerumque defectis. Pausanias, quod Kühnius et Berglerus viderunt, ad Nostri exemplum, *Ἐμοὶ μὲν οὖν, αἶτ, λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη· πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἔτι ἀνάγκη*: lib. VI. 3. p. 458. WESS.

17. *πάν δὲ βουλ. σφι εἶναι πρὸ τῆς*) Apud Plutarch. de Herod. Malign. p. 863. vulgatur vs. 36. *πάν δὲ βουλ. σφι προσεῖναι τῆς παρουσίας λύπης*. Dubium scripserit-ne censor προσεῖναι, an εἶναι πρὸ τῆς π. λ. Supra VI. c. 12. *πρὸ τούτων τῶν κακῶν ἡμῖν γε κρείσσον καὶ ὅτι οὐδὲν ἄλλο παθεῖν ἴστί*. Euripidis Praxithea in Erechtheo: *Μισῶ γυναικῆς, αἵτινις πρὸ τοῦ καλοῦ Ζῆν παιδᾶς εἶλον*. Usitatus in talibus ἀντὶ verbo etiam προαιεῖσθαι adiiicitur. VALCK.

CAP. CLIII. 4. *οἰκῆτορ ὁ ἐν Γίλῃ*) Laurentio Olkῆτορ, nomen proprium fuit, scribenti praeterea Epitriopio,

haud nitide. Οἰκῆτος ὁ ἐν Γίλῃ idem erit Γελῶς: articulus tamen, quae et Reiskii opinio, minus adcommodatus. Ceterum interpretes Pindari Pyth. II. vs. 27. Dinomenem ferunt, Gelonis patrem, τὰ ἱερὰ ἐκ Τρόπου τῆς Κύπρου in Siciliam deportasse, vehementer lapsi. Id bene, quod τὰν θταῖν ἱεροφάντην, sive Cereris et Proserpinae, sistant. WESS. — Vide *Var. Lect.* Ferendum fortasse fuerat οἰκῆτος ὁ Γίλῃ: sed rectius cum genitivo construitur id nomen, sicut mox lin. 20. et IV. 34, 10. S.

6. καὶ Ἀντιφῆμου) Athenaeus, Stephanus Byz., Pausanias, Etymologus, Scholiastes Pindari, quos plerosque ill. Scaliger ad Euseb. Chron. Ann. MCCCXLIII. p. 80. perstricta praviore hac nominis scriptura, antestatus est, hominem ita adpellitant. Consentiet illis in posterum Herodotus; qui profecto οὐκ ἐλίσσθη [non ἐλίσθη] reliquerat. WESS. — Athenaeum vide lib. VII. p. 297. v. et Steph. Byz. in Γίλα. S.

18. οὐ πρὸς τοῦ ἅπαντος ἀνδρός) Non mihi quis facile persuadebit, apud Herodotum similesque scriptores reperiri τὸν ἅπαντα ἄνδρα. Aut eiiciendus est articulus, aut in talibus etiam usitatum requiritur participium: dederat-ne forsitan οὐ πρὸς τοῦ πῖοντος ἀνδρός? Sophoclea Noster suaviloquus sapienter adamavit, et est illud Sophoclis Oed. Tyr. vs. 401. Καὶ τοὶ τόγ' αἶνγμ' οὐχὶ τοῦ πῖοντος ἦν Ἄνδρὸς διεπῖν: ubi Schol. οὐ τοῦ τυχόντος ἦν σαφηνίσαι. Hoc forsitan argutum; sed si Codicibus abest articulus, verum videbitur, οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρός. Cratinus Athenaei II. p. 68. A. Οὐ πρὸς γε πᾶντὲς ἴστιν ἀγρεύσαι καλῶς: sic enim, vocula γε tantum interiecta, corrigi malim, quam cum Viro magno [Casaub.] οὐ πᾶντὲς ἀνδρός etc. [Vide et Animadv. in Athen. T. I. nuperae ed. p. 454 seq.] Lucian. T. II. p. 506. οὐ πρὸς γε σοῦ τὸ τοῦτο. Sed est tamen illud in nobili senario apud Zenob. Cent. V. pr. 37. Οὐ πᾶντὲς ἀνδρός ἐς Κόρινθον ἴσθ' ὁ πλοῦς: Non cuivis homini etc. Aelian. de Nat. An. XIII. 9. ἴππον Ἰνδὸν κατασχῆν - - οὐ πᾶντὲς ἦν. Eleganter, ut Sophista scilicet, Philostr. Vit. Soph. lib. II. c. xxxi, 2. εἶναι δὲ, αἰτ, τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἱπικόπτειν ἀνδρός, τὸ δὲ ἱπμβαίνειν κειμένῳ, πᾶντὲς. VALCK. — Facile credo, alium auctorem οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρός, absque articulo, scripturum fuisse: sed adiiocere articulum non designatus videtur Herodotus. Sic quidem

idem I. 91, 29. τοῖσι ἄπασι scripsit, ubi alius satis habiturus erat nude ἄπασι scribere, quemadmodum idem ipse Noster I. 1, 8. S.

CAP. CLIV. 1. τοῦ Παντάρητος) Auctoritatem nomini Cl. Gronovius conciliavit, [nullum quidem alium testem, nisi Mediceas membranas, advocans,] neque ego defugio. Decessit Cleander de vita anno Olymp. LXX. 3. cuius successor Hippocrates Gelae tyrannidem in VII. annos continuavit, nactus dominationis succedaneum Gelonem Olymp. LXXII. anno secundo, quod Dionysii Hal. lib. VII. pr. et Pausaniae VI. 9. constat testimoniis. Plura H. Dodwellus Ann. Thucyd. p. 42. WESS.

[7. καὶ Αἰνισιδήμου) Huius nomen h. l. insignivit Herodotus, quoniam filii eiusdem infra (c. 165, 4.) mentionem erat iniecturus. S.]

Ibid. δὲ ἢ δορυφόρος Ἱπποκράτης) His si adesset μετέπειτα, series verborum hians optime coiret. Ὁ Γέλων --- πολλῶν μετ' ἄλλων --- μετέπειτα μετὰ δὲ etc. Gelon --- cum aliis multis --- excelluit; non multo vero post tempore etc. Fieri certe potuit, ut ob consequens μετὰ similis initii verbum a librario transiliretur. Haec mera suspicio; quam qui recusant, tractam longius Scriptoris contra morem orationem vocibus ἀντὶ ἐφαίντο ἐν τούτοις terminare, sublati maioribus punctis, debent; quae Cl. de Pauw mens fuit. Ceterum praefecturam equitatus, ἀπαίων τῶν ἱππίων τὴν ἐπιμέλειαν, Geloni ab Hippocrate mandatam Timaeus quoque prodiderat apud Criticos Pindari Nem. Od. IX. prope fin. WESS. — Mihi expeditissima certissimaque emendandi huius loci ratio ea videtur, quam secutus sum. S.

18. ἐπὶ τοῖσδε καταλλάξαντες) Subvenire vitiosae καταλλάξαντες lectioni Cl. viri versio certis conditionibus, quas recensuerunt, voluit. Quanto apertius et melius, quod in Pass. et Reiskii coniectura, hac lege reconciliantes. Conditio fuit, ut ob cladem ad Elorum (qua de in schol. ad Pindari Nemeon Od. IX. 96.) Syracusani Camarinam, nuper eversam, Hippocrati bona fide restituerent, Thucyd. VI. 5. WESS.

CAP. CLV. 5. καὶ Κλεάνδρῳ) Cleander-ne, an Cassander, iusto fuerit nomine, in Mssorum dissensu non assevero. Gelo, modo ne fallant ex Timaeo Schol. Pindari, Herodot. T. VI. P. I.

utriusque tutorem egit: specie tutelae, ut saepe similis ambitionis alii, pupillorum caussae studuit, reapse suae: quae quidem, ut alia in re Oedipus Sophocleus, λέγω μὴ ἰσθλα, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά, Oed. Col. vs. 816. WESS.

11. Κυλλυρίων) Propius verum Καλλικυρίων aut Κυλλυρίων. Hesychio certe et Eustathio, leviter erranti, Καλλικύριοι: Suidas Καλλικύριοι, ubi L. Küsterus et vir eruditus Miscell. Nov. T. I. p. 79. De Syracusanorum Γαμόροις sive Γιωμόροις Valesius ad Diodor. T. II. p. 549. erudite. WESS. — Pro vulgato Κυλλυρίων, in Med. est Καλλυρίων: ex his duabus tertia lectio formari poterit Καλλικυρίων, meo iudicio hic etiam sincera. Sic nomen hic alibi scribitur, et apud Hesych. in sua serie: Καλλικύριοι, οἱ ἐπισιελδόντες γιωμόροι (γιωμόροις leg.) δούλοι δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ τοὺς κυρίους ἐβόλυν. Praeter haec, ista quoque Zenobii IV. 54. syllabam firmant quae excidit apud Herodotum: ἡ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν, διὰ τὸ παντοδαπούς εἰς τοῦτο συνελθῖν, ὥστε τοὺς κυρίους (τοὺς κυρίους leg.) ἐγκρίσθαι: sed apud Zenob. dicuntur Καλλικύριοι, ut in Plutarchi sub nomine divulgatis a Iac. Gronovio proverbiiς §. x. et aliquoties apud Suidam, qui testes excitat Timaeum et Aristotelem in Rep. Syracusanorum. De his notavit quaedam vir doctus in Misc. Obs. Nov. I. p. 78. conf. H. Stephani schediasm. IV. 15. VALCK.

CAP. CLVI. 1. Γέλης μὲν ἐπικρατίων) Si participium ad superius redeat structura παρέλαβε τὰς Συρακούσας ἐπικρατίων, Γέλης μὲν etc., nihil hic inconmodi: sin, non male ἐπικρατίων aut ἔτι κρατίων cum Abreschio pingitur. Clar. Reiskio aliud, sed violentius, remedium in Miscell. Lips. Vol. VIII. p. 486. WESS. — Γέλης ἐπικρατίων id est, ἧς ἐπικράτει. Gelam quidem, quam tenebat, minoris faciebat: hanc cum Hieroni fratri commisisset gubernandam, οἱ δὲ τὰς Συρακούσας ἐκράτουν. In his non egemus correctionis. VALCK. — Naturalis verborum series haec fuerit, λίγον ἰλάσσω ἐποδίζο ἐπικρατίων Γέλης: ubi ἐπικρατίων idem valet ac ἐπικρατίων, quemadmodum multa in Graeco sermone verba cum participio construuntur, loco infinitivi. S.

4. ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι) Reiskii et Pavii ἔσαν ἅπαντα οἱ αἱ Συρήν. elegans, sed minime, cum pronomen tunc intelligatur, necessarium. Multa docti viri ad III. 157. nominati. WESS. — Lenissima Reiskii mutatio,

legentis καὶ ἔσαν ἅπαντ' αἱ αἱ Συρήκουσαι: ubi omitteretur forte rectius articulus: *et omnia erant ei Syracusae*: sic recte vertit St. Bergler. ad *Alciphr.* p. 237. Praeter illum multi hoc genus loquendi illustrarunt; locum huic simillimum protulit G. Raphaelius Annot. in Pauli I. Ep. ad Cor. xv, 28. Atque haec nostra etiam valde accommoda Dukerus admovit his Herodotum imitantis Thucydidae VIII. 95. Εὐβοία γὰρ αὐτοῖς ἀποικισμένης τῆς Ἀττικῆς πάντα ἦν. Eodem casu comitante Herodotus alibi, [I. 122, 12. de quo quidem loco vide Hermannii Adnot. 95. ad Viger.] ἦν οἱ τὰ πάντα ἡ Κυρὸς: et fortasse posuerat, omissa quae nunc adest praepositione ἐν, lib. III. c. 157. πάντα δὲ ἦν τοῖς Βαβυλωνίοις Ζώπυρος. VALCK. — Vide Var. Lect. ad h. l. et Adnot. ad III. 157, 20. Parum interest: sed, ut expeditissima, sic verissima huius loci scriptura fuisse videtur, quae Valckenario placuerat, ἔσαν ἅπαντ' αἱ Συρήκουσαι. S.

4 seq. αἱ δὲ παραντίνα ἀνὰ τε ἔδραμον καὶ ἔβλαστον) Sic de Lacedaemoniis, ἀνὰ τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εὐθνήθησαν, lib. I. c. 66. Damascius apud Suidam in Γένος: ἀνέδραμεν τε καὶ εὐθνήθημεν. In Ἀναδραμῖν, pro ἀνέστηναι adhibito, Homerum imitantur. Herodoteam tmesin, Ionibus ferme solis et Poëtis usitatam, saepius usurpare non dubitavit Eunapius, in cuius Porphyrio p. 13. legitur: ἀνὰ τε ἔδραμε - - καὶ ἐπέδωκε. VALCK.

8. τῶν ἀστῶν) Status his movetur, iniuriā tamen, controversia; siquidem ἀστῶν id vocabulum, ubi abesse alii iuberent, in Musis saepe locum capessit. Hoc vide ex c. 170. αὐτίαν τε Ταραντίαν καὶ Ἐργύαν, οἱ ὑπὸ Μικύθου τοῦ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν. Alia lib. III. 123. IV. 33. IX. 93. WESS.

19. συνόκημα ἀχαριστώτατον) Spartani populum Atticum δῆμην ἀχαριστόν, ob gratiam sibi, uti prae se ferebant, non relatum, traducunt lib. V. 91. Diversiore paullo usu plebs συνόκημα ἀχαριστώτατον, quia tyrannis insuavis illa et minime iucunda; quippe qua οὐδὲν ἀξυνετώτερον οὐδὲ ὑβριστώτερον, de Megabyzi Persae sententia, lib. III. 81. Instaurata vox memorem lib. I. 207. non auget. WESS.

CAP. CLVII. 3. καὶ Ἀθηναῖοι) Additis Atheniensibus, quos neglectos series et Mssti noluerunt, sermo nunc instructor: adfuisse autem Atheniensium legatum,

cap. 161. atque ex Ephoro scholiastes Pindari Pyth. Od. I. prope fin. clamat. WESS.

5 seq. τὸν γὰρ ἐπιόντα etc.) Non nescio quomodo γὰρ ista hac in sede possit defendi, neque adeo ista lib. I. c. 163. πυνθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὐτοῖτο: sed quia centenis, quae horum dantur similia, nihil inesse puto, quod ad haec respondeat, placet elegantissimi Gisberti Koenii nostratis coniectura, voculam γὰρ transponentis hoc modo: "Ἐπιμύσαν ἡμῶς Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι (has voces praebent Codd.) - - παραλαμφομένους τε πρὸς τὸν βαρβαρον τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάντως γὰρ καὶ πυνθάναι, ὅτι Πέρσης αἰτῇ etc. VALCK. — Τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα (ne qui adhærescant) repetit c. 177. Ceterum culte variegatam orationem sistunt, aliorum decursuram more, πάντως καὶ πυνθάναι ὅτι Πέρσης αἰτῇ, ἐπιὼν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, μέλλει, ζῆξας etc. Non dissimiles figurandae dictionis modos Cl. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 104. et ad Aristaeneti lib. I. Epist. 5. conduxit. WESS.

11. δυνάμιός τε ἦκεις μεγάλης) Sentio aliquid hoc loco turbati. Semper tali in re δυνάμιός τε εὖ ἦκει, aut etiam πᾶσι. Editio geminum equidem haud reminiscor. Corrigitur a Reiskio ἦκεις μεγάλης, plaudente Abreschio Diluc. Thucyd. p. 121. sine exemplo tamen. WESS. — Emendandum censeo, σὺ δὲ δυνάμιός τε εὖ ἦκεις, καὶ etc. eiectione voce μεγάλης, quae forsitan ex interpretamento, μεγάλην ἔχεις, nisi contextum irrepsit. μεγάλως legenti Reiskio suffragatur Abreschius Diluc. Thucyd. p. 121., sed constans in hac formula repugnat usus: ἔχειν in talibus quaevis adverbia sibi patitur adiungi; sed ἦκειν ferme tantum εὖ admisit. Ut Graece non dicitur χρημάτων εὖ ἦκεις μεγάλων, sic neque δυνάμιος εὖ ἦκεις μεγάλης. Obmoveri non debet illinc diversum quod legitur lib. VIII. c. 111. Quinquies usurpatum Herodoto, εὖ ἦκειν, totidem vicibus Aelianus repraesentavit, cuius loca dedit L. Bos ad Luciani [Εἰκόνες, s. Imag. cap. 11.] μορφῆς μὲν εὖ ἠκούσας T. II. p. 469. [ed. Wetst.] Apud Suid. in Εὐτόκῳ legitur et γίνους εὖ ἦκων. Οὕτως εὖ ἦκεν dixit Philostr. Vit. Apoll. VIII. c. 18. Hyperides, πιθανόντι εὖ ἦκει, iuxta Demetrium Magnesium apud Dionys. Halic. T. II. p. 179, 40. D. Heinsii coniectura in Theocr. XIII. 15. magis videretur probabilis, si scripsisset: Αὐτῷ δ' (id est

ἑαυτοῦ) εὖ ἤκων ἐς ἀλαθινὸν ἀνδρ' ἀποβαίνει. Εὐνῶν εὖ ἤκουτες Assyrii dicuntur Nostro I. c. 102. Thomas M. in Ἐχω locutionem, Φρινῶν εὖ ἤκει, comparat cum Homericis τόξων εὖ εἶδος, quam similesque nobis explanavit Ti. H. ad Thom. in Τι-γυμνασμένους ἱστορικῆς. VALCK. — Rara utique et vix alibi reperiunda structura, quam h. l. communi consensu praeferunt libri omnes: nec tamen idcirco temere mutanda ab Editore. Multa passim in veterum scriptis reperiuntur ἀπαξ λεγόμενα, multae item formulae insolentiores, quae turbare quidem nos possunt, nec vero idcirco eliminari continuo debent. Immo vero, quum I. 149, 7. χῶρην dixerit Herodotus ὡρίων ἤκουσαν οὐκ ὁμοίως, non adiecta, sed subintellecta εὖ particula; quumque VIII. 111, 11. θειῶν χρηστῶν (non, nude θειῶν) ἤκουεν εὖ scripserit; quidni idem h. l. δυνάμιος ἤκεις μεγάλης (quod aliquanto maiorem vim habere videtur, quam δυνάμιος εὖ ἤκεις) scribere potuerit? S.

CAP. CLVIII. 1. πολλὸς ἐνέκειτο λόγων) Latina Vallae inmutata a Gronovio sunt. Convenit ex parte πολλὸς ἢ λισσόμενος ὁ ξείνος lib. IX. 90. et lib. VIII. 59. πολλὸς ἢ ὁ Θμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοις: plenissime Dionis hoc Cassii lib. XLII. [c. 24.] p. 221. ed. Steph. καὶ ὅτι πολὺς ἐνέκειτο τό, τε τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἐπικαλούμενος M. Caecilius. WESS. — *Valla: multus in hac oratione fuit.* Commode ad sententiam Gronovius: *vehemens erat in urgendo.* πολλὸς adfectum et vehementiam exprimit: ἐγκιβθαι vero est insectari, *invehi, urgere.* S.

[2. λόγον ἔχοντες πλειόνετην) Gronov. cum *Valla: Insolentem habetis orationem;* satis commode ad sententiam, cui quidem rite exprimendae adcommodatius aliquid latinum verbum desideres. Hoc enim Gelo dicit: *Vestris unice commodis intenti ab aliis ea postulatis officia, quae vos illis petentibus praestare dedignamini.* S.]

7 seq. τὸν Δωριεύς - - πρὸς Ἑλισσαίων φόνον) De his, infeliceque Doriei interitu, lib. V. 46. Ex schedis ὡφείδαι, [lin. 9.] veluti eodem libro c. 98. placuerunt; neque damnabiles ἱπανρίσεις, [lin. 10] usu Thucydidis II. 53. quamquam similis ibi scriptionis variatio, munitae. WESS.

8. ὑποταίοντος) ἐλπίδα δηλονότι: prout recte supplet Schol. in Thucyd. VIII. c. 48. In Aristoph. Acharn. vs. 657. ὑπα-

τελων μισθός redditur ὑποσχεόμενος a Schol. et Seida; qui Philostrato tribuit, quae sunt Synesii Ep. 105. p. 247. 1. In istis infra, [lin. 15.] οὕτω δὲ Γέλανος μνηστὴς γίγναι, locum invenit observatio Demetrii περὶ Ἑρμ. §. 57. Vid. Clar. la Taylor in Demosth. Midian. p. 299 seq. VALCK.

17. δημοσίως τε τριήρεας) Armasse Gelonem δημοσίως πλῆ, καὶ δισχιλούς ἵππους καὶ πεζοὺς μυρίους ex Ephoro Critici produnt ad Pindari Od. Pyth. I. longe infra catalogum, quem hic annumeravit. Si verum est, Dionysium lapsis aliquot annis ex una Syracusana civitate c. et xx. m. peditum. et xii. m. equitum, navesque longas cccc. in aciem emisisse apud Diodorum lib. II. 5., magnifica haec promissa iam iactantiae non erunt inputanda. WESS.

CAP. CLIX. 2. Ἡ κε μέγ' οἰμώζειν) Manifesta adumbratio Homerei Ἡ κε μέγ' οἰμώζειν γίγναι Ἰππλάτα Πηλεΐ Iliad. H'. 125. WESS. — Homericus versus est parodia ex Ἰλ. η'. 125. Sententiae non illa multum dissimilis in Ἰλ. α'. 255. ἥ κεν γηθήσκει Πηλεΐας. Ad Homerum Herodotus comparavit Eustath. in Ἰλ. η'. p. 540. καὶ παρ' Ἡροδότῃ ὕμνῳ σχῆμα ὅμοιον τῷ Ὀμηρικῷ etc. VALCK.

3. ἀπαραιρέσθαι) Quod ex Med. et aliis ἀπαραιρέσθαι, qui tandem re vulgatum exsuperet, non video; incommode quoque coalita syllaba. WESS. — Immo nec vulgatum probum erat, nec id quod ex Med. Gronovius receperat. Ionica ista verbi forma non in praesenti tempore, solum in praeterito perfecto et plusquamperf. locum habet: quare unice vera terminatio h. l. ἦσθαι erat. S.

8. σὺ δὲ μὴ βοηθῆειν) Premo vestigia probatorum Codd. ipsiusque Scriptoris lib. III. 154. σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, et parili saepe modo. Vid. lib. IV. 128. WESS. — Restituetur βοηθῆειν ex Codicibus. Videatur clar. Editor in p. 30, n. 98. et 336, 37. [Wess. ad I. 63, 15. et ad IV. 126, 6.] VALCK. — Ad infinitivum βοηθῆειν pronum est aut βούλου (ion. βούλεν) intelligere, aut δοῦναι ex verbo proxime praecedente. S.

CAP. CLX. 1. ἐπειδὴ ὥρα ἀπεστραμμένους τοὺς λόγους τοῦ Σπείργου) Ἐπεστραμμένους τοὺς λόγους, dicta aspera, fuisse autumo: quo sensu λέγων μάλλον ἐπεστραμμένα Themistocles acerbius locutus lib. VIII. 62. et Demosthenis σεμνότες ἐπεστραμμένα, asperior, discrepans ab Isocrate, quip-

pe quae ἀβροτέρα καὶ ἡδίων in Philostrati lib. I. Vit. Soph. p. 504. ubi bene Olearius. WESS. — At ἀπιστρ. communi consensu exhibent libri omnes, quod et ipse Wess. in contextu tenuit: merito; commodam enim offert sententiam, sermonem aversantem, cum indignatione respuentem propositam conditionem. S.

2. τὸν τελευταῖον σφι τόνδε) τὸ τελευταῖον legi mavult Koenius. VALCK.

3 seq. ὀνιδία κατιόντα ἀνθρώπων φίλει ἐπανάγειν τὸν θυμόν) Haec et seqq. prostant et ap. Stobaeum p. 171, 11. et p. 173, 32. Aeschines, de Falsa Leg. p. 48, 11. τὸ ψευδές, inquit, ὀνιδος οὐ πικαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Iuxta Xerxen Herodoti VII. 39. ἐν τοῖσι ὡσεὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκίει ὁ θυμός. Cum hoc Gelonis, dictum iratae Tomyridis comparandum est ex lib. I. c. 212. οὕτω καίνεσθι, ὥστε, κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ἐπαναπλάωιν ὑμῖν ἔσται κακά. Nostro loco positum in medio pertinet ad utrumque, ni fallor, ἀνθρώπων: nam et ὀνιδία dici possunt κατιόντα ἀνθρώπων, pro ἐς ἀνθρώπων: apud Thucyd. veram lectionem Codex optimus servavit [I. 78.] p. 53, 78. Non mirabor, si cui placebit ἀνθρώπων, ut convitia per aures immissa dicantur κατιόντα in pectus sive ἐς τὸν θυμόν. Iram in pectore Plato, cupiditatem subter praecordia locavit. VALCK.

5. οὐ με ἔπεισας) Praetuli hoc ex Stobensi et scriptis: neque enim de futuro sermo. WESS.

10. ἡμῖς τι ὑπιζόμεν) Sic scribendum vidit Koenius. VALCK.

14. τούτοις ὑμῖας χρεῖων ἐστὶ ἀρτίσκεισθαι) Haec vobis oportet placeat conditio. Ἀρτίσκεισθαι, quod, Vallae lectum, dat Arch. plures si habent Codices, optio difficilis erit inter ista duo; ut et in his apud Stobaeum (p. 4, 27.) Democriti, ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς δεῖ ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρτίσκεισθαι, scribendum-ne totidem sit literis ἀρτίσκεισθαι, an, una detricta, ἀρτίσθαι; utrumque recepit usus. Contentum suis rebus esse vulgo certe dicebatur ἀρτίσθαι τοῖς παροῦσιν, ut in Ep. ad Hebr. XIII, 5. et in locis adscriptis a Wetstenio. Idem Isocrati saepe στήγειν τοῖς παροῦσι: ἀγαπᾶν τοῖς ὑπάρχουσιν, Lysiae; si huius est ὁ ἐπιτάφιος λόγος, quod non opinor: aliis ἀρτίσκεισθαι τοῖς παροῦσι. Postremum hoc veteribus ista structura multo est usitatius, quam ἀρτί-

σθαι: Thucyd. II. 68. οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργεῖ καταστάσει: VIII. 84. Lucian. T. I. p. 648. II. p. 639. Longin. xxxiii. 5., ἥμισυ τοῖς πταίσμασιν ἀρεσκόμενος: quin ipsi Herodoto. IV. 78., δικαίῃ οὐδαμῶς ἠρέσκετο Σικελίῃ: III. 34., οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρείττει. [Adde IX. 66, 1. et 4.] At alterum illud apud Nostrum etiam invenitur lib. IX. cap. 32., οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρεσθῆναι τοῦτοισι μούνοισι. VALCK. — Animus in ἀρεσθῆναι magis, quam ἀρεσκεσθῆναι vergit, motus istis lib. IX. 32. οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρεσθῆναι τοῦτοισι μούνοισι. Accedunt ἀρεσκόμενοι τοῖς παροῦσι in Teletis fragmento apud Stob. Serm. XCV. p. 523. et Epist. ad Hebraeos c. xiiii, 5. Nemini tamen praescribo. WESS. — Equidem tenendum ἀρεσκεσθῆναι putavi, ut paullo exquisitius, huicque loco aptius, et inprimis Herodoteum. S.

CAP. CLXI. 1. Γίλων μιν δὴ ταῦτα προετίθειτο) Non male cepit *Valla*, [sic reddens: *Hanc Gelon conditionem offerebat.*] Sic lib. V. 24. ταῦτά τοι ἐγὼ προτίνομαι. Passivo significatu, δύοῖν πραγμάτων προτεινομένων, scripsit *Isocrates* in Panathen. pag. 257, A. VALCK. — Προτίθειν, activā verbi formā, significat *offerre*, (pacis condiciones) *proponere*. Vide Lexic. Polyb. p. 541. Προτίθενται, verbo medio, est pro opera alteri oblata vicissim certa iura aut mercedem postulare sibi. Conf. IX. 34, 6 et 9. S.

3. ἀμείβετό μιν τοῖσδε) Aspernandum hoc non videbatur. Huiusmodi lib. I. 35. Κροῖσος δὲ μιν ἀμείβετο ταῦτ'. WESS.

12. οὕτω ἔχει τοι) *Laurentius* vertit, ceu scriptum οὕτω ἔχει τοι invenisset, quod Codd. respuunt, minime tamen inprobum. Vulgatum vult, ita sese res habet; tum sequi debuit, ὡς οὐδ' ἦν, ut etiamsi etc. Eadem sentiunt *Reiskius* et *Abreschius*. WESS. — Potuit *Valla* id ipsum, quod libri omnes tenent, οὕτω ἔχει τοι, ita habeto, nec sic quidem male, interpretari. Nec vero necesse est ut ὡς sequatur; modo, loco commatis quod post ἔχει olim ponebatur, maiore distinctione interpungatur oratio, quod ante nos iam a *Schaefero* factum. S.

17. παράλιν Ἑλλήνων στρατὸν) Male παρ' ἄλλων *Valla* et consentanei. *Maritimas* civitatis suae copias orator *Atticus* negligere haud potuit. WESS.

18. εἰ Συγκουσίησι ἰόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσωμεν) Super-

bum oratoris Attici dictum infregit, hinc meo quidem arbitrato alienissima, vocola *ei*, quae, ex vicino *ei* facile nata, quo hic ponitur modo construi non solet. Quae praecedunt, sic sunt iungenda: ἄλλω δὲ παρήσομαι οὐδὲν ναυαρχεῖν μάτην γὰρ ἂν - - - εἶημιν κειτημένοι. Hic plena ponenda est distinctio. Novam periodum orator animosus sic orditur: Συρρακουσίοις, ἰόντες Ἀθηναῖοι, συγχωρήσωμεν τῆς ἡγεμονίας; Nos, qui sumus Athenienses, Syracusanis oederemus principatu! Pendet modus subiunctivus, συγχωρήσωμεν, a suppressis, θέλεις, vel βούλει ἴνα. Vehementiam dicti sentient, qui vel ad similia, vel ad haec attenderunt Demosthenis p. 49, 8. [p. 78, 13. ed. Reisk.] ἀξίων Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐν Πύλλῃς ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι. Pag. 126, 35. [pag. 197, 11. Reisk.] ὑμεῖς δὲ, ὄντες Ἀθηναῖοι, βαρβαρον ἀνθρώπων καὶ ταῦτα γυναῖκα βοδινήσειθε; Tale quid indicatum voluit Thucyd. VI. c. 59., ubi Hippias Acanthidae filiam suam Archedicen, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῶ ἔδωκεν. Quantam hic vim nomen haberet Ἀθηναίων, mox explicat Atheniensis: ἀρχαιοτάτων μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μούνοι δὲ ἰόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων: quae tractavit clariss. Wessel. supra p. 26. [Adnot. ad I. 56, 10.] Plutarchus de Exil. pag. 604. D. Τίς εἶρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης; Ἡ πρώτη μὲν λωὴ οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, Αὐτόχθονες δ' εἴφουμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις, Πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς, Ἀλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιοι. Euripidis ista, nobis ex Erechtheo servata, minus sincera prostant in orat. Lycurgi p. 160. VALCK. — Quod abiectam vocolam *ei* maluit Vir doctissimus, id commodissimum foret, si vera esset scriptura verbi συγχωρήσωμεν: sed terminatio subiunctivi modi temere primum in editionem H. Stephani posteriorem invecta est; et, ut vocolam *ei* libri omnes agnoscunt, sic probatissimi codices cum ed. Ald. et Steph. pr. in συγχωρήσομαι consentiunt, quam scripturam non dubito in aliis etiam scriptis libris, si diligentius inspiciantur, iri repertum. Caeterum, quam vim inesse monuit Valck. in verbis ἰόντες Ἀθηναῖοι, ea etiam sic integra manet. S.

20. μούνοι δὲ ἰόντες οὐ μετανάσται) Vide lib. I. cap. 56. WESS. — Μετανάστης, qui solum vertit, Homericum vocab. Iliad. I. 644. (al. 648.) et π'. 59. non ad thema ἵεττης vel στώ referendum, ut a nonnullis factum video; sed a ra-

dice *vaú*, *vaúw*, habito, repetendum; ut cum *Eustath.* ad *Iliad.* π. p. 1059. recte *Aem. Portus* monuit. *S.*

21. τῶν καὶ Ὀμηρος etc.) *Menesthea* indicari *Galenus* admonuit, Poëta consentiente, *Iliad.* β'. 554. *WESS.*

CAP. CLXII. 2. τοὺς μὲν ἄρχοντας) Insertam vocem requirebant sequentia, in quibus *Cl. Gronovii* ex schedis opera eminet. [Vide *Var. Lect.*] Equidem ex iisdem ἀρχομένων non adversabar olim: at supra *Laco* ad *Gelonem* ἴσθι ἄρξ' ὁ μένος ὑπὸ Λακιδαιμονίων c. 160. *WESS.*

3. οὐδὲν ἐπιέντες) Quod plures scripti οὐδὲν ἐπιέντες eum *Aldo*, laudibus docti viri fertur. *Suidae* Ἰφίμ, σπυχωίμ, nemo nescit, nemo quoque, gignendi plerumque casum id sibi sumere. *Ἐπιέντες* *Portus* illustravit. *WESS.* — Ἰπιέντες, ex *Arch.* enotatum, recipere. Vim verbi propriam et translata *L. Küster.* attigit in *Aristoph. Ran.* vs. 1251. Ubi *Aristides* pro *Cimone* T. III. p. 251., ὥσπερ ἂν εἰ πλείων, καὶ παρὲν ἐξ οὐρίας κομίζεσθαι, εἶτα ὑφίμην ὑπὸ δειλίας. *Schol. MS.* εἰπὼν τὸ ἐξ οὐρίας, ἐπήγαγε τὸ Ἰφίμην ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χαλάντων τὰ ἰστία. Ut ὑφίεσθαι τῶν ἰστίων, sic et dicebatur ὑφίεσθαι τοῦ τόνου, τῆς γλώττης, τῆς ἐργῆς: quorum primum est in *Aristoph. Vesp.* 356. secundum restituendum est *Philostrato* *Vit. Apoll.* lib. III. c. 25. tertium, ὑπίεσθαι τῆς ἐργῆς, habet *Herodot.* pag. 134, 18. et alibi. [II. 122, 78. conf. IV. 181, 18.] Qui vocatur *Phalaris*, *Epist.* 72.. non ὑφίεσθαι, sed scripserat, ut puto, πάντως περ θυμυχέεις, ὅτι ὑφίεσθαι τῆς ἐργῆς. *VALCK.* — Sic vero etiam *Noster* activā verbi formā subinde utitur eadem notione remittendi: ὑπίεσθαι τῆς ἐργῆς I. 156, 8. III. 52, 9. ὑπῆσειν τῆς ἀγνωμοσύνης IX. 4, 6. Similiterque h. l. ὑπίεσθαι unice verum arbitror: neque me movet quod cum accusativo casu (non cum genitivo) constructum h. l. id verbum videtur: potest enim verbum absolute positum intelligi, et οὐδὲν valere κατ' οὐδὲν, nulla parte cedere, nihil prorsus remittere. Quin immo suspicari licuerit, proprie cum accusativo casu construi verbum ὑφίεσθαι, gignendi vero casum nonnisi elliptica quadam ratione ei iungi, v. gr. ὑφίεσθαι τῆς ἐργῆς dici pro ὑφίεσθαι τὴν τῆς ἐργῆς, aliquid de ira remittere: quod si ita est, recte legitimeque dicitur οὐδὲν ὑφίεσθαι, nihil remittere. *S.*

[4. οὐκ ἂν φθάνετε etc.) Familiarem istam Graecis for-

mulam lata et ingeniosa disputatione tractans *Hermantus* in Adnot. 204. ad *Vigerum*, hunc quoque *Herodoti* locum citavit. tamquam talem in quo ista formula non possit interrogative accipi. Quod ut Viro doctissimo ultro largior, sic mihi videtur locutioni illi ubique primitiva et propria vis inesse huiusmodi, non poteris nimis cito, nimis celeriter hoc facere; id est, *peyus* et *quam ocyssime hoc fac.* Et est hic quidem plenior, quam alias, locutio, adiectis verbis τὴν ταχίστην: quasi diceret, *etiamsi quam citissime hinc abire properaretis, tamen non nimis cito abieritis.* S.]

6. ἐν τοῦ ἐνιαιτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαράσσει) Errantem *Valam* comiter in viam *P. Leopardus* reduxit, Emend. lib. VIII. c. 1. Dicto *Gelonis*, quod idem animadvertit, parilem, immo iocundioiorem, praestat elegantiam illud *Periclis* ex Orat. Parentali, *iuventutem Atticam, bello peremptam, τὴν νύκτα ἐν τῇ πόλει ἀνιῆσθαι, ὥστε τὸ ἔαρ ἐν τοῦ ἐνιαιτοῦ εἰ ἐκίρῃ*, in *Aristotelis Rhetor.* I. p. 30. et, verbis parum mutatis, III. p. 134. ed. *Sylb.* Namque non eiusdem illud tumoris atque audaciae, sed translationis laudatissimae, cuius nullam merito, quippe obviae et cognitu facillimae, *Philosophus* explanationem addidit. *Noster* adiunxit, modo tamen ipsius haec declaratio, verum talem, quae maculam *Graeciae* adfricat. Quid enim? an δῆλον erat, *Gelonis* copias *Graecorum* exercitui tantum praestare, quantum *ver* potius et nobilius aliis anni tempestatibus est? Et talia *Herodotum*, *Graecorum* summum praedictorem, litteris prodere? Doctissimi viri *Pavius* et *Reiskius*, ut historiae auctor ab ea immunis esset culpa, δηλοῖ γὰρ, *Gelo* nempe, maluerunt. Bene quidem, modo *Herodotea* forent. Puto *Cl. Valckenarium* omnia dispuncturum. [Vide mox *Adn.* ad lin. 6 seqq.] *WESS.* —

Perversam videtur in suo Cod. scripturam invenisse *Vala*, ἐξαυαίνεσαι, et ἐξαυαίνεσθαι: vertit enim, *ver* ex anno illi exaruisse. *Hesychii* Ἐξαυαίνεσαι est ex *Aristophanis* fragm. apud *Suidam* in *Αὐαίνεσαι*, qui descripsit istam notam ex *Scholiis* plenioribus in *Arist. Ran.* vs. 196. Ἐξαράσσειται, per se satis tutum, magis etiam adfirmat *Periclis* dictum, quod, *Leopardo* memoratum Emend. VIII. 1., cum his *Gelonis* compararunt *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* pag. 118., et

P. Wessel. in *Diss. Herod.* pag. 46. Si verum licet fateri, mihi Herodoteum non valde placet Gelonis dictum, eleganter a Pericle correctum: *ver enim tanquam adolescentiam significat*, Cicero de Senect. c. 19. Ipsa pueritia recte dicitur ἡ αὐτῶν βίη apud Stobaeum pag. 453, 37. neque absurde Demades ὁ ῥήτωρ ἔλεγε (*Athenaeo teste lib. III. pag. 99. D.*) ἡ αὐτῶν δῆμου τοῦ ἐφίβου. Iuventutem ex civitate bello sublatam (Φιλί γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύει νέους, *Sophocles* in *Scyriis*;) non inepte dixerit quis in funebri laudatione, ἡ αὐτῶν ἐκ τοῦ ἡναυτοῦ ἐξαίρεθι. VALCK.

6 seqq. οὗτος δὲ ὁ νόος etc.) Dicto Gelonis, sive verbo ἐξαίρεθαι, proxima si subiungerentur ista: στερηκομένη ἂν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἰαυτοῦ συμπαχίης εἰκαζέ, ὡς εἰ τὸ ἡ αὐτῶν ἐκ τοῦ ἡναυτοῦ ἐξαίρεθαι εἴη: intermedia nemo, credo, requireret; quae mihi nec Herodoto neque huius lectoribus satis digna videntur; iuvenumque potius in gratiam hunc similemve in modum primitus scripta: οὗτος δὲ ὁ νόος τοῦ ῥήματος, ὃ θέλει λέγειν, εἶναι τὸ δοκιμαῖσθαι (ὅλα γὰρ ἐν τῷ ἡναυτῷ ἔστι τὸ ἡ αὐτῶν δοκιμαῖσθαι) τῆς τῶν Ἑλλήνων στρατιᾶς τὴν ἰαυτοῦ στρατιάν. Recepta facile formam inducunt Ionicam. Obscuriora dicta, formulis etiam talibus nonnunquam adiectis, sed ad istam rationem nusquam, Herodotus interpretatur. VALCK. — Suspiciones doctissimorum Duumvirorum me quidem non admodum moverunt. Wesselingio suspectus iste locus erat, quod non credibile sit, Herodotum talia literis voluisse mandare, quae maculam Graeciae adfricent. At non suo ista nomine scribit Herodotus; sed, quid Gelo dixerit, magnifice de suis copiis sentiens, refert et interpretatur. Valckenario ipsa haec interpretatio tyronum in gratiam a nonnime adiecta videtur, Herodotoque pariter et illius lectoribus indigna. Novimus tamen (nec ipse diffidetur Vir doctus) alibi etiam subinde Scriptorem nostrum acute et figurate dictorum aut proverbiorum nonnullorum vim et originem, unde ortum ceperint, aut a quo primum edita reperiantur, declarare; ut IV. 149. VI. 37. 84. et 138. Unum mihi in verbis, quae h. l. leguntur, nonnihil incommodi habere videtur, nempe verbum ἐστὶ lin. 8. quod verbum si abesset aut cum εἶναι permutaretur, (quae passim inter se permutata observare memini a li-

brarii) reliqua commodissime procederet oratio: δῆλα δὲ, ὡς (λέγει, vel ἰθὺν λέγειν) ἐν τῷ ἰνιαυτῷ (εἶναι) τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς (δοκιμώτατον εἶναι) τὴν ἐαυτοῦ στρατιήν. S.

CAP. CLXIII. 3. δέσας μὲν περὶ τοῖσι Ἑλλήσι) Excitans ista Suidas in Δείσαντες lectionem firmat Med. [Nempe, in citandis Herodoti testimoniis, Ionismum saepe negligit.] Δεῖσαι περὶ τινι, ad exemplum Nostri frequentarunt Thucydides, Aristophanes, Philostr. aliique Sophistae. VALCK.

9. Κάδμον τὸν Σκύθειον) Quem Delphos speculatorem misit, ut ob iustitiam sibi habuit Gelo commendatum, [cf. cap. 164, 9.] Κάδμον τὸν Σκύθειον: similiter Scythen Zancleorum Regem, secundum Herod. VI. 24., Darius ἐνόμισε πάντων ἀνδρῶν δικαιοτάτον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος πρὸς ἐαυτὸν ἀνέβησαν. Hunc Cadmi Coi patrem esse censuit Iac. Perizon. dissentiente Wesselingio ad Herod. p. 448. [ad VI. 23, 2.] Quid si patris Cadmi fuerit ille patruus? ni enim ex eadem fuisset familia, mirum esset, Cadmum in Siciliam Zanclem habitatum concessisse, quam Scythes olim tenuerat imperio: cum Cadmo venisse traditur in Siciliam Epicharmus, Suidae in Ἐπιχαρμος. VALCK.

11. φίλους λόγους) Quibus, si ita res ferret, Persam regem comiter alloqueretur, Gelonique conciliaret. Sic lib. VIII. 106. ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φίλους λόγους. Namque διφασίους λόγους corrigi, necessum haud opinor, siquidem ad amicitiae illam testificationem δίδοναι γῆν τι καὶ ὕδωρ manifesto spectat. De Cadmo ad lib. VI. 23. WESS.

CAP. CLXIV. 3. Cadmus primum dicitur a patre traditam accepisse τὴν τυραννίδα Κῶων ἐν βιβηκνύϊαν, id est ἐνστάθῃ: bene stabilitam, recte reddidit H. Steph. Monitore fidelissimo T. Hemsterhusio apud Lucian. pag. 278. [ad Dial. Deor. XXV. 2.] βιβηκνίαι significat firmo certoque gradu nixum consistere. [Satis erat, stare. cf. Lexic. Polyb. voc. βαίνειν. Inde βίβαιος, stabilis.] Cautus Imperator, ἀσφαλῆς Euripidi, Archilocho est ἀσφαλῶς βιβηκνῶς apud Dion. Chrys. p. 399. v. Fortunati Sophocli in Elect. vs. 985., et eidem dicuntur Archilocho, ἐν βιβηκνότης, sic ut primam verbi potestatem proxime respiciat, apud Stobaeum p. 561, 53. Saepe Dii, ait, μάλ' ἐν βιβηκνότης ὕπτιους κλύνουσ': ita scribendum

est pro κινῶς. Εὐ τὴν Ἑλλάδα ἔτι βιβηκυῖαν, *florantem adhuc Graeciam* dixit Pausan. III. p. 222. De felici civitatis statu posuerat forte Philostratus Vit. Apol. IV. 8. εὐ βίηται ἡ πόλις, μάλλον δὲ ἰσότης: eidem p. 702, 8. restituisse dicitur Salmas. εὐ βιβηκυῖα, quod illinc forsitan, ut e Philostrato plurima, Suidas enotatum reddidit εὐσταθῆ. VALCK. — Εὐ βιβηκυῖαν, bene firmam et fundatam. Pausan. III. 7. ὁ πόλιμος οὕτως εὐ τὴν Ἑλλάδα ἔτι βιβηκυῖαν διείσεντο ἐκ Σάδρων. Hinc ἰχθῆροι εὐ βιβηκυῖαι in Sophocl. Elect. vs. 985., explicante Critico, βιβηκυῖαι ἰσάμενοι: et μάλ' εὐ βιβηκυῖαι Archilochi Florileg. Grot. ex Stobaeo, pag. 437. Contra ea παροφθαλμῶς βιβηκυῖα, infirmiter posita, ut Hieronymus, Sapient. Salomon. c. 14, 4. At Hemsterhusium vide in Luciani Dial. D. XXV. pag. 278. et H. Valesium ad Eusebii Hist. Eccl. lib. X. 4. p. 192. WESS.

3 seq. Mox imperio se Cadmus abdicasse dicitur ἐκὼν τε εἶναι καὶ θεοῦ ἐπιόντος οὐδένος, ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης. In his defendi poterit ἐπιόντος, legi tamen etiam ἐπιόντος: quae Koenii est coniectura. Lectionem Mediceam, ἀπὸ praebet Thomas Mag. in Ἐκὼν εἶναι: ubi quae proxima succedunt Herodoteis, γράφεται δὲ καὶ ἐκόντος ὅστις duas habent syllabas male repetitas: scripserat Thomas ἐκόντος εἶναι: quod his reperitur et apud Herod. VIII. c. 30. IX. p. 511, 27. His rarius dat exemplum Plato T. III. p. 252. A. VALCK. — Ἐκὼν τε εἶναι, a Thoma in rarioribus ob negationis absentiam censitum, supra quoque c. 104. WESS.

CAP. CLXV. 3. ἐβοήθησε ἀν τοῖσι Ἕλλησι (Talía de Gelone Ephorus apud Interpretes Pindari Pyth. Od. I.; quem an Timaeum in Punico contra Siciliam (uterque id descripserat) bello ducem sibi legerit Diodorus lib. XI. 20 seqq., incertum manet. Iustum ex Arch. et Vind. videtur [lin. 6.] ἐπῆγε ὁ π' αὐτὸν τὸν χρόνον, quae et Reiskii coniectura. Diodorus τοῖς αὐτοῖς χρόνοις eadem de re lib. XI. 1. WESS.

[3. ὑπὸ Θήρωνος τοῦ Αἰνσιδήμου] Huius Theronis laudes celebratas esse a Pindaro Olymp. Ode II. et III. adnotavit Larcher. De Aenesidemo conf. c. 154, 7. S.]

7. Ἐλισύκων) Bene habet. Ἐλισύκοι, ex Hecataeo, ἔθνος Ἀγών Stephan. Byz. Apud alios silentium de illis. Equidem indicia Helviorum et Helvetiorum nominis agnosco; mirorque Cl. Lud. de Bochat Memor. Crit. de Helvet. T. I. p. 51.,

et quos ille laudavit, operam his tralaticiam negasse. Mox βασιλῆα [lin. 10.] in στρατηγὸν ad Aldinam meam mutavit vir doctus; oblitus Carthaginensium duces, quod alibi ostensum, reges adpellatos. Vid. Polyæn. I. 27, 2. WESS.

7 seq. Ἑλισύκων καὶ Σαρδόνων) Ex Hecataeo memorantur Stephano Byz. Ἑλισύκαι, ἱθὺς Λαγύων. Sardorum nomen addubito Σαρδόνων scripserit, an Σαρδονίων: hoc tamen praefero. Κύρνοι notissimi sunt Sardorum vicini. VALCK.

CAP. CLXVI. 2 seqq. ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης etc.) Aristoteles περὶ Ποιητικ. c. 23. consentit; non Diodorus, qui eundem in diem hanc Gelonis et Leonidae ad Thermopylas pugnam contulit; male, ex disputatione Celeb. Barbeyracii ad Histor. Pactor. et Foeder. Tom. I. p. 90. WESS. — Quod dicitur in Sicilia victus Amilcar quo die Salaminiam de Persis Graeci victoriam reportarunt, accuratius traditur a Diodoro XI. 24. ubi vid. Wesseling. et Perizon. in Aeliani Var. VI. 11. VALCK.

CAP. CLXVII. 2. εἰκότι χρωμένων) Quid hoc? an illius imaginem colentes, quomodo olim Valla; an uti Latina nunc, illius imaginem servantes? Neutrum rei et sermonis genio respondet. Plausum abstulit meritissimum doctissimi Galei εἰκότι χρωμένων, pro quo paullo plenius lib. III. c. 111. εἰκότι λόγῳ χρωμένοι, probabili ratione utentes: nec differt supra c. 103. Φέρε ἰδὼ παντὶ τῷ εἰκότι. In rebus obscuris quod signis certissimis, qualia Poenis deerant, cognosci quitum non est, ad τὰ εἰκότα, vero similia et coniecturalia, venit. Hyperides, ἀ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίους καὶ εἰκότας ἔχειν, in Clementis Alex. Strom. VI. p. 747. et Theodoreti Orat. ad Graec. VI. pag. 102. WESS. — Εἰκότι corrigunt Galeus et Reiskius; utriusque ignarus οἰκότι legendum vidit et Koenius. VALCK.

11 seq. εἴτε ἱέρω, ὡς Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν οἱ etc.) Valla legit ut est in marg. ed. Steph. ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκα, τρέφω εἴτε τοιοῦτῳ ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἴτε ἱέρω, ὡς Καρχηδόνιοι τε καὶ Συρηκούσιοι, τοῦτο μὲν οἱ θύουσι. Per Phoenices ego Carthaginenses intelligerem; quorum adeoque nomen in marginem malim reiectum, ut legatur, εἴτε ἱέρω, ὡς Συρηκούσιοι: ut inventori stratagematis Geloni suo honorificam [an parum honorificam scribere Vir doctissimus voluerat?] narrationem de Amilcaris morte forte Sy-

racusanorum nobis exhibet Polyaeus I. c. 27, 2. VALCK. — Fieri non potest, quin aliquid turbatum hic sit. Superius enim ὡς Φοίνικας Carthaginenses includit, quippe eiusdem originis et meros Φοίνικας, lib. II. 32. et IV. 197. Si, Carthaginiensibus expulsis, legeris ὡς Συρηπῶτες, qui in schedis nonnullis, opera frustranea erit; siquidem Syracusanis de Amilcaris (namque Gelo de eo sollicitè quaerens nihil conpererat) interitu incerta atque inexplorata omnia. Sola praeterea Poenorum super eius exitu describitur narratio, alia nulla. Ista animum Cl. de Pauw adverterunt, opinati ὡς Φοίνικας aut alterum certe, ὡς Καρχηδόνιοι, ex scholio advenisse, negligentiaque scribarum sedem, quam non debebant, occupasse: qua quidem in suspitione quod vehementer offendat, nihil reperitur. Mihi, de his anxio, venerat in opinionem, neque eundem praeteriit, primitus fuisse, ἀφανισθέντι δὲ, — εἴτε τούτων, ἢ ἰτέρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc., articulumque ob praecedentia in ὡς conversum. Ut ut doctiorum corona istis de coniecturis statuerit, pati nequeo, τῇσι πόλεσι τῶν ἀποικιδῶν [lin. 14.] vim inferri. Appianus Bel. Civil. lib. III. [cap. 31.] pag. 887. πολλοὺς περιέπεψεν ἔς τε ταῖς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποικίδας πόλεις. WESS. — Quam cum Schaefero adoptavi superioris loci emendationem, ὡς Συρηπῶτες, Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc. ei Polyaei testimonium, narrantis strategemate Gelonis occisum Poenum esse, (quem ille quidem Himilconem nominat) speciem videtur conciliare. Caeterum denuo expendenti mihi Herodoteum locum per quam sit probabilis Wesselingii sententia, Syracusios hic non nominasse Herodotum, sed nude ita scripsisse, ἢ ἰτέρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc. Quod ad πόλεις ἀποικίδας, iterum hoc vocabulo usus est Appian. Bell. Civ. lib. V. c. 31. Videntur autem nimiae Reiskii argutiae monentis: „τῶν ἀποικιδῶν non repeto ab ἡ ἀποικίς, τῆς ἀποικίδος, ubi „subauditur πόλεως: sed ab ἀποικίς, τοῦ ἀποικίδος, ut nomi- „nativus plur. sit ἀποικίδες, ut ἐπὶ ἡλυδὲς.“ Vocab. ἁπλοῦς graecus sermo, quod sciam, non agnoscit. S.

12. τοῦτο μὲν οἱ θεοὶ) Regi Carthaginenses ἀφανισθέντι θεῷ, tamquam Deo. Praeter cetera, haec nobis de Iuliano narrat Imperatore Gregorius Nazianz. Stelit. II. pag. 117. B. πολλοὺς εἰδὼς τῶν πρὸ αὐτοῦ δόξης ἡγεμένων, ὡς ἀνὴρ

ἀνθρώπων νομισθῆναι, τέχναις τισὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς νομισθῆναι, ἔρωτι τῆς αὐτῆς δόξης ἐκλωκῶς - - ῥίψαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ πειρᾶται τὸ σῶμα. Huius rei sit penes oratorem Theologum fides: nostrae aetatis hominibus veraciora videbuntur de vanissimis philosophastris Heraclide Pontico et Empedocle narrata Diogeni quoque Laërtio V. 89. 91. VIII. 69. *Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Insiliit.* VALCK.

CAP. CLXVIII. 9. Ὑπερίαντα - - εὐπρόσωπα) Sic illi quidem, prolixè polliciti, ad speciem pulcre responderunt; ἄλλα νοῖοντες. Sallust. Bell. Iug. cap. 75. *Ad ea Rex, aliter atque animo gerebat, placide respondit.* Idem est εὐπριπῶς: quod honestum dictu veritati praetenditur, τοῦ λόγου dicitur τὸ εὐπριπῆς. αἰρίαν εὐπριπῆ, speciosam quae praetertur causam, ἀφορμὴν εὐπρόσωπον vocat Pausan. IV. pag. 288. VALCK.

13. καραδοκῶντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον) Ista obversabantur Diodoro, scribenti de Corcyraeorum hac simulatione, ὡς δὲ τινες τῶν συγγραφίων ιστοροῦσι, καραδοκῶντες τὰς τοῦ πολέμου ῥησείας, lib. XI. c. 15., sive παραδοκῶντες τὸ τοῦ πολέμου τέλος, sicuti c. 3. Timaeum auctius hinc Lexicon suum fecisse, Cl. Dav. Ruhnkenius patefecit pag. 111. [p. 152. ed. sec.] WESS. — Excitat ista verba Suidas in Ἀνεκώχειον. In Καραδοκῶντα descripsit ex c. 163. πίμπυις εἰς Δελφούς Κάδμον - - παραδοκῶντα τὴν μάχην ἢ πιστεύει: illic Gelo, hic Corcyraei, lib. V. 67. Παρίι ἐκαραδῶκειον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται: id est, περιμένοντες ὁποῖοις αἰ περισθάνται: eventum expectabant, -ut fortunae adplicarent sua consilia; sive utrius partis melior fortuna belli esset, ut ad eius societatem inclinarent; quomodo ferme Livius loquitur XXXII. 21. et XXXI. 32. conf. XXXV. 48. Hanc suam in ope Graeciae laboranti ferenda cunctationem, τὴν πρότερον ἀπρασμολύνην, mitibus verbis excusare nituntur opem Atheniensium expetentes Corcyraei apud Thucyd. lib. I. c. 32. VALCK.

14. αἰλαπτιόντες μὲν τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλίσθαι) Haec Suidas profert in voce Ἀιλαπτιόντες. In Hesychio fluctuant incerti, Ἀελαπτιόντες scribi debeat, an Ἀίλωντες, pro Ἀελαπτιόντες et Ἀελίσποντες. In his iudices desidero, qui Linguam Graecam tractarunt in sua amplitudine; hi negabunt Graecum esse Ἀίλων: [aut αἰλων:] fatebuntur αἰλαπτιόντες scribi Herodot. T. VI. P. I. D d

bendum apud *Homerum* in 'Ιλ. η'. 310. quia hanc solam formam analogia monstrat esse legitimam. Non ab ἴλπω: sed ab αἰλπας formatum fuit 'Αιλπῖα: sicut ab ἀβλῆπας, 'Αβλῆπτῖν: ab ἄσπας, 'Ασπῆπτῖν: hoc, omissum *Lexicographis*, habet *Sophocl. Antig. vs. 1350*. 'Αβλῆπτῶ restituendum est *Etymologo* in Δεύσσῳ, pro ἐπὶ βλεπτῶ. Δοξαβλεπτῶντις *Thomae M.* in voc. Διάστροφῳ restitui debuerat ex *Mastis*. VALCK.

17. ἵνα ἴχωσι πρὸς τὸν Πέρσῃ λέγειν τοιαῦτα) Non obediō codicibus, in λέγειν τοιαῦτα conspirantibus. Pulcre *Gronovius*. WESS. — Consulto igitur *Vir doctiss.* cum *Gronovio* verbum λέγειν hic praetermiserat: itaque indictum velim quod in *Var. Lect.* imprudens scripsi „contra quam voluisse videtur *Editor*.” Ego vero elegantiam suavitatemque non percepi, quae ex omisso illo verbo accederet orationi visa erat *Gronovio*: nec alioquin adeo verborum parcum video *Herodotum*. S.

31. διεκρούσαντο τοὺς Ἕλληνας) Latina, *Graecos summoveunt*, inconmoda sunt, et *Porto* damnata. *Corcyraeorum* sane memorata σκῆψις aliud postulabat. *Dionysius Hal.*, eiusdem [Porti] indicio, *Ant. Rom. X. [cap. 17.] p. 643.* ταύτῃ διακρούσμενος αὐτοὺς τῇ προφάσει, hac causatione eludens *tribunos*. WESS. — Similia alia eiusdem *Dionysii* loca indicat *Reiskianus Index*. Sic eodem verbo (notione eludendi (differendo praesertim, cunctando, tergiversando) utitur *Demosthenes* et alii. S.

CAP. CLXIX. 5 seqq. Ἐπιμέμνησθε ὅσα ὑμῖν etc.) Haec plana minime. *Reiskius* de coniectura οὐ τι μέμνητε, non meministis; potuisset minore molimine οὐ ἐπιμέμνησθε. Sed scripti obviam suspicionibus eunt, vulgatum, aut illi simile, tutantes. Erit ergo ἐπιμέμνησθε ὅσα, conquerimini de omnibus illis quae. Ita ταῦτα ἐπιμεμνόμενοι, de his conquerentes, sive, haec incusantes, lib. II. 161. Tum congruum veritati ἐπιμῆλε μηνίων δακρύματα, quomodo *Arch.* Series enim, ἐπιμέμνησθε ὅσα ὑμῖν δακρύματα Μίνως ἐπιμῆλε μηνίων. Id *Pavius* perspexit; *Reiskius*, insuper, senarium Μίνως ἐπιμῆλε μηνίων δακρύματα perfectum (sive *Pythia* eum effuderit, seu casu, ut saepe, fuerit natus) rotundare. WESS. — *Apollinem* *Cretenses* interrogabant: εἰ σφεὶ ἀμείνους γίνεσθαι τιμωρήσονται τῇ Ἑλλάδι: si res sibi publica fieret melius

opem Graeciae ferentibus. [an ex usu ipsis esset futurum, si opem ferrent Graeciae.] Erat haec Delphicum Deum adhibentibus consuetudo rogandi formula: *εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται* *εἰ λῶν καὶ ἄμεινον εἴη*: ad quam ille simpliciter nunquam respondebat, *ἄμεινον εἶναι*. Livius expressit XXIII. xi. Si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia respublica vestra vobis procedet. Et XXV. 12. Haec si recte faxitis, - - fiet res vestra melior. Iuxta Herod. Pythia respondit Cretensibus: *Mala conquerrimini, o insipientes, quae multa propter auxilium Menelao latum vobis Minos immisit, iratus quod etc.* atque adeo, *οὐκ ἄμεινον ἔσθαι*, isthoc vobis *νηπίοις* constet experimento: *παθὼν δὲ τὴν νήπιος ἔγνω*. In hanc ego sententiam Herodotea capienda iudico, quae sic, opinor, scripta nobis prodibunt ex Codicibus: *Ὡ νήπιοι, ἐπιμέμψεσθαι ἔτα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων Μίνως ἐπέμψει μνηίων δακρύματα. μνηίων ex Arch. enotatum est: Μενέλεω forma Nostro est usitata: de ultione loquitur in proximis; hic τιμώρημα est βεήθημα. Infra c. 171. bello Troiano non pessimos fuisse tradit Cretenses τιμωροὺς Μενέλεω. Idomeneo Merioneque ducibus auxilia Menelao missa, Herodoto dicuntur Μενέλεω τιμωρήματα: sicut Herculi dono missa Ἡρακλεῖ δωρήματα Sophocli Trach. vs. 681. Deum heroumque irae saepius immortales proprie dicuntur μνηήματα: neque sane dedecent Minoa, dum esset in vivis, plus aequo cupidum vindictae. Minos μνηίων dicitur Graecis, [lin. 7.] ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντὸ (vid. not. in p. 425, 52.) αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον. [Adnot. ad V. 94, 15.] Camicum cum venisset in Siciliam ad quaerendum exposcendumque Daedalum, illic tyrannus periit inhonesta morte: λουσάμενος ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων ἀνήθη, ζούσαν πίσσαν ἐπιχραμένων αὐτῷ, Zenob. IV. 92. Hic [Zenobius paroemiographus] sua, quae de Minoë non trita tradit, Ephoro forsitan debet, aut Philisto; quorum narrationes περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κώκαλον, ut exempla pueris legenda, commendat Theon, Progymn. pag. 16. Minois mortem, diverse narratam Diodoro IV. cap. 79. Pausaniae VII. [c. 4.] p. 531. et aliis, quos in Creta p. 133. Meursius citant et Phil. Cluver. Sicil. Ant. p. 31. et 221. quaeque veterem praeterea spectant historiam, probabiliter tractaverat Sophocles in perduto dramate Καμικίος: bis qui-*

dem apud *Athen.* legitur Καμικοῖς, sed ante hos xv. annos dedit ad me literas *A. Heringa*, in quibus significabat scribendum Καμικίους. Satyrico quippe dramati nomen inditum a Choro, sicut Trachiniis, Troasin, aliisque: placebit, sat scio, doctis viris amici mei emendatio. VALCK. — De Sophocleo dramate vide *Athen.* III. pag. 86. b. et IX. p. 388. f. cum Animadv. T. II. p. 80. et *Brunck* in *Sophoclii Fragmentis* p. 17 seq. S.

CAP. CLXX. 1. Λέγεται γὰρ Μίνεω) Miram regii nominis formam, reddituram c. 171., nolui repudiare: imperant praestantissimi Codices; ceteroqui τὸν Μίνεω, τὴν Μίνεωα, cum Poëta plures scriptitant. Caedem Minois, Cocali fraude patratam, exponit *Diodorus* lib. IV. 79. et *Conon* Narr. xxv. WESS. — Vide *Var. Lect.* h. l. et cap. 171, 5. S.

4. τοῦ ε φ ι ποτρύναντος) Veterem *Aldi Camerarii*que, propagatam in pleraque Lexica et Thesaurum *Stephani*, scripturam reduxi, quippe *Homeri Odyss.* B'. 417. protectam auctoritate, Τηλέμαχος δ' ἱτάροισιν ποτρύνας ἐκέλευεν Ὀπλῶν ἄπτεσθαι. Qui τοῦ ε φ ι ας optaverint, utantur schedis *Ask.*; res, modo turpis macula eluatur, levis erit momenti. WESS. — Quod in *Var. Lect.* nescire me scripsi quid spectans *Schaeferus* ε φ ι revocarit, nunc et intelligere mihi videor, et recte a Viro docto factum arbitror. Scilicet quoniam frequenter apud *Homerum*, et constanter quidem alioquin, cum quarto casu construitur verbum ποτρύνειν, nihil caussae est cur *Odyss.* B'. 417. alia structura usum Poëtam statuamus: nempe Τηλέμαχος ibi ἱτάροισιν ἐκέλευεν, ποτρύνας αὐτούς. Quare et hoc loco probum videri debet, quod codex *Ask.* offert, ε φ ι ας: sed recipi debebat id, quod ad vulgatum proxime accedens cum ed. *Ald.* duo codices *F.* et *Pb.* nobis servarunt, ε φ ι, idem ac ε φ ι ας et αὐτούς valens, ut *Iliad.* λ'. 111. ρ'. 265. S.

5. πλὴν Πολιχνυτίων τε καὶ Πραισίων) *Cretae Polichnitanos* et *Praesios* illustrat *Meursius*, *Cretae* suae lib. I. 14. A *Praesii* discrepant *Stephani Byz.* Πραισίους et Πραισιεύς eiusdem insulae, quos ΠΡΙΑΝΣΙΟΥΣ *Holstenius* et *Edm. Chishull* *Anl. Asiat.* p. 127. ob priscas foederum tabulas esse iubent: fortasse, quam decebat, confidentius. Memini bene numentum ΠΡΙΑΙΣΙΕΩΝ inter *Wildianos* videre, habuitque si-

milem Harduinus, Pop. et Urb. Num. p. 409. Verum obiter illud. WESS.

9. λιμῶ συνιστεῖσθαι) Fame contractos vox ista designat; λιμῶ πιζομένους atque εἰς ἰλᾶχιστον veluti συναχθίντας. Aridos, et fame contabefactos dixisse quempiam veterum λιμῶ συνισκλιῶτας non opinor; sed dixerunt certe λιμῶ ἀποσκληῖναι et κατασκληῖναι: vid. Ti. Hemsterh. in Lucian. p. 442., quique, si nobiscum mansisset, in arte Critica Hemsterhusio fuisset inter nostrates longo sed proximus intervallo, Io. Pierson, ad Moer. pag. 50. Alterum illud est Herodoti, qui lib. IX. cap. 88. dixit λιμῶ συστάντας καὶ καμάτω, fame atque labore enectos, Valla. Permutantur interdum κατεστηκώς, κατισκληκώς et συνισκτικώς. Hesych. Συνισκτικώς, συνημί-νος. Iustitia Chrysippo pingitur σκυδρωπῇ, καὶ συνισκτικός ἔχουσιν τὸ πρόσωπον, apud A. Gellium Noct. Att. XIV. 4. VALCK. — Ut συνίναι dicuntur non modo qui amice coeunt, sed et qui hostiliter congregiuntur: sic συστῆναι aut συνιστάναι dicuntur qui iam stant alter contra alterum, et inter se conflictantur pugnantque. Vide I. 214, 10. VI. 108, 16. et Adnot. ad I. 208, 1. Itaque, quemadmodum latine dicimus morbo, malis, doloribus conflictari, sic graeci dicunt λιμῶ, καμάτω, πόνῳ συνιστάναι. conf. IX. 89, 24 seq. et VIII. 74, 1. S.

13. Ὑρίην πόλιν) Quam a Cretensibus in Iapygia conditam narrat urbem, hic Ὑρίην cum dictam invenerint Strabo, Steph. Byz. Eustath. cur ex vitiosa sui Cod. lectione Gronovius Ὑρίην nobis effingit? VALCK. — Ex Med. et consentaneorum scriptura nihil extrico: Ὑρίην voluisse, anceps viri Celeb. suspicio est, ceteris praesertim Ὑρίην tuentibus. Strabonis enim Οὐρίαν mendose scribi consentiunt Cluverius Antiq. Ital. lib. IV. p. 1247. et Meursius lib. IV. Cret. cap. 5., tum maxime Alex. Symmach. Mazochius Comment. ad aeneas Tab. Heracleenses pag. 95.; verissime pag. 537. adscribens, τὰς ἄλλας οἰκῆσαι, continuo succedens, [lin. 16.] notare, alias condidisse, quomodo Valla ex οἰκῆσαι sui libri, et probe quidem: namque οἰκῆν et οἰκίζεν, quod ille persuadere nititur, tantundem valere Graecis, id vero sermonis habitus respuit. Illud a veritate quoque, Cretenses, qui postea Iapyges vocati, tribus generationibus, h. e. annis trecentis Troiae excidium praecessisse, ab-

ludit longissime. Et huc stupenda trahitur argumentatione, quod deinceps sequetur, τρίτη δὲ γενεὴ μετὰ Μίνω τέλει τήσαντα γινέσθαι τὰ Τρωϊκά. Taceo, neque enim occultum est, τρεῖς γενεαίς pro Nostri more centum duntaxat annos absolvere lib. II. 142. At sunt in egregio Commentario plura, festinatus deproperata. WESS. — Videtur doctissimus Editor, οἰκῆσαι licet in contextu tenens, unice tamen οἰκίσαι verum iudicasse, quod et Schaeff. recepit, quem et ego cum Schulz. et Borh. secutus sum. Nec tamen dissimulandum, scriptos libros omnes cum olim editis in οἰκῆσαι consentire. Conf. Var. Lect. VI. 33, 11. S.

20-22. οἱ ὑπὸ Μικυθου etc.) Malunt οἱ αὖτὸς Μικ., tum αὐτῶν vocem pravam videri, in primis οὕτω, e marginali cera temere ingestum. [Sic Reiskius.] Quas quidem suspensiones auctoribus non invideo: οἱ τῶν αὐτῶν [qui ex civium numero,] Scriptoris more Rhegini illi sunt, a Micytho auxiliatum missi. ἀπὸ τῶν τρισχιλίου οὕτω non aliud, ac ὁμοίως Hesychii, sive, τὸν αὐτὸν τρόπον, uti opportune vir doctus Miscell. Observ. T. III. p. 145. WESS. — Οὕτω, ita; scil. dum a Micytho coacti opem ferebant Tarentinis; quod haud incommode ea occasione latine reddi posse putavi. De illo, τῶν αὐτῶν, vide Adn. ad c. 156, 8. S.

Ibid. ἀναγκαζόμενοι τῶν αὐτῶν) A Valla bene conversa miror, cur se vir doctus neget intelligere. τῶν περιόικων ἀναγκαστοὺς dixit c. 58. Venire coacti, ἀφικέσθαι ἀναγκαζόμενοι, more scribendi, quem valde Noster adamavit, hic dicuntur ἀναγκαζόμενοι καὶ ἀπικόμενοι. Tarentinis a Micytho coacti auxiliares, τρία tum civium millia ceciderunt, ἀπὸ τῶν τρισχιλίου οὕτω. Postrema vox, saepe sic adhibita, tentari non debebat. Non definit numerum caesorum, cladem tamen Tarentinorum Rheginorumque suo loco Diodorus enarrat lib. XI. c. 52. VALCK.

23 seq. ὁ δὲ Μίνυθος οἰκίστης ἰὼν Ἀναξίλειω, ἐπίτροπος Ῥηγίων) Donaria Olympica, quae dedicavit ex voto, variis locis memorans, decies virum optimum Σμίκυθον vocat Pausanias, cui lib. V. [c. 26.] p. 447. ex Herodoto, fuisse dicitur δούλος καὶ ταμίης τῶν Ἀναξίλειω χρημάτων: sic ἐπίτροπον accepit Herodoti, qui I. 108. Harpagum scribit πάντων ἐπίτροπον τῶν Ἀστυάγου: apud recentiores isthoc usu saepe vox usurpatur. De tutela filiorum herilium, quam fidelissime Mi-

cythus administravit, nihil Herodot. aut Pausan., memoria dignissima posteris tradidit Diodor. lib. XI. c. 66. et c. 48. Ut apud Herodotum, sic Iustino dicitur et Macrobio (p. 238.) Miccythus, qui Σμίκυθος est Pausaniae. vid. Wess. ad Diodor. l. c. et H. Vales. ad Exc. ex Diod. p. 550. Eidem Diodoro dux quidam Μίκυθος memoratur ad Olymp. 117. lib. XIX. c. 88. πρὸς Μίκυθον scribendum apud Dionys. Halic. II. p. 190, 20. vid. epigr. apud Kuster. ad Suid. T. III. p. 267. Σμικύθου meminit Demosth. p. 241. et Aristoph. Έκκλ. vs. 293. Innotuerunt et Σμικυθίων Σμικριών Σμικρινς. A dialecto pendet in propriis etiam nominibus saepenumero scribendi diversitas. VALCK.

24 seq. κατελείπειτο οὗτος ὅσπερ etc.) Non displicet distinguendi in Arch. modus. [quem Reiskius etiam commendaverat:] nunc certe nexus minus adcommodatus cernitur. Miccythi, optimae fidei tutoris, celebratissima in Diodori lib. XI. 48. et 66. et Pausaniae, cui Σμίκυθος, lib. V. 26. ubi et statuæ [statuarum] apud Olympiam ab illo dedicatæ [dedicatarum] memoria. Iustinum, Macrobiū, aliosque hominis praedicatores non moror. WESS.

CAP. CLXXI. 2 seq. ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἱερμ. etc.) Nihil habent ἰσοικίζεσθαι, et cetera, a quo pendeant. Quae τὴν παρενθήκην antecedunt, illa verbo nitebantur λέγεται: [c. 170, 1.] post illam vocula requiritur in talibus usitata. Videbatur amico meo ὡς in ὦν mutandum; idem et ego requiri suspicor, suo sic forte loco collocandum: Ἐς ὦν τὴν Κρήτην ἱερμωθεῖσαν λέγουσι Πραῖσιοι ἰσοικίζεσθαι ἄλλους τι ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας: neque displiceret Ἐς δὲ ὦν, quod aliquando minus considerate reieci. Videtur mihi sic legisse Valla, dum vertebat: In Cretam igitur desolatam Praesii aiunt etc. Praesiorum erat ista narratio, qui Ἐριοκρήτες, non participes expeditionis in Sicaniā, domi manserant. VALCK. — Suspecta habens ista verba Vir doctissimus, ὡς λέγουσι Πραῖσιοι etc. non recordatus erat, familiaris Nostro usus loquendi, de quo vide Adnot. ad I. 58, 7. et IV. 5, 1. S.

5. μετὰ Μίνεω τελευτήσαντα) Μίνω Gronovius hic in Μίνω, supra in Μίνων non debebat deformare; [vid. Var. Lect.] qui mox [lin. 8.] veram lectionem restituit σφί ἀπορροστήσαντι ἐν Τροίῃς, quam tamen absque membrana Flor.

ex *Valla* didicissemus et *Arch.* Pro, ἀπὸ τούτων δὲ [*lin.* 7.] ex iisdem legerem ἀντὶ τούτου δὲ, et ob id: hoc commendat responsum c. 169. VALCK. — Vide tamen *Var. Lect. S.*

10. μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους etc.) Haec artissime, olim commate ante τρίτους divulsa, iunxi. Οἱ ὑπόλοιποι, qui famem et pestem evaserant, cum tertiis Cretam advenis postea incoluerunt. Stant mecum Cl. *de Pauw* et *Abresch.* Opinor autem in *Herodoti* oculis *Homeri* *Odyss.* T'. vs. 175. ubi de insulae habitatoribus et varia origine, fuisse. WESS.
